

Del Convento de la Compañía de Jesús de Granada
Bz-9604



TYPOGRAPHVS
LECTORI.

TRes hosce de Persici Regnista libros, ex Adversarijs in quibus situ pene ac pulucre obducti obsitique iacebant, impotuna studiosorum quorundam efflagitatio in lucem aspectumque protulit. Eorum enim precibus vietus auctor, urbe undique obsessa, et velut Sagenae circunuallata, dum pulsu Tympanorum oppidum vicatim circunsonaret, dum machinis tormentisque bellicis mania adesque quaterentur,

a ij



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17

Del Libro de la Comp. de los de Gran. B. B.
B-9604




TYPOGRAPHVS
LECTORI.

Res hosc de Persici Re-
gnis statul libros, ex Ad-
uersarijs in quibus si-
tu pene ac puluere ob-
ducti obsitique iacebant, impor-
tuna studiosorum quorundam ef-
flagitatio in lucem aspectumque
protulit. Eorum enim precibus vi-
etus auctor, urbe undique obsessa,
et velut Sagen a circunwallata,
dum pulsu Tympanorum op-
pidum vicatim circunsonaret,
dum machinis tormentisque bel-
licis mœnia adesque quaterentur.

a ij



dum multus ubique paucor, &
 plurima mortis imago, hisce com-
 mentarijs recognoscendis, & in u-
 num corpus colligendis, operam
 studiu[m]que nauauit. Ac plane,
 licet non minus Musæ quam Le-
 ges inter arma fileant, cum tamen
 nec à iure ad fiducia dicundo, nec
 subsecu[n]dis horis, à scribendo, belli-
 ci strepitus fragor[us]que retarda-
 runt. In eoque uno adquiescens
 ille, animum à molestijs, qua ante
 oculos obuersabantur, quoad po-
 tuit, abduxit: arbores forte serens
 qua alteri saculo profint. Frue-
 re, Lector, & vale.


**INDEX QVO VNIVERSVM
HORVM LIBRORVM ARGV-
mentum breuiter comprehenditur.**

LIB. I.

QVO, DE REGIA MAIESTATE,
totoque Persici regni statu agitur.

P ER	M P E R I I persici origo	1
P ER	Quot annis stetit, varia auctorum sen-	
	tentia	2
P ER	Persarum Rex, M[en]es, Basileus, & Rex Regum, di-	
	ctus	4
G ENERE	Genere deferebatur Imperium	6
A Liquando	ad proximiorem	6
	Tandem ad eum qui ex regia stirpe esset electus.	7
N ORTI	Noti à successione alieni	7
	Sola morte rex mutabatur	8
I N EXPEDITIONEM	In expeditionem proficisciens successorem desi-	
	gnabat	8
P ASARGADIS	Pasargadis à gentis suæ sacerdotibus inaugura-	
	batur	8
C IDARI	Cidari imposita à Surena	9
I N SELLA	In sella regia locabatur	10
N OMEN	Nomen mutabat	10
D EORUM	Deorum honoribus colebatur	10
E UM ADEUNTES	Eum adeuentes humi prosterrebantur	11
V ENERANDI	Venerandi & supplicandi mos	12
A PUD PERSAS	Apud persas à Cyro primum introductus	15
	Peregrini ad Regem non, nisi cum adoratu[os] se promitterent, admitti	15

Græcis seruile id atque indecorum habitum	17
Item Iudeis	18
Imago aurea proponebatur adoranda, accessuris ad Regem	21
Salutantes Regem, imperium eternū optabant	21
Occurrentes Regi, manus inferebant manicis	22
Rex, ut augustior esset, raro se conspiciendum præbebat	23
Absq; Regis iussu Regiā nemo ingrediebatur	24
Negotia per Internuntios expediebantur	24
In portis Regiæ, proceres stabant	26
Sellæ Regiæ insidere capitale fuit	27
Item, vestem regiam induere	29
Velum leæticæ, qua pellex deferretur ad Regem, alleuare, eius conspiciendæ causa, fas nō erat	29
Et in venatione feram, priusquam Rex telum mi- sisset, ferire.	29
Reges Persarum soluti legibus	30
Eorum ditioni subditi Seruos se dicebant	30
Regem Dominum vocabant	31
In consilij haud impune Regi contradicere lice- bat.	32
Summa in Regem obseruantæ exempla	33
Litteris eius anulo obsignatis contradicere ne- fas	34
Sine muneribus Regem salutare non licuit	35
Dies natalis eius celeberrimus	36
Mortuo Rege indictum iustitium	36
Regis filijs honos exhibitus	37
Regis insignia, Tiara recta	37
Diadema	43
Stola Medica	46
Candys Murice infectus	49

Tunica purpurea albo distincta	7
Candys manuleatus	11
Reges criniti fuerunt	14
Inaures gestarunt	14
Zona præcingebantur	15
Braccas & feminalia gestabant	15
Vt & omnes Persæ	17
Reges Sceptrum aureum ferebant	18
Sedes statis temporum vicibus mutabant	18
Æstate Susis, hieme Ecbatanis, degebant	19
Aliquando Persepoli, vel Parlagadis	62
Regia eorum aurea	64
Sella	66
Lectus	68
Huic superstabat vitis aurea	69
Regiæ horti appliciti erant	70
Item paradisi, qui & Vinaria	71
Horti pensiles Babylonici	73
Murorum Babylonis ambitus	76
Reges vnius Choaspis aquam bibebant	79
Vt parthorum Reges, Eulæi	81
Aurea aqua	81
Chalybonio vino vtebantur	82
Pane triticeo	84
Exquisitissimis epulis	84
Iter facientes à subditis cœna excipiebantur	85
Natalem suum præcipue sollemnem & festum agebant	85
Ministri purè loti & pretiosè vestiti, Regibus mi- nistrabant	86
Non nisi exploratis cœulentis ac poculentis, Re- ges quicquam sumebant	87
Ab aulicis, Regis genio, mensæ epulis instructæ	87
ā iiiij	

apponebantur	89
Ludos & cantus adhibebant Conuiuijs	89
Omni voluptatum genere diffuebant	92
Quosdam conuiuio adhibebant	98
Quibusdam cœnar partem mittebant	98
Reliquia inter quos diuiderentur	98
plures vxores ducebant	99
Reginarum frons Diadematæ vincitus	99
His, ad cultum & ornatum, ciuitates adtributæ	100
Solo metu absque custodibus seruabantur	101
Reges pellicum greges habebant	101
Hæ Reges semper comitabantur	104
Eæcum quædam psaltriæ, tibicinæ, fidicinæ & mu-	
συργοι	89, 90
Liberi Regum summa cura educabantur	104
Quibus artibus instruebantur	104
Excitatæ ex sommo Reges sui officij admoneban-	
tur	106
Cottidie rem diuinam faciebant	106
Mos in procedendo	108
Sæpe regiones sibi subditas obibant ac peragra-	
bant	112
Ius subditis dicebant	115
Religio in capitalibus causis	116
Ea in re Septemuirorum & eorum qui Iudices	
Regij dicebantur, opera vtebantur	118
In Iudices corruptos seuerè vindicabant	119
Præmijs egregiæ facta remunerabantur	120
Item liberorum multitudinem	122
Bene de se meritorum, quos Orosangesvocabant,	
nomina in commentarios referebant	122
Dona erga bene meritos	123, 124
Secundum à se locum interdum dabant	125, 126

Dona regia, Medicæ vestis, Torquis aurei, Armil-	
larum aurearum, oppidorum in alimenta,	127
128. vsque	137
Legatis exterarum gentium munera	138
Reges, per Mithram iurabant	139
Dextra data fidem obstringebant	140
Venatione exercebantur	142
Ad eam rem ferarum viuaria	144
Imperium Persarum in Satrapias diuifum	146
De earum numero variæ opiniones	146
Satraparum officium	149
In consilium à regibus adhibebantur	150
Scribas regios sub se habebant	151
Sæc administrationis rationem reddebant	151
Quætannis in prouincias inspectores mitteban-	
tur, à quibus de statu cuiusque prouinciæ Rex	
certior fieret	152
Præter Satrapas alij Vrbiū, alij Arcium præfecti	153
Officium cuiusque quale	153
Tribuni militibus per stationes dispositis impe-	
rabant	156
Limitanei præfecti	156
Ærarium in singulis prouincijs	156
Ærario custodes præerant	157
In Ærarijs pecunia regiæ adseruabantur	158
Ex tributis redactæ	159
Darius primus tributum imposuit	160
per φορελόγου Tributa colligebantur.	161
Sumnia eorum	161
Alij Regum redditus	162
Equi tributarij, & Canes	162
Reges ministros habebant qui Regis Oculi, &	
Aures, dicebantur	163

Item cohortem Equitum, quos <i>Astarte</i> vocabant	164
Ex Doryphoris lecti mille virtute præcipui, qui Melophori appellabantur, in aula Regia excubabant	166. 167
Corporis Regum custodes magno numero	167.
168. 169.	
His Annonæ ex reliquijs mēs Regiæ, erogatae	171
Regij Cognati qui propius lateri Regio admittebantur	171
<i>Opónui</i> qui pro fôribus Regiæ stabant	172
Megistanes	173
Surenas summus magistratus	174
Ostiarij	175
Internuntij	176
Chiliarchus admissionalis	177
Cubicularij	178
Domestica ministeria ex Eunuchis	178
Regij Scribæ qui res gestas litteris mandarent	180. 184
Item Edicta & Rescripta conscriberent	180
Edictorum & rescriptorum formula	181
Non vna lingua scribebantur	182
Regio Anulo obsignabantur	182
Anuli character	183
Archiatros peregrinos Reges in comitatu habuerunt	186
Item pueros qui horas nuntiarent	188
Leges in publicum prodeuntes, Sceptriferi antecedebant	188
Ex ministris vnum recipiendorum hospitum cum habebat	189
Varia alia miaistrorum genera	189

Cursus publici institutio	189
Angari, & Astandæ	190
Variorum officiorum nomina aliquot Persica	191
Regibus persarum venenum paratum ad facilem mortem	192
Quædam herbæ quibus ad valerudinem vel cultum vrebantur	192
Propria Mausolea, quibus condebantur, Reges habuerunt	194
Loculo aureo conditus Cyrus	195
Eius sepulchrum	196. 197
Tituli sepulchris additi	197.
LIB. II.	
QVO DE RELIGIONE, LEGIBVS, <i>moribus, institutisque persarum tractatur.</i>	
Persæ Iouem colebant	203
Solem	204
Sub Mithræ nomine	206
Oromazum, vel Orogmadum & Arimanem	208
Lunam, & Venerem	209
Ignem	210
Aquam	213
Flumina, Tellurem, Ventos	214
Templa, Signa, aut altaria Dijs non ponebant	216
Inde in Græcorum templ'odium	217
In loco puro sacrificabant	221
Sacrificandi ritus	ibid.
Sacra omnia Magi obibant	226
Magorum dignitas	227
Origo, & incrementum	228
Doctrina	231
Mulierum etiam erant sacerdotia	236

Persarum dies sollemnes	236
Persarum educatio & institutio	238
Forum liberale, in quo ingenui instituebatur	234
In quattuor classes, ex quattuor ætatisbus, diuisum	
	242
Puerorum educatio & munus	242
Epheborum	256
Virorum	264
Senum	265
Tenuioris fortunæ hominum educatio	267
Persis risus effusus vitio erat	268
In itinere mos	269
Victus antiqui parcitas deinde luxus & vinolen-	
tia	271. 272
A conuiuijs virilibus matresfa. an arcerentur	273.
	274
Confilia inter Scyphos ac pocula	277
Abaci, Lecti, Triclinia & eorum strata	280. 281
Persarum coniugia	289
Pellicatus libido	293
A Persis Eunuchorum origo	294
Persæ non expertes Musicæ	300
Persarum mollities, supplex, horti, vineæ	312. 303
Salus vti diceretur, & Osculi mos	304. 305
Vestitus, Tiara	309
Vestis longa & luxa fuitans, Candys,	312
Calasiris,	315
Picta vestis	316
Caunaces	317
Chirothecæ, Braccae, Calceamenta.	318
Torquibus & Armillis vtebantur	319
Item inauribus	320
Lapillis & gemmis delectabantur	ibidem.

Aliquot peculiares illis lapilli	321
Comam nutriebant	ibidem.
Faciem pigmentis fucabant	ibidem.
Persarum lugubria	322
In iudicijs criminalibus rei carcere & vinculis	
coercebantur	323
Inauditum neminem puniebant	325
Pœnarum grauissimarum genera, Capitis ampu-	
tatio	325. 326
Crux	327
Exustio	329
Pellis detractio	ibid.
Viuorum Defossio	331
Lapidatio	332
Veneficorum supplicium peculiare	332
Supplicium Στραφὴ	333
Leuiorum criminum pœnæ, membra alicuius	
amputatio	ibidem
Excæctatio	335
Ignominia	ibidein
Publicatio bonorum	336
Vnius ob noxam aliquando omnes propinquæ	
puniti	336
Artaxerxis Longimani in pœnis clementia	337
Quædam contumeliarum species	338
Persæ religiose fidem seruabant	338
Vias floribus sternebant	339
Quæ à Persis ad alios profecta sunt	340
Mollusca nux	ibidem
Perfica mala	341
Medica mala	343
Galli Gallinacei, Phasiani	344
Mensuræ Persarum	345

Numimi	346
Lingua Persica	348
Quædam vocabula persica	349
Persarum sepeliendi ratio	350

LIB. III.

DE RE MILITARI.

Perse à primis annis militia affueti	355
Vacatio militia nemini dabatur	357
Armatura qualis	358
Acinaces	359
Copis, Sagaris	360
Lorica	361
Gerra	363
Palta	364
Arcus, & Pharetra	366
Fundæ	371
Galeas nullas gestabant	372
Equitatu præstabant	372
Equorum ornatus	375
Equi Nisæi eximiæ magnitudinis & velocitatis	376
Equites cataphracti & Clibanarij	379
Ex curribus Reges pugnabant	382
Falcatis curribus ex Cyri instituto vtebantur	384
Ad bellum affectus suos secum ducebant	389
Annonæ & commensuum summa cura	390
Ordo agminis persarum	393
Castrametandi ratio	396
Tabernacula, & in ijs luxus	398
Item in Gladijs, vaginis, frenis equorum, & ceteris rebus	402
Ex quibus conscribebatur exercitus	404
Cardaces	405

Exercitus diuilio	406
Recensio, & Iustratio	407
Aciei Dispositio	408
Leones <i>ægæuxi</i>	409
Bellum indicturi Aquam & Terram petebant	410
Copiarum Xerxis numerus	415
Rex prælijs adesse non cogebatur	422
In media Acie stabat	422
Ab eius tabernaculo belli Signum dabatur	423
Signorum in bello varietas & differentia	425
Regale signum, Aquila	425
Sauciorum qui in prælio, vulnera acceperant, cura	426
Desertores seuerè puniebantur	427
In victos aliquando Reges sœuiebant	427
Insidijs & dolo, Persæ non pugnabant	428
Excubias vigilanter agebant	428
Exploratoribus vtebantur	429
Equos suos strepitui armorum assuefaciebant	430
Vrbes quibus machinis obsidebant	ibidem
Oleum Medicum	431
Sagena vrbes circumuallabant	432
Fluminia pontibus iungebant	433
Xerxes etiam Helespontum iunxit	434
Cyri in Gynden amnem indignatio, & de eo sumpta vltio	435
Xerxes Athon perfodit	437
Nauium persicarum genera	437
Primi Persæ arces condiderunt & præsidij munerunt	438
Hieme bellum non gerebant	ibidem
Apud Persas certamen singulare in vsl erat	439
Per arma Persæ adoptabant	ibidem

- Fœdera cum vicinis inibant ibidem
 Fidem hosti datam seruabant 440
 Liberum commeatum aliquando dabant ibid.
 Reges quemquam suorum seruire ægrè patie-
 bantur ibidem
 Militiæ tempus à 20. ad 50. annum: qui hone-
 stam missionem dabat. 441.

INDEX LOCORVM, QVI IN
 HIS LIBRIS EMENDANTVR.

<i>Elianuſ</i>	59	<i>Hesychius</i>	56.466. 467
<i>Emiliuſ Probus</i>	405	<i>Iſidoruſ</i>	53.57.80
<i>Apuleiuſ</i>	65	<i>Pollux</i>	43. 55.314
<i>Ariſtophanis ſcholiaſtes</i>	135	<i>Plutarchuſ</i>	173.321.379.
<i>Arrianuſ</i>	195.454	411. 427	
<i>Athenaeuſ</i>	18.167	<i>Seneca</i>	436
<i>Clemens Alexandrinuſ</i>	201	<i>Seruins</i>	284
<i>Curtiuſ</i>	78. 410	<i>Strabo</i> 200. 209. 214. 222	
<i>Donatuſ</i>	285	<i>Straboniſ Interpreſ</i>	261
<i>Eufraſthiuſ</i>	76	<i>Suidas</i>	89. 590
<i>Heliodoruſ</i>	382		
<i>Mnemonica à μετρίᾳ.</i>			
<i>Ciceronis</i>	466	<i>Straboniſ</i>	160
<i>Dionis Chryſofſomi</i>	76	<i>Eufraſthij lapsuſ</i>	76
<i>Seneca</i>	251. 436	<i>Item Suidas,</i>	417.

Errata, Interpretum.

<i>Diodori Siculi</i>	171. &c procoſpij	34
	172	<i>Straboniſ</i> 195. 196.
<i>Herodoti</i>	42.124. 456	224.305
<i>Platonis</i>	101.148	<i>Xenophontis</i> 22.240
<i>Plutarchi</i>	173	

DE REGIO



DE REGIO PERSARVM
 PRINCIPATV, LIB. I.

RE S à Persis, terra, marique, gestas, literis mandare non institui: sed hoc argumentum, alijs, quibus commodum videbitur, cōcedens, eos tantum ex veteri geritis illius memoria floſculos carpam, qui ad Regij nominis decus, Imperij maiestatem, totumque Regni ſtatum, ac vetuſtate pene obrutos ritus, pertinent. Atque hoc quidem libro, quibus honoribus à ſuis colli Reges ſolerent, quæ eſſent eorum Inſignia, qui veftituſ, vitaque cultus: quæ Aulæ ac palati, dignitates: quæ regni admiſtrādi ratio, exponam. Reliqua quæ ad populi mores, iſtituta, leges, rem militarem ſpectant, in alios libros conferam.

Persarum gens, obſcūra priuſ, initium commendationis & fama accepti à Cyro, qui ademptum Medis, Lydiſque, imperium primus in Perſidem intulit, & è minimo tenuiſſimōque, maximum & florentiſſimum, Asia ſubacta, & viueroſo Oriente in potestatem redacto, reliquit. Huic ſuccedit filius Cambyses, qui Imperio patriſ Ægyptum adiecit: à quo deinde, ad Darium uſque, qui ab Ale- xandro vicit, & à Cognatis occiſus, vitam parti-

A

ter cum Persarum regno amisit, Persicæ res in suo statu manserunt. Terrarum enim, quas illinc sinus Persicus, hinc Hellespontus claudit, domini, innumeris prope nationibus longe latèque Reges imperarunt. Nec tamén ultra ducentos annos regium hoc imperium stetisse, Dionysius Halicarnass. lib. i. scribit. Quanquam apud Q. Curtium lib. i i i. Darius, cum militari more suos ad Arbela dimicaturos cohortaretur, Persicum imperium secundo cursu per C C X X X. annos ad summum flagium à diis cuectum fuisse prædicat. Cui consentiens D. Hieronymus, ad Danielis cap. ix. continua XIII. Regum serie, regnatum in Perside per C C X X X. annos, notat. At Strabo lib. x v. permixtis Persarum Macedonumque temporibus, Imperij illius annos paulò longius profert. Clemens vero Alexandrinus lib. i. Stromat. accuratius subductis temporum rationibus, summae efficit annorum C C X X X V. In quo & variari inter alios quoque video. Nam D. Augustinus lib. x i i. de Ciuitate Dei, cap. x. annos colligit C C X X X I I. Sulpitius autem Seuerus lib. II. sacræ histor. annos ducentos & quinquaginta. Est & inter Constantimum Manassem, & Georg. Cedrenū, non parua dissensio: quorum hic, in suis Annalibus, non nisi C C X I I I. annos Persarum imperio adscribit: Ille, πνον Πρωτον βασιλειαν τον ονος απεγνωσαν εποι τελαιοσιοις, ait. A quibus etiam discedens Agathias lib. II. annos C C X V I I I. Persarum monachia tribuit. Ut vt se res habeat, toto illo ducentorum, & quod excurrit, annorum tractu, imperium hoc quo de agimus, caput super cetera ita extulit, ut quod illi amplitudine, magnificentiaque, iure

³ conferri possit, habeamus nullum. Illius certè vires ex numero & apparatu copiarum, quas Darius & Xerxes in Europam effuderunt, a estimare licet. Vnde ab ipsis, quanquam oppido infestis Græcis, Persarum Regē Μέγαν βασιλεας nomine & titulo ornatum, mirum non est. Aristides in Romæ encomio, Πρωτον Αρχιλον συνθέσθα, ή πάντα πότε δη Τοις Ελλησιν εξεβίητο. καὶ Μέγαν παρέχον ἐπώνυμον καλεῖται. πν ἔχοντα αὐτῷ βασιλέα. Et quidem, ut Dio Chrysostom. Oratio. I I I. de Regno, tradit, Μέγαν βασιλεὺς κέκληται μόνος ἐκεῖνος. Atque hanc temporibus suis vulgi ore tritâ appellationem, Isocrates Græcis, propri loco, & quasi captiuitatis & servitutis argumentum, obijcit: Sic enim in Panegyrico, Οὐ βασιλέα τῷ Μέγᾳ αὐτῷ καφεστοράσθια, καὶ αὐχμαλωπον γεγονόπες; Inde que ioci occasionem Agesilaus arripuisse dicitur. Nam, ut Plutarch. in Apophthegmat. scribit, εἴησμένον, τῷ Πρωτον βασιλέα, Μέγαν καφεστοράσθι: Οὐ δὲ εἰνός, ἀπει, μοδ μεῖζων, εἰ μὴ δικαιόπερος καὶ φρονέστερος; Eadēque ratione Plato lib. III. de Legibus, omnes fere Persarū Reges nomine tenus dumtaxat Magnos fuisse, ita scribit. καὶ γαδὸν βασιλεὺς εἶ Πρωτος ἡδίς πα μέγας γέρεν διγότος, πάλιον γε νόμουπα. Persarum quoque legatos ad Philippum Macedonum Regem missos, cum Alexander, licet admodum puer, de rebus minime puerilibus, sed quæ eius ætatis captum exce- dente videbantur, percontatus esset, stupefactos di- xisse, ο παῖς εἶτε βασιλεὺς Μέγας, ο δὲ ιπέτερος, πάλιος, Plu- tarchus lib. II. de Forti. Alexan. memoria prodi- dit. Ipse etiam Alexander, ut Arrianus lib. VI. refert, incredibili gloria cupiditate flagrans, iamq; de novo orbe quærendo cogitans, Medorum & Persarum Reges, cum exiguum Asiac partem re-

4 DE REGIO PERS.
gio dominatu tenerent, immerito Magnos Reges appellatos dicebat.

Nec hoc titulo contenti Persarum Reges, sc̄e R E G E S R E G V M vocabantur. Et ita in Inscriptione monumenti Cyrum appellatum, Strabo lib. xv. testatur. Extant Artaxerxis ad Parvum literae Hippocratis miscellaneis Epistolis insertae, cum hac Inscriptione, Αρταξερξης, Βασιλεὺς βασιλέων, Γάρ τῷ χειρόν. Sic & lib. I. Esdras, cap. VII. Αρθαστά βασιλεὺς βασιλέων, Εορδαὶ ἦσαν, καὶ Αρχηγῶν τὸν Σείσ νόμου, χειρόν. Quinetiam postquam in Parthorum nomen, potestatēmque Persæ transferunt, cundem quoque sibi nominis honorem Reges vindicarunt. Plutarchus in Pomp. Olym. & dñe Ηξιωτεν τὸν Παρθον δυπηγαφων, οὐαρτοὶ λοιποὶ, ΒΑΣΙΛΕΑ. ΒΑΣΙΛΕΩΝ αερομαρτοῦ. Proinde apud Suetonium in Caligula, cap. v. R E G I S R E G V M nomine, Rex Parthorum exaudiendus est. Eiusque cognominis prætermis-
sionem Parthorum Reges non aequo animo tulisse, argumento est, quod Dio lib. LV. de Phraate narrat, qui solo Phraatis nomine ab Augusto per litteras appellatus, rescribens, Regis Regum titulum nomini suo adscripsit, Augustum, quō par pari referret, nulla alia quam Cæsar's appellatione dignatus. Similiterque Tigranem, qui eundem sibi nominis honorem adrogabat, vehementer offensum fuisse Plutarch. in Lucullo memorat, quod eū Lucullus Regem Regum non appellasset. Sapori etiam Persarum Regi ad Constantium litteras cum huiusmodi inscriptione, R E X R E G V M SAPOR, particeps syderum, frater solis er Lune, Amnianus Marcellinus lib. XVII. refert. Sed & apud Proco-
pium lib. I. de bello Pers. Alatmandarus Cabadem

LIBER PRIMVS.

Persarum Rēgem alloquens βασιλέα βασιλέων appellarat. Pari fastu Antonius, Orientis imperium inter liberos ex se & Cleopatra suscepitos, pārtitus, eos voce sua, Regum Reges renuntiavit, vt Plutarchus in eius vita scriptum reliquit. Nec tamen à Persarum Regibus ortum hæc appellatio dicitur. Nabuchodonosorem namque Babylonium Rēgem, Daniel cap. II. ita affatur, Σὺ βασιλεὺς, βασιλεὺς βασιλέων.

Persarum autem regnum parentium morte liberis lege obueniebat; nec alijs quām qui regiae stirpis essent, deferebatur, quemadmodum Constantinus Manass. in Annalib. scribit. Quod Strabo lib. xv. significat, cūm ait, βασιλέων τοῦ Ταρσοῦ οὐαρτοὶ γῆραις. Idēmque, translato ad Parthos imperio, seruatum, testatur Josephus lib. XVIII. Antiquit. Iud. cap. III. ουμφρονίστες δὲ, inquiens, οἱ θρασοὶ παρθον, οἵσις αποιλόποιοι οὐαρτοὶ αύγιζον πολιτεῖσθαι: οἱ δὲ βασιλέωντες εἰς τὸ γῆραις οὐαρτοῖς. οὐαρτοῖς οὐαρτοῖς οὐαρτοῖς. Et ideo Tiberij tempotibus, quia neminem gentis Arsacidarum summæ rei imponere poterant, imperfectis ab Artabano plerisque, aut nondum adultis, Regis Phraatis filium, Roma poposcisse eos, ut genus Arsacis ripam apud Euphratis cerneretur, Tacitus lib. V. Annalium narrat. Reddito postea Persis imperio, idem mos retentus. Procopius lib. I. de bello Persico. Γέροντος δὲ εἰς Σειρες δύσπαι τὸν βασιλέαν καθιστάσι ιδεότων γῆραις, οὐαρτοῖς κατηπλακαντοῖς τὸν βασιλέαν οὐαρτοῖς. Et aliās, eodem libro, εἴτε νόμος αὐτὸν εἶσθι, οὗ δὴ τοι εἴτε Πέρσης εἰς τοὺς διορεῖσις, ταὶς δράχαις φέρεσθαι, οἷς οἱ Κασπιοὶ εὐρεσιν καὶ γῆραις περασοῦσι. Quibus consentanea Constantinus quoque Manasses scribit.

Plane post Ochi & Arsis eius filij, cædem, cum nemo ex Ochi liberis ad quem regnum lege rediret, supereriset, ἐρήμου, ut Diodor. Sicul. lib. xxvii. loquitur, ὅτι τὸ βασιλέως οἶκον, καὶ μισθεός ὅντος τὸ κατέβαστον διγένεζοιδίς πάντα ἀρχή, Darius regnum Bagox Eunuchi beneficio adeptus est. Vnde & Alexander ei per epistolam apud Arrianum lib. iii. exprobrat, quod occiso Arse, Bagox ope, imperium occupasset, εἰ δικαιῶς, οὐδὲ καὶ τὸν Περσῶν νόμον. Eundem Alexandrum Curtius lib. vi. milites ita alloquenterem facit: Ne Darius quidem hereditarium Persarum accepit imperium, sed in sedem Cyri, beneficio Bagox castrati hominis, admissus. Similiterque Strabo lib. xv. cius Spadonis opera, Darium τὸν ὄντα τὸν θύμον τὸν βασιλέων, Regem factum scribit.

Filiorum vero natu maximum, regnum, etatis priuilegio, sibi vindicasse, quod ius & ordo nascedi, & natura ipsa gentibus dabat, Justin. lib. ii. docet. Plato quoque in Alcibiade, Επιδαι δὲ θύμηται ὁ πάτης ὁ φρεσφύταπος, οὐ δῆλος οὐδὲ φρέσις. Idem in Lyfide, Εἰ δέ τοι ὁ μέγας βασιλεὺς πάπερος τῷ φρεσφύταπος γεῖ οὐ τῆς Ασίας ἀρχὴ θήνεται. Eodemque iure Persas posterioribus temporibus lege ita iubente vsos, Zozimus & Procopius testantur. Sic enim ille lib. xii. histor. τῷ φρέσιν απελθον τῷ αὐτῷ φρεσφύταπον ὄντα, βασιλέα χρονούσι. καὶ τοῦτο, τῷ νόμου τῷ φρεσφύτερῳ τὸν βασιλέως πάπερον διδάσκει τῷ τῷ δὲ λόγῳ ηγεμονίαν. Procopij vero lib. i. de bello Persico verba sunt hæc, τῷτοι οἱ πάπερον τῷ φρεσφύταπον Κασσιν, τῆς φρέσιν ἀλικαὶ ἔνεργοι εἰς τὸν βασιλεῖαν οὐ νόμος ἐκάλεσε. Λέγεται Κασσιδεὺς οὐδὲ μηδὲ πρεσφύτης, εἰς τὸν δὲ τούτον τὸν φύσιν καὶ τοῦτο οὐ νόμος γνώμην. Mota tamen de Regno controuersia inter Ariamenem, seu vt alij vocant Artabazensem, & Xerxem Darij filios, arbiter ex compre-

missio sumptus Artabanus communis vtriusque patruus litem secundum Xerxem minorem natu dedit: non alia ratione, quam quod hic ex patre iam Rege, ille ex priuato adhuc suscepitus esset: quemadmodum Herodot. lib. vii. Iustin. lib. ii. & Plutarchus σὺν φιλαθλοφίᾳ literis prodiderunt. Sed & post Cabadis Persarum Regis mortem oratione eius filios de regno contentione, Cabadē Cosroi fratri, quem aetate anteibat, postpositum, propterea quod is luscus esset, accepimus. Persis enim altero oculo captum, aut qui nato, auriblūve mutilatis, vel aliqua membrorum prauitate, deformitatēve esset, Regem constituere, non licet. Idque lege vetitum fuisse, Procopius lib. i. de bello Persico tradit. De Cabadis enim Regis Persarum liberis loquens, ζάρινς δέ, ait, οὐ τοις διατερεῖτο, τοῖν ὁ φρεσφύται τὸν ἐπεροτικούμενον, ἐκφύγειν οὐ νόμος. ἐπεροφρεσφύται τῷδε, οὐδὲ τοῖν λόγοι εχάριμοι, οὐ δέμας Γερποτος βασιλέα καθίσασθαι. Et alias καὶ τοῦ τῷδε τῆς ζάριν δράχμης, τοῦ δὲ οὐ νόμος, αἴπερ τῆς τῷ φρεσφύται λόγου, ἀγαθοὶ μοι ερρίπτω, εκφύλευε. Ad extremum tamen eō rem rediisse, vt Persarum regnum, non tam legē, quam suffragijs procerum deferretur, idem Procopius non semel ostendit: ita tamen, vt non alij, quam qui stirpis Regiae essent, ad regni culmen eueherentur. Aperte certè apud eum lib. i. de Bello Pers. Mobodes pronuntiat, οὐδένα χειναν αὐτομαντούς τῷν βασιλεῖαν ίέναι, αλλὰ ψήφῳ Γροσῶν λογίμων.

Apud Persas vtrique, filios naturales & ex pelliticibus susceptos, à regni successione sumimotos & repulso, quandiu iusti & legitimi liberi superercent, Herodot. lib. iiii. tradit. Paulanias tamen in Eliacis Darium nothum, Isogeo Artaxerxis iustis

filio in regno capessendo populi consensu ante possum memorat.

Ceterum more recepto apud Persas, Rex non nisi morte mutabatur: Contra quem morem, Artaxerxes Darium filium per indulgentiam viuus Regem constituit, nihil sibi, vt Iustinus lib. x. scribit, ablatum existimans, quod in filium contulisset, sinceriusque gaudium ex procreatione se capturum; si insignia maiestatis sua, viuus in filio cōspexisset. Cui Dario etiam à patre indultum fuisse. *οὐτενὶς ὁ Στράβων πέπει,* Plutarch. in Artaxerxe auctor est. Quin & ipsummet Artaxerxem Cyri minoris fratrem viuo adhuc patre, Regem appellatum fuisse, idem Plutarch. cūm in eius vita, tum lib. ii. de Fortu. Alexan. literis prodidit.

At cūm in longinquam expeditionem Rex proficisci cebatur, regni successorem designare solitum, idque lege lata inualuisse, Herodot. lib. ii. ita scribit, *αἱ δὲ Στρατιῶται βασιλεῖα, καὶ τὸ Πτοτίων νόμος, οὗτοι σπανίασαν.* Eiusdem quoque gentis legibus, cautum, *αἱρεῖσθαι τὸν πατρὸν χειρίτην, καὶ διδούσθαι τὸν εἰσαγέντα, πᾶν τὸ αἷμα τὸ, μὴν οὐ διωνάν.* Plutarchus in Artaxerxe notat: Eāmque legem *ἀψυστὸν ἐν Γέρουσιν νόμον* ibidem vocat.

Reges autem persarum, Pasagardis à gentis sua sacerdotibus, inaugurarī & initiari solebant, eo ritu, quem Plutarch. in Artaxerxe declarat. Moris enim fuisse tradit, vt Pasagardis, (*τὸν οὐλῆν, vt Strabo lib. xv. ait, τὸ βασιλέων σχῆμα*) in bellicā cuiusdam Dece, quæ Palladi conferri & ad similiari poterat, phano, Reges veste sua posita, eam qua Cyrus cūm priuatus adhuc esset, uti consueuerat, induerent: dein offam, seu massam, sicuum comedenter:

Terebinthi etiam aliquid erodendo absūmerent: ad extrellum, oxygalax, seu acidi lactis, poculum haurirent. Nec verō, vt Cicero lib. i. de Diuinatio. tradit, quisquam Rex Persarū esse poterat qui non ante Magorum disciplinam scientiamque perceperisset. Id quod confirmat Philo Iudæus in lib. de Specialib. legib. his verbis. *Αλλὰ οὐδέποτε φασθήσεται, τοῦτο βασιλεῖαν αὐτοῖς θέσθαι θέλειν, περὶ αὐτοῖς (de Persis loquitur) εἴ μη κατέστηπον τὸ Μάχων θύμος πενοιώντων τούτους ποιησάσθαι.*

Forum autem qui ad regium culmen eniebantur, capiti Cidarim, Diademaque, imponi consueisse, ex eo colligo quod Ctesias in Persicis, Ochi inuiti & reluctantis caput à proceribus regni Persici, Diadematē vinclum fuisse, refert, inquiens, *Καὶ ἐπέδην αὐτῷ τὸν κύπελλον, οὐπέ ξερνην.* Idipsum & Plutarchus in Apophtegm. ostendit, his verbis, *Χαρακάρεντς δὲ τὸ Εἴρηνον βασιλέων, οὐδὲ Αστραπῶν θύμος περισσότερος καὶ τὸ Διάδημα φεύγειν.* Omniamius etiam apud Iosephum lib. xx. Antiquit. Iud. cap. ii. Artabanum in Parthorum regnum restituens *περιποτὸν αὐτὸν τὴν κεφαλὴν τὸ Διάδημα αἴφελόν τοις έσωσθε.* Ad Surenam vero gentilitio iure pertinuisse, Regum capiti Diadema imponere, Plutarch. in Crasso docet. De Surena namque loquens, *καὶ οὐος, ait, οὐδὲ οὐδὲ Καράρεντον, βασιλέων θύμοθεον, θεοτέραν τὸ Διάδημα περισσός.* Atque ita Surenam patrio more Tirydatem insigni Regio vinxisses Tacit. lib. v. narrat. Ibidemque delectum, capiendo Diademati diem concelebrasse ea que solemnia regni dicit. Surenam autem, Magistratum fuisse apud Persas Zozimus lib. iii. scribit, & quidem, vt Ammianus Marcell. lib. xxx. tradit, *pote statim secundæ post Regem.* Plane Parthorum Regem Artabanū duplici Dia-

demate caput vinxisse Herodian.lib. vij. narrat.

Nouos autem Reges in Regia Sella locari consueuisse, indicio est quod de Ariamene Plutarch. in lib. *περὶ φιλασθέντος* narrat. Nam cùm Artabanus regnum Persarum Xerxi sententia sua adiudicasset, Ariamenes confestim exiliens, fratrem adorauit, & *λαρυγγόδος*, vt Plutarch. loquitur, *τῆς θεοῦ, εἰς τὸ θρόνον ἐνάθετο τῷ βασιλεῖον*. Artaxerxes quoque vt Estheri. cap. i. legimus *ἐνθρόνωθη ἐν Σύσσαις*.

Porro in more positū fuisse ut ad Imperium accedentes Reges nomina mutarent, Ctesias notat. & ita, post mortem Ochi Regis Codomanū in memoriam pristinæ virtutis Regem à populo constitutum, Darij nomine, ne quid Regie majestati deesset, honoratum, Justin.lib. x. scribit.

Iam verò Deorum honoribus Persarum Reges à suis coli solitos, testis est apud Curtium lib. viii. Cleo Siculus, qui non ingenij solum, sed etiam nationis vitio adulator, cùm Macedonibus auctor esset, vt Alexandrum tanquam præsentem Deum venerarentur, hac assentiuncula Regis sui gratiam aucupatur. *Persas quidem, non piè solum, sed etiam prudenter, Reges suos, inter Deos colere.* MAIESTATEM ENIM IMPERII, SALVATIS ESE TUTELAM Artabanum etiam Darij Prætorem, Plutarch. in Themistocle, ita loquenter inducit. *Ημὲν δὲ πολλῶν νόμογνων καὶ καλῶν ὄντων, καὶ λιτητῶν οὐνός θεοί, Κύμαι βασιλέα, καὶ παροκαλεῖν, εἰκόνα θεοῦ πάντας* Cui hac in parte consentiens Menander, principem esse *εἰκόνα εὐφύχου θεοῦ* dicebat. Plinius quoque Panegyrico. Principem dat Deus, qui erga omne hominum genus vice sua fungatur. Quod cùm illi Euangelicæ lucis expertes pronuntiabāt, quis

tum diuino eos numine & spiritu afflatos negerat. Nec enim alia Christianorum de Principibus sententia est. Testis Tertullian. lib. ad Scapulam, *Colimus, ait, Imperatorē, sic, quomodo & nobis licet, et ipsi expedit, ut hominem à Deo secundum: et quicquid est, à Deo consecutum, et solo Deo minorem*. Hac autem de causa Xenophon in Oratione de Agesilaō, Persas notat, tāquā *ἀλλούτει γὰς οὐδὲν λύκαι καρπός θεού*.

Ac planè eos qui ad Persarum Reges adibant, non modo capitā flectere, & summittere, sed & procumbentes humi, corpora prosternere, confueisse, ex compluribus Q. Curtij locis licet intelligere. Sic enim lib. viii. Itaque more persarum, Macedonas VENERABUNDOS, ipsum SALVATARE, PROSTERNENTES HVMI CORPORA. Rursusque eodem libro. *Quod si, ait Cleo, ceteri dubitent, semetipsum*, cùm Rex iniisset coniurium, PROSTRATVRVM HVMI CORPV. Idem lib. v. de coniuratis, inita aduersus Darium consilia, obsequij soliti simulatione, tegentibus, PROCUMBENTES, ait, HVMI. *Quem paulo post in vinculis habituri erant, sustinuere VENERARI.* Et hoc est, quod idē Curtius lib. iij. matrem & vxorē Darij, Ephestionem pro Alexandro, SVO MORE VENERATAS esse scribit. Id ipsum sentiens Valer. Max. lib. iij. cap. vij. de Darij matre hæc ait, *Ephestionemque, more Persarum, AD VLTATA, tanquam Alexandrum SALVAVIT.* Ipse etiam Alexander apud Curtium lib. v. Sisigambin alloquens, PROCUMBENS, ait, *sépè me VENERARI voluisti, inhibui*, Valer. Max. lib. vij. cap. iij. de sex Persis qui Magorū dominatione oppressa, regnū Dario, equi hinniū victi, addixerunt, *Auditōque*

eo, sex reliqui summa potestate candidati, cōtinuò equis delapsi (ut est mos Persarum) HVMI PROSTRATIS CORPORIBVS, Darium Regem, SALVATAVERVNT. Ioseph.lib.xx.Antiquit. cap.ijj.de Rege Parthorum Artabano, qui Tzaatæ occurrit, Πρῶτη φύσις τοῦ πατέρος, περισσωμένης αὐτῷ.

Denique Persicam περισσωμένην, humi iacentium adulaciones, Liuius lib. ix. Persicam verò feruitutem Seneca, lib.ijj.de Benefic. cap. xij. & lib.ijj. de Ira cap.xvij.vocat. Eumque ad sua vsque tempora in Perside mansisse ritum, Socrat.lib. vij. histor. Eccles.cap.vij. ostendit.

Pronos autem Persas, manibus post tergum reductis, Reges suos venerari consueuisse, Lucian. in Nauigio, seu votis, significare videtur his verbis, Αναποτίθενται τοῖς βασιλεῦς, χάρεν οἴδατε, καὶ τανόφας, εἰς τὸ Εὔστοκον, περισσωμένος, περισσωμένος εἰς τούτον τὸ Χρόνον, οὐδὲν τοῦ Καρποῦ.

Quamquam fuerit ne hoc περισσωμένως, an ἵκειται, non immerito dubitur. Supplices quidem certè apud Assyrios manus post tergum conseruere consueuisse Ammianus Marcell.lib. xviij. docet. Is enim de Antonino, qui ad Saporem Persarum regem transfugerat, verba faciens, ab urserino (ait) agnitus, sublata Tiara quam capiti summo ferrebat honoris Insigne, disuluit equo, curuatisque membris humum vulnus pœnè comingens salutavit: patronum, & dominum appellans: manus post tergum conuertens, quod apud Assyrios supplicis indicat formam. Alium verò in Persica veneratione manū gestum Heliodor.lib. ix. historiae Æthiop. prodit. Quò loci Oroondates Hydasphem Persico ritu manibus passis, & dextra in lauam conuersa veneratus, dici-

tur. Ea namque & vis ac potestas horum verborum, τὸ χρῆμα περισσωμένος, καὶ τὸ δέξιον διάτημα περισσωμένος. Vi ut se res habeat, ita proculuisse eos vt & mento Regiae solum pœnè contingent, argumento est, quod Alexandrum Persis suo more venerantibus, Polyperchon Macedo unum ex his mento solum contingente per ludibrium cœpit horrari, vt vehementius id quateret ad terram, quemadmodum Q. Curtius lib. viii, refert. Vnde Martialis Epigr. xxii, lib. x. illas diuinorum honorum blanditias, quas Domitiano rerum potiente, in usum assentatio inuenerat, eo extincto, libertateque populo restituta, orbe Româno summouens, ad Parthos quibus regiae solum osculari moriserat, ita ablegat.

Frustrà blanditiae, venitis ad me.

Attritis miserabiles labellis,

Dicturus Dominum, Deumque, non fum:

Iam non est locus hac in urbe vobis:

Ad Parthos procul ite pileatos.

Et turpes humilesque supplicesque,

Pictorum sola basiate regum.

Et hac ratione, Persarum reges Adoratos, veteres aliquot auctores scribunt. Iustinus lib. vj. Conon diu Regi per Epistolas fruстрè fatigato, ad postremum ipsum ad eum pergit, à cuius aspectu, ex colloquio prohibitus est, quod cum more Persarum Adorare nollet. Lamprid. in Alexand. Scuero, Adorari se retinet, cum iam cœpisset Heliogabalus Adorari, Regum more Persarum. Trebellius Pollio in Zenobia, Adorata est more Persarum. Sulpitius Seuerus lib. ii. Sacræ histor. Erat ea tempestate Regi (de Artaxerxe loquitur) Haman quidam persimilis quem aquatum sibi, Adorari, more Regum, pre-

ceperat. Nam quod Græci φερούσιν, illi Adorare, Alij, in quibus sunt Curtius, & Aemilius Probus, Venerari, dicunt. Herodotus etiam lib. i. φερούσιν, φερούσιν, ait.

Procubuisse utique Adorantes, & in terram procidisse, non modò Lucretius lib. v. & Ouid. lib. i. Metamorph. docent, sed & Diuus Mathæus, apud quem cap. ii. de Magis Christum adorantibus scribitur ό ποντος φερούσιν αὐτον. Apud eundem fallax ille humani generis hostis, Christum tentans, Καί πάντα νοι διωτοί, Ait, εἰπόντος φερούσιν αὐτον. Quin & Genesios cap. xix. Καί φερούσιν τοι φερούσιν, οὐ πάντα γένεται. & cap. xl. iii. καὶ φερούσιν τοι αὐτῷ οὐ πάντα γένεται φερούσιν. Aliā setiam, ut cap. xix. & xxiii. Genes. legere est, φερούσιν οὐ πάντα γένεται. Et Numer. cap. xxii. Καί πώς φερούσιν τοι φερούσιν αὐτον. Et Exodi cap. xii. καὶ ποντον χαμαί φερούσιν τοι φερούσιν. Danielis etiam cap. iij. non semel legimus πίλωνται, vel ποντος φερούσιν. Denique psal. xciiij. coniunguntur hæc, φερούσιν αὐτον, & φερούσιν.

Tigranem porro, more gentis sua, Pompeium ita veneratum, Plutarchus in Pompeio, & Dio lib. xxxvij. narrant. Illius verba sunt hæc, καὶ τέλος, ὡς φερεῖς αὐτὸν ἔλθετον Γομπτίον αφελόδρομος πάντα μητεν, ὥριπος φερεῖς πολὺν θεῖνα, καὶ καταβαλεῖν ἐστον, αἴχτα δὲ πολὺν φερούσιν αὐτὸν τοῖς γουσιδοῖς. Hic vero, Tigranem, diademate posito, Pompeio misericordiam communiisse refert, εἰς πάντα ποντον, καὶ φερούσιν αὐτον. Similique modo Arziba Regem David adorasse dicitur: Sic enim lib. ij. Regum, cap. vlt. scriptum est, καὶ φερούσιν τοι βασιλεῖ οὐ ποντον αὐτον οὐ πάντα γένεται. Sed & Carthaginem suum legatos ritu gentis coram Scipione procubuisse, Liuius lib. xxx. refert.

Quod idem Polybius in Eclogis οὐ φερούσιν, cap. xv. narrans ποντον, ait, οὐ πάντα γένεται, ἀγνοῶν τοις πόδας καταφιλοῦει, οὐ τῷ σκαρφῷ. Idem in iisdem Eclog. cap. xcviij. de prisia rege, τοι καθεῖται, ait, παῖς γῆρας αἱμοφόρος φερούσιν τοι πάντα γένεται. id est, ut Liuius libro XLV. verit, summisit se, εἰς osculo limen Curiæ contigit.

Ceterum non minus modò, sed & eminus ita Persarum Reges colebantur: nec qui eos adibant expectabant dum proprius accederent: verum ex quo in Regum conspectu erant, proni, demissi & cernuo capite, eos salutabant. Quod Lucianus indicat in Nigrino cum ait, Οἱ δὲ σεμίοπεραι γε φερούσιν. Τοι φερούσιν εἰ πέρισσοι, οὐ δὲ οἱ Πέρσαις νόμος. Atque huiusmodi venerationis originem à Cyro imperij illius conditore rectè arcessit Arrian. lib. iiiij. de reb. gest. Alex. Λέγεται τὸ φερόν φερούσιν θύναι, αὐτοῖς οὐδὲν αὐτοῖς Κέρον, καὶ οὐδὲν εὔμεναι, Γέρσοις τοι καὶ Μίδοις, πάντα φερόντα. Nam Cyro cultum hunc exhibuit, Xenophon lib. viij. Παγδ. Κυρ. narrat.

Nec à subditis tantum, & his qui ditioni suæ parebant, ita se coli Reges Persarum instituerant: verum etiam peregrinis quibuslibet, atque adeo exterarum nationum, liberorumve popolorum Legatis, qui in Regum congressum colloquiumque venire vellent, eadem venerationis necessitas imposita erat: nec cum ipso rege coram agere eis licebat, nisi eum prius solito & patrio Persarum more venerati essent. Proinde peregrinos vndeunque aduenientes, & ad Regem perduci postulantes, Chiliarchus, Tribunusve, qui Admisionalis officio fungebatur, percontari solebat, num in animo haberent Regem venerari, & ne sibi non praedictum dicerent, denuntiabant, aliter negotia-

sua quām per internuntium, confici transfigīque posse; quōd Regis aures non aliis, quām qui eum venerati prius essent, paterent. Ac si quidem se ad id obsequij paratos esse dicerent, ad Regem admittebantur: sūi recusarent, conspectu colloquiōque Regis prohibiti, sua aliis mandata edere, &c ad Regem perferenda dare cogebantur: atque ita ab eo cui partes hasce Rex mandabat, responsū ferebant. Vnde Artabanum Tribunum hæc ad Themistoclem verba facientem Plutarch. in Themist. inducit. *Ei οὐδὲ ἐπαγνῶ τὰ ιμέτερα, περοπικάσις, οὐδὲ τὸ βασιλεῖα θέσας, καὶ περοπικήν: εἰ δὲ αὖτοῦ φροντίζεις ἔπειρις γρήποι τεθεὶς αὐτὸν, βασιλεὺς τῷ ιπτερῷ αὔροις μη περοπικάσιν.* Ismeniam etiam Thebanum Tithraustes Chiliarchus de hoc ritu ita apud Aelianum i. Var. hist. cap. xxii. præmodet. *Νέμος δὲν δημόσιος Πέρσαις τὸν εἰς οφθαλμούς θέμνει τὸ βασιλεῖα, μη περοπιρος λόγου μεταλλαγῆντος, τοινοὶ η περοπικάσιν αὐτὸν. Η τοινοὶ αὐτὸς δέ τοινοὶ συγγενέας θέλεις αὐτῷ τέρει τὸ βασιλεῖον δρᾶν, εἰ δὲ μη, τὸ αὐτὸν ζειτόν, καὶ διηνέσθιαν τοινοὶ περοπικάσιν.*

Itaque Conon Atheniensis, cuius forti & fideli opera Pharnabazus Lydiæ Ioniæque Satrapes vsus erat, cùm ad Regem Artaxerxem, ut consilia de summa republicainiret, missus esset, eius congressu colloquioque fuit prohibitus, quōd eum, more Persarum, adorare noluisse, quemadmodum Iustinus lib. vij. scribit. Quod Aemilius probus in Conone paullò copiosius ita expressit Prostquam venit, primū ex more Persarum, ad Chiliarchum, qui secundum imperij gradum tenebat, Tithraustum accessit, seque ostendit cum Rege colloqui velle, Ne-
mo enim sine hoc admittitur: huic ille, inquit, nulla mora est:

εψ: sed tu delibera utrum malis colloqui, an per litteras edere, quæ cogitas. Necesse est enim, si in conspectu veneris, venerari te Regem, quod aegorū illi vocant: hoc si tibi graue est, per me nihil secus, editis mandatis, cōficies, quod stades. Tum Conon. Mihi vero, inquit, non est grane quemvis honorem habere Regi: sed vereor ne ciuitati meæ sit opprobrio, si, cum ex ea ciuitate sim profectus, quæ ceteris gentibus imperare consueverit, potius Barbarorum, quām illius, more fungar. Itaque quæ volebat, huic scripta tradidit. Græcis enim in libera Repub. ortis ac procreatibus, turpis & indecora huiusmodi veneratio semper visa est. Vnde Aristoteles lib. i. Rhetic. ad Theodect. honorum genera recensens, inter Cœlestes, ponit περοπικάσιν καὶ σκαριάς.

Eoque nomine Isocrates in Panegyrico, Persas tanquam fracti & abiecti animi viros, qui Diis debitos honores mortali Regi tribuerent, sic infectari. *Εξεταζομοι δὲ τοὺς αὐτοὺς τοὺς βασιλεῖοις, καὶ περοπικάσιν διημοι, καὶ πάντα τοὺς φρονεῖν μὴ πετόντες, θυτὸν μὴ μέρα περοπικάσιν, καὶ δέλματα περοπικάσιν, οἵ δὲ ξένοι, μᾶλλον οἱ οἵ διηράπτων καταφρονώτες.* Quamobrem Sperches & Bulis Spartiatæ, Xerxi à ciuibus suis, ob violatos, contra ius gentium, Darij caduceatores dediti, Xerxem, statim atque Susis in eius conspectum prodierunt, à stipatoribus Regiis, adorare iussi, constanter abnuerunt: ac tametsi detrentantium capita deorsum in terram vi impellebantur, flecti nihilominus animis non potuere, ut Regem venerarentur: quōd dicerent à moribus & patriæ institutis alienum esse, mortalem quemquam adorare, nec se eius rei gratia illuc venisse. Id quod Herodotus lib. vii. memorat his verbis.

Ως δοξεῖσθαι ἐς Σασσάνην βασιλεῖ εἰς δύνατον, τελέσα μὴν τὸ πορφύραν κελεύοντας, καὶ μάζην οριστὸν πεπορθότων πεσ-
τικαῖς βασιλῆς περγαμήνας, τὸν ἔφασαν, αὐτοῖς δὲ οἱ Λα-
δίπελον ὅπῃ κεφαλὴν, ποιήσαντες τοῦτο ἀδύνατόν.
τοτὲ τὸ σφιστὸν εἰνό-
μα θῶ, πᾶσαν πεστικαῖν, ὃπερ καὶ τοῦτο ἔκειν. Leonna-
tum quoque; cùm Persico ritu adorari Alexandrū
ἀπὸ Persa quodam conspexit, θυμάτου τὸ χειμάντη
Τριστὸν, ὡς Καπινόν, Arrianus lib. IIII. memorat. Quin-
etiam Athenienses Timagoram inter officium sa-
lutationis Darium Regē, more gentis illius, adu-
latum, capitali supplicio adfecerunt: vnius cuius
humilibus blanditiis, totius urbis suæ decus Persi-
cæ dominationi summissum grauitate ferentes, vt
Valer. Maxim. lib. VI. cap. III. memorat. Quod &
Plutarch. in Artaxerxe & in Pelopida perstrinxit:
& Athenæus lib. VI. apud quem tamen, in Timagoram
locum, Euagoras perperam irrepit. Timagoram autem, huius venerationis obsequio, in
maxima apud Regem gratia fuisse, idem Athenæus lib. XI. scribit. Nec minus quam Græci, hanc
Iudæi venerationem auersati sunt. Mardonchæus
enim, οὐ πώποτε Κρίσας, καὶ πώποτε αὐτὸς ῥόμον, Amanem
adorare, licet Regis Artaxerxis iussu, eo honore à
reliquis Persis coleretur, præfracte recusauit, nec,
vt Ioseph. lib. XI. Antiq. cap. VI. scribit, λαὸς Καπινὸς
παρεῖχεν, τεύχην ἐκεῖνον περιπέμψας. Quæ res sto-
machum Amani ita mouit, vt inde excidium toti
Iudæorum genti minatus, molitusque sit: quam ille,
ira incensus, ad internacionem delenisset, ni
Dei Opt. Max. bonitas eius nefarios conatus com-
pressisset. Siquidem Theagenem non sustinuisse,
τὸν κεφαλὴν γάλην εἰς τὸ πεστικαῖν, Heliodor. lib. VII.
histor. Äthiop. narrat.

At Themistocles, ciuium suorum inuidia, pa-
tria pulsus, vt Xerxis colloquio frueretur, hoc cū
obsequij genere sibi demereri non recusauit,
quemadmodum Plutarchus in eius vita auctor
est. Timagoram quoque Cretensem, seu Enthy-
num Gortynium, Artaxerxem, patrio Persarum
more, veneratum esse, Athenæus lib. XI. refert.

Contra Pelopidas, post Leuctricam victori-
am, à ciuib[us] suis Legatus ad Artaxerxem mis-
sus, adduci nunquam potuit, vt huic iugo collum
subderet. Ismenias verò qui eandem cum eo Le-
gationem obibat, rationem inuenisse fertur, qua
posset, aliud agens, aliud simulans, fucum Persa-
rum oculis facere, specieque tenus, salua liber-
tate, Regem adorare. Vtriusque propositum Plu-
tarctus in Artaxerxe attigit: huius verò dolum
bonum fusius Älianu[s] lib. I. Var. histor. cap. XXI.
exponit. Nam cùm Regis adeundi & alloquendi
facultas non aliter daretur, quām si eum venera-
retur, tacitus apud se viam iniit, qua demissō hoc
& humili salutationis munere fictè & simulatè
defungens, eos ludificaretur. Statim enim atque
in Regis conspectum venit, anulum sensim digi-
to detraictum, clam & nmine animaduertente, ad
pedes abiecit, quem mox iacentem sustulit: eó-
que corporis gestu, quasi venerabundus procu-
buisset, visus est patrio Persarum mori institutó-
que paruisse: cùm re vera nihil se indignum, aut
præter ciuium morem, admisisset.

Enimvero post Darium victum Alexander,
(quemadmodum Q. Curtius lib. VI. & Iustin. lib.
XII. narrant.) patios mores, disciplinamque Ma-
cedonum Regum salubriter temperaram, & ciu-

lem habitum, velut leuiora magnitudine sua du-
cens, persicæ Regiæ, par deorum potentia, fasti-
gium, æmulari coepit: Macedonásque tot gentium
victores paulatim seruilibus ministeriis imbuere
& captiuis pares facere, exspectijt. Quia luxu & pe-
regrinis infecta moribus cum veteres philippi mi-
lites palam auersari cibent, incepto defistere coa-
ctus est. Interiecit deinde aliquo tempore, præpa-
ratis omnibus ad bellum Indicum necessariis,
quomodo celestes honores usurparet, iterum
mente agitauit. Itaque, vt idem Curtius lib. viii.
& Iustin. lib. xi. memorant, non salutari se, sed
adorari iussit, & Persico Regiæ superbiæ more,
Macedonas iacere venerabundos, humique cor-
pora prosternere, voluit. Nec defuit, ait Curtius, talia
concupiscenti, pernicioſa adulatio, perpetuum Regum
malum, quorum opes affentatio sapientia quam hostis euer-
tit. Non tamen Macedonum hæc fuit culpa (nemo enim
illorum quidquam ex patrio more mutare sustinuit) sed
Græcorum, qui professionem honestarum artium malis
corruperant moribus. Qua de causa Hermolaus Ma-
cedo vnu ex coniuratis qui Alexandri occiden-
di consilium inierant, hæc ei apud eundem Cur-
tium in os exprobrat. *Persarum te vestis, et disciplina delectat: patris mores exosces.* Persarum ergo, non
Macedonum Regem occidere voluimus, et te transfu-
gam belli iure persequimur. Tu Macedonas voluisti ge-
nua tibi ponere, venerarique te vi Deum. Tu Philippum
patrem auersaris, et si quis Deorum ante iouem habere-
tur, fastidires etiam iouem. Miraris, si liberihomines su-
perbiā tuam ferre non possumus?

Præ ceteris vero, Callisthenes philosophus,
ab Alexandro quocum Aristotelii operam dede-

rat, ad prodanda memoria acta eius accitus,
περσικῶν ἵχων ἀποσύνθησε καὶ φιλοτίφως ἀποτέλεσμα,
laudatur à Plutarcho in Alexandro. Qua de re
verba ab eo grauiter liberèque facta Arrian.lib.
de rebus gest. Alexandri, & Curt. lib.viii. com-
memorant. Quæ velut cygnea tanti viri cantio
fuit. Nam dum Alexandrum Persica Macedonum
salutatione gaudentem obiurgaret, & ad maiorū
mores inuitū reuocare perseueraret, in eius odium
incurrit: ac tandem, velut coniurationis aduersus
eum factæ particeps, miserè tortus trucidatusque
interiit: vt, præter superiores auctores, Valerius
Maxim.lib.vii.cap.ii. & Diogen.Laërt.in Aristot.
scribunt. Retentus tamen est Macedonibus mos
salutandi Regis, explosa adoratione, Callisthe-
nisque cædem sera pœnitentia consecuta, quemadmo-
dum Iustinus lib. xv. ait.

Verum, vt ad institutum de honoribus, qui Per-
sarum Regibus habebantur, sermonem, à quo
Alexandri causa digressi sumus, reuertamur,
Apollonij arte, Babylonem ingredientibus, au-
ream Regis imaginem propositam fuisse, quam
nisi adorarent, aditu & ingressu urbis prohibebā-
tur, Philostrat. lib.i. de vita Apoll. scribit his ver-
bis. Αφικομένῳ δὲ αὐτῷ εἰς Βασιλεῖαν, οἱ Σατράπαι, οἱ δῆμοι τοῦ
μεγάλου πολέων, μαζανὸν ὅπις ἴσος εἶναι, ὁρέσθη γενυῖνον εἰκόνα
τῆς Βασιλείας, λινὴ μὲν περσικῶν ἴχων, ἡ δὲ μάτη τοῦ εἰκόνος
ἔστω. πρεσβύτερον μέρος οὖν πατεῖ τῆς Ρωμαϊκῆς ψήφισμα
διατίτιν τούτων. τοῦ δὲ Βαρβάρω δὲ ισχον, ή αφισαριῶν πλεύχο-
ρων, εἰ μὲν τοῦ εἰκόνα περιεχομένης, ἀπομονεῖται.

Enimvero qui Reges salutabant, sempiternam
illis vitam, & æternum imperium precari sole-
bant. Ita Næmeas Artaxerxem alloquens lib.i.

Neāmīē cap. II. δέ βασιλεὺς αἵτινες τὸν αἰώνα ζήτω. Sinatas etiam apud Aelian.lib. I. Var. histor. cap. XXXII. Artaxerxem Mnemonem compellans, inquit, ἀβασιλέοντα Αρταξέρχην, δι' αἰώνος βασιλέοντα. Satrapæ quoque in Darij conspectum venientes, ita eum cap. VI. Danielis salutant, Δόκει βασιλέοντα εἶναι Κύρον αἰώνας ζῆν. Similiterque Chaldaei ad Nabuchodonosorem perducti, his eum vocibus affantur Danielis cap. II. βασιλέοντα εἶναι Κύρον αἰώνας ζῆν.

Sciendum est etiam eos qui in Regum oculos incurrebant manicis manus inseruisse. Cuius observationis auctorem habeo Xenophontem qui lib. II. ἐπιλεγει. Cyrum minorem, Regios honores appetentem, non alia de causa Antofacem & Mitræum interfecisse narrat, quam quod, ei obuij facti, manus intra manicam non contraxissent, quæ reuerentia solis Regibus exhibebatur, ut ibidem subdit, in hęc verba. ὅτι ἀνταὶ ἀπαντῶντες, καὶ διέσπαστοι σφέτης κόρης ταις χρήσαις, δι' πιοδοῖς βασιλέοις μόνῳ, καὶ δὲ κόρης τηῖς μακρότερον ἡ χρήσαις, εἰ τὸν χρήσαις ἔχων, ὃ δὲ διώλαγον ποιήσει. Hunc ritum idem Xenophon paulò obscurius perstringit lib. VIII. παῦθ. Kyp. his verbis, Καὶ οἱ ἵπποι δὲ ταῦτας παρῆσαν καταβεβηκότες λόγον τῆς ἱππων, καὶ διαρκότες ταῖς χρήσαις σφέτης μακράντων, ὡς τῷτον νῦν ἐπι διέροισι ὅταν εἴρηται βασιλεύει. A quorum verborum mente & sententia longè aberrauit Latinus, alioquin fidus, interpres: hoc enim sensit Xenophon amiculis manus inseruisse eos, in quos Rex oculos coniiciebat. Nō abs re ergo est, quod inter alia Cyri processus solemnia, eum manibus extra manicas exertsis in publicum prodijisse, idem Græcus auctor eodem lib. ita narrat. τοις δὲ Αρταξεῖς τῷ χρείων εἴη. Cuiusmodi χεῖδεις, superiorē loco κρήσαις, haud scio an

Persica lingua, idem nuncupauerat.

Reges autem, vt venerabiliores essent, à vulgi consuetudine remotos esse debere, persæ censabant. Itaque persarum Rex, perraro sui copiam populo faciebat: &c, vt Xenophon in Agesilai laudatione scribit, τοις ανθραῖς ὁ εὐδαίμων οὐδὲ διερεύσασθαι, ἐπηρωῶν. Iustin. lib. I. Apud Persas persona Regis sub specie maiestatis occulitur. Quod & Aristot. in lib. de Mundo significat cùm ait, Αὐτὸς μὲν τῷ φύσει λόγος, οὐδέποτε εἰς Στάσιον οὐκ εὔχεται, id est, vt Apuleius vertit, nulli temeré notitiam oris sui pandens. Si militérque à Deioce, quem sibi Medi Regem constituerant, institutum, ὁ εὐδαίμων βασιλέα τυπονικόν, Herodot.lib. I. tradit. Quod ea præcipue de caufa placuisse scribit, vt ne adsiduo conspectu, Regis persona vilescret. Quod non omnino Valer. Max. improbare videtur, qui, non quidem conspectu, verum humili & trita consuetudine, quod sit venerabilis, vacuum esse oportere censet quicquid in excelso fastigio positum est. Eaque media sententia Paulo nostro non displicet, qui in ylteriore familiariatem prouinciales admittendos negat, propterea quod ex aequali conuersatione contemptus nascatur. Atque mos hic occasionem Comaridi Mago præbuit, vt pro mergide (cui regnum post Cambysis fratris mortem debebatur) Oropastem fratrem suum, ei oris & corporis lineamentis persimilem subijceret, cùm neque dolum subesse arbitraretur quisquam: neque, vt maximè suspicaretur, detegere posset, propterea quod Regis se parietibus Rex luxu & mollitic diffluens, contineret. Enimvero Statiram Artaxerxis coniugem, quod aperta lectica & velo patente, circumferretur,

facilesque ad eum aditus quilibet è populo haberet, magnam à Persis gratiam inijisse, Plutarch. in Artaxerxe testatur his verbis. *Ἐν τοῖς μάλιστα κεχαρηγμένου ὁ θυν παρέχει τοῖς Γέροντας, οὐ τοῖς χωρακοῖς Στρατηράς ἀφμιμάζει, μηδὲν τοῦ ἀθλητικού πατέταιν αἰτιοφοροῦν, ηγετίδοις τοῖς δημόποιοι αποτελεῖται καὶ περιελθεῖν.* Quin & ipse Artaxerxes, vt idem Plutarch. in Apophthegmat. scribit, *Οὐ μόνον τοῖς εἰ τοῦ χρήσιον ἔστων σωτῆρι παρέχει, διὸ καὶ τοὺς γυναικας πλὴν γυναικῶν εἰκένεις τοῖς αὐλαῖς φεύγειν, ἵπας οἱ σεβόμενοι καὶ τοὺς ὄρθρους λαταρεῖν.*

Sed nēc absque Regis iussu, Regiam ingredi licebat: & qui Regis adeundificari copiam postulabat, is pro foribus Regiæ stans, per Internuntium aduentum suum Regi significare necesse habebat, vel desideria sua ad Regem perferenda ei mandare. Pleraque autem omnia per Internuntios cum Regibus, ex Deiocis, vt Herodot. lib. i. tradit, instituto, transigebantur. Cuius rei exemplum suppeditat idem Herodotus lib. iii. de Sylosonte loquens in hunc modum. *Αναβατὰς δὲ εἰς τὴν Σοδόνα, ἡ ζεῦς εἰς τὴν αστερεύει τὴν βασιλέως οἰκίων, καὶ ἐφι Δαρεῖον Δρυνόποιον.* Anabasm. *Καὶ ταῖς αἰώνισσας ὁ πύλαρος ἢ βασιλέας.* Eōque forte respexit Plautus in Milite glorioso, Actus IIII. Sc. i. cūm ait,

Permīrūm ecclastor prædicas

Te adiisse, atque exorasse, per epistolā aut per nuntiū.

Quasi Regem adiri eum diunt. Similiterque posteriorum Imp. temporibus, per Admissionum magistrum accitos eos qui Reges conueniebant, ex Ammian. Marcell. lib. xixii. apparere. Proinde singulari Iure, præmiique loco, inter septem Magorum percussores conuenisse, vt vnicuique eo-

rum, *Ἄνθελον Εἰσαγένεως* Regiam ingredi liceret, extra quam si cum uxore Rex iaceret, Herodot. lib. viii. narrat. Quo pacto conuento cùm Incaphernes, unus ex septem, non stetisset, manusque Ianitoris & ci qui à Responsis erat, eum aditu, hoc nomine, arcentibus, quoddlibet liberis operam dare Regem dicent, attulisset, de consilij sententia, à Dario damnatus, capite pœnas luit. Legem etiam tulisse Artaxerxem ne quis cuiuslibet sexus in atrium interius Regiæ, non vocatus ingredere turaretur. Si quis aliter, seu aduersus ea, fecisset, protinus ad supplicium raperetur, nisi virginem auream Rex porrexisset, ex sacra Estheris historia intelligimus. Huius enim legis sanctè religioseque obseruatæ metu, liberam sibi Artaxerxis Regis viri sui adeundi facultatem minimè dari, Esther Mardochæo renuntiari iussit, his verbis, *Εἴην πάντα τῆς βασιλείας γνώση, ὅτι πάντας αὐθεντος ή γυναῖ, ὃς εἰσελθεσσει τοῖς τούς βασιλέας εἰς τοὺς αὐλῶν τοὺς ἐσταύρων ἀκλητος, οὐτε ἐν αὐτῷ γομεία, πολὺς δὲ ἐν ἐκπεινῇ βασιλεὺς τοὺς χρυσῶν ῥάβδον, αὐτὸς γομείτης.* Paullo alter Iosephus lib. xi. Antiquit. cap. vi. capititis pœna sanxisse Artaxerxem, ne quis eum in folio sedentem minimè vocatus adiret, ita scribit. *Ἐπηκεὶ δὲ καὶ γόμον ἢ βασιλεὺς, ὁπερε μαδίνα τῷ ιδίῳ αὐτῷ περιστέναι μη κλητέναι, ὅπινκαὶ τοῦ τοῦ θρόνου αὐτῷ πεκένεις ἐχοντες αὐθεντος, τοῖς τούς πολάζει τοῖς περιστόντας ακλητος τῷ θρόνῳ. κατέθησαν μάρτιον, λύτρον χρυσούν ἐχον αὐτὸς ὁ βασιλεὺς, λιδον, οὐταί πιναχοῖς γράψαντες αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, λιδον, αὐληνων λιδον.* Et mox, Estherem ita loquentem inducit. *Καὶ οὐ εἰσερχόμενος τοῖς αὐτὸν ἀκλητος περιστόντας, πολὺς εἰ μόνος τοῖς γράψαντες αὐτὸν ἀκλητος περιστόντας, πολὺς ποιήσειν ὁ βασιλεὺς ἀκλητος, τοῖς αὐτὸν εἰσελθόντι, εἰσελθόντι,*

ἐν ἀποθήκαις μόνος, οὐδέ τινα πάλιν ὁ Κέτης. Quibus
consentanea Zonaras quoque refert Tomo i. &
quam Iosephus, βασιλεὺς, ille λύγον: quos hic, πλέκει,
ἔχοντας δύο σπώματα, ille πελεκυφόροις vocat. Esther autem
cultu vultuque quammaxime ad mærorēm cō-
parato, cubiculum Regis eo inscio ingressa cūm
in hanc legem commisisset, ad Regis pedes pro-
voluta veniam deprecata est. At ille proutus
sella exiliens, manu supplicem alleuauit, ample-
xusque, bono animo esse iussit: ac demum virga
aurea capiti imposita, omni eam metu liberauit. At
Sulpitius Seuer. lib. ii. sacr. histor. ideo Estheri
adeundi Regem potestatem non fuisse, ait, quod,
more Persarum, Reginæ, introire ad Regem, nisi accessitæ
non licebat: nec tamen, cūm erat Regi libitum, sed statuto
tempore admittebatur: & foris, sum ita cuenisse, ut die-
bus triginta proximis separata à conspectu Regis Esther
haberetur.

Regum certè limina optimates omnes & pro-
ceres Persarum terebant, quemadmodum Xenophon lib. viii. παρ. docet, narrans, Chrysanta au-
tope, Persas æquum censuisse, τοις ἐντίμοις αἰτιαὶ παρεῖναι
βασιλεῖς, καὶ παρέχειν αὐτοῖς χρῆστας ὃν βέλτιον, ἔως δὲ αὐτὸν
Κύρος. Itaque ut pudor apud eos plus valeret,
quām timor, omnēmque illi turpitudinem verbo-
rum & rerum obſcenitatem vitare, risum comitē-
leuitatis aut ineptiæ tenere, exultantem laetitiam
comprimere, itēmq; animo & orationi moderari,
nec insolenter se efferre, vel solo loci in quo
versabantur, aspectu, discerent, purpūratos om-
nes, nedum corporis custodes, ὅτι τοις δύο παρέχειν,
Cyrus constituit. Ita Orceten nobilem persam, διὰ
τὴν βασιλίας δυρέων καθίσθεντα proponit Herodot. lib.

iii. vt & Amanem, qui proximum à Rege tenebat
locum, ἀπεῖπε τῆς αὐλῆς stante, Iosephus lib. xi. Anti-
quit. cap. vi. Inde Prætores, magnates & aulicos
omnes, generali, διῆδι δύο παρέχειν, nomine ap-
pellari inuenio. Plutarch. in Themistocle. Λεγύντων
ὅτι γυναικοί εὐλατοῦν ἀργοτελεῖ τὸν Ιωνα, παρέχειν τοις δύο
παρέχειν. Et paulò post ἡνὶ ἐν τοῖς διηγέρεις, ὡς
ἐνεπίθετο τοις δύο παρέχειν αὐτοῖς. Idem in Pelopida. ἐπει-
τα τοῖς δύο δύο παρέχειν καὶ στρατηγοῖς, καὶ ἡγεμόνων
σφράξις, Σαμιαὶ τοῖς λόγον παρέχειν. Athenaeus lib. vi. de
Nicostrato Argillo. Ακούων μὴ τὴν ποιεῖν καὶ τὴν Γροῦν
τοῖς φειδεῖ τοις δύο παρέχειν. Ac nec stationem hanc
deserere cuiquam licebat, propterea quod appa-
re & praefito esse oportebat eos, quorum operā
obsequiūmque Rex requirebat. Nam & θητεῖται
solitum Regem, των ἄλλων διατείνειν καθίκει, ex cap.
iii. Esther, & Xenophonte lib. viii. παρ. cognoscimus. Sed & qui Regi desideria preceſve per-
ferre cupiebant, pro foribus Regiæ stantes, expe-
ctabant dum ille sui copiam eis faceret. Herodot.
lib. iii. Ελάσσοντες εἰς τοὺς Πέρσας αὐτοὶ περικακοῦσκες, σαρτες
καὶ παῖδες τοις δύο παρέχειν, βοῶσι. Et alias eodem lib. ii. δὲ
τυλὴ τοις δύο παρέχειν, φορέσσου διηγέρει τοις δύο παρέχειν, καλάτε-
κε αὐτοῖς αὐληρεῖ. Mardoniatum etiam ad Regis Ar-
taxerxis ianuam moratum, Estheris historia nar-
rat.

Hoc amplius apud Persas capitale fuisse, Regis
sellæ, quam Diodor. Sicul. lib. xvii. βασιλικὴν δρόνον
vocat, insidere, Valer. Maxim. lib. v. cap. xvi. & Q.
Curtius lib. viii. & Frontin. lib. iii. Stratagem.
cap. vi. tradunt. In eamque rem non minus lepi-
dum Alexandri dictum, quām humanum factum
commemorant. Nam cūm regione, quæ Gabaza

appellabatur, Macedo quidam gregarius miles, frigore pene exanimatus, in castra vix tandem peruenisset, eo viso, Alexander quamquam ipse tunc, admoto igne refoueret artus, ex sella sua exsiliit, torpentemque militem, & vix mentis compotem, demptis armis in sua sede iussit considere: Ille diu, nec vbi requiesceret, nec a quo esset exceptus, agnouit: tandem recepto calore vitali, vt regiam sedem regemque vidit, territus surrexit: quem intuens Alexander, his eum Curtij verbis affatus fertur. *Ecquid intelligis, MILES, quanto meliore forte, quam persæ, sub rege vivatis? illius enim, in sella Regis cōsedisse capitale foret: tibi salutifuit.* Proinde cum Xerxes Artabanum patruū regali ornatu in folio sedere iussisset, vt experiretur, num ei in somnis, idem spectrum quod sibi ad bellum Græcis inferendum stimulos admouebat, obuersaretur, valde reluctatus est Artabanus, ἐν ἀβύθῳ, vt Herodot. lib. vii. loquitur, εἰ τὸν βασιλεὺον θρόνον ἡράσῃ. Vrgente tamen Rege imperata facere coactus est. Hic pertinet quod Arrian. lib. vi. tristia omnia & signa quaæ Alexandri obitum præcesserunt commemo- rans, narrat. Nam cum Alexander milites recens conscriptos, in Macedonicos ordines diuidens, è sella regia, siti affectus, surgens, paulum inde concessisset: interim obscurus quidam homo per medios Eunuchos Regiæ sellæ circumfulbos, in eam sessum se contulit: vnde illum pellere & deicere, lege Persarum vetante, non ausus est quisquam: quod sinistrum aliquid portendere omnes qui aderant censuerunt: ac præ dolore ora & pectora vnguis lacerare cœperunt. Quæ paulo alter Diodor. Sicul. lib. xvii. refert. Regiam autem Par-

thorum Sellam Traianum cepisse, eamque reperi- tenti Parthorum Regi Antoninum piuum denegas- se, Capitolinus in eiusdem Antonini vita scribit.

Sed nec vestem Regiæ gestare cuiquam licuisse, indicio est, quod Plutarchus in Artaxerxe refert de Tiribazo, qui cum Artaxerxi candyn eius dif- futum & discilum demonstrans, eum sibi do- no dari postulasset, Rex quidem annuit, inter- dixit tamen, ne gestaret: At ille contra Regis voluntatem faciens, candyn induit: cuius illiciti facti, quo Persæ offendebantur, inuidiam insaniæ excusatione Rex amolitus est.

Præterea, si qua ad Regem pellex duceretur, nefas erat lecticæ operæ qua gestabatur, velum, eius inspiciendæ causa, alleuare. Quem morem Diodor. Sicul. lib. xi. ita expressit. Εὗος δέ ὅτε ὁ Θεός οὐδὲ τοῖς πάλαιν τῷ βασιλεῖ, κομῆτι τούτῳ ἀπίκης κεκρυμμένῳ, καὶ τῷ απαντόντῳ μονάχῳ πολυ- πεζομονεῖν, μηδὲ κατ' ὃ φύν απαντήσαι τῷ αἰρεθῆν. Idem & Plutarch. in Artaxerxe confirmat, Δύσκηλα δέ, in- quiens, τὰ βαρβαρικὰ σχῆματα αἰσθαντο, ὥσπερ μὲν μόνον τῷ περσελίντα καὶ θήρα ταλαιπῶ βασιλέως, αἴδε καὶ πάντα πορεια τοσούτηντα καὶ διελάσσοντα ταῦτα μαζάς, εἰφάγεις πο- μποντα παντά παλατέσσει. Eoque modo Themisto- clem, ne qua ei à persis, quibus inuisus erat, iniuria oriretur, sub specie pellicis, lecticæ impositum ad Artaxerxem tutò deductum, Plutarch. in Themis- tocle, & Artaxerxe, narrat.

Quinetiam Regibus suis tantum Persæ tribue- bant, vt in venatione feram, priusquam Rex telū misisset, ferire non liceret: cuius obseruantia gratiā primus Artaxerxes Macrochir subditis suis fecisse legitur. οὐδὲν δέ, vt Plutarch. in Apophthe-

gmat. loquitur, ἀρχοντολέν ἐκέλευσε, τὸ σύμβολον τοῦ τόπου παρθένος καὶ βιοφόδνος.

Perſarum planè Reges legibus ſoluti erant: illisque quod libebat, licebat: Idque ita patrijs legibus cautum, Iuris Perſici prudentes Cambysē conſulenti responderunt, apud Herodot. lib. iii. Proinde Plutarchus in lib. de trib. generib. rerum pub. Πέρος μὲν, ait, αὐτοκρατὴ βασιλεὺς καὶ δικαιούχος ἀπεκάργωντο. Atoſſā quoque de Xerxe apud Aeschylum εἰ Πέρος κακός, δὲ τρεῖς, ait, ἡ οὐτισμὸς πόλη. Visque adeo autem liberè perſarum Reges imperabant, vt omnes qui eorum ditioni parebant (quemadmodum Plutarchus ἀεὶ αὖτε testis est) pro ſeruis & mancipijs haberent, ſola vxore excepta. Nec aliter, ab illis, ſubditū cuiuſcunq; conditionis, ordinis, graduſque eſſent, appellabantur. Secundū hunc receptum in illa gente loquendi morem Artemiſia apud Herodot. lib. viii. Xerxem ita affatur, Σοὶ δὲ ὅτι αἱ ἄριστοι παιῶντες πάνταν, καὶ οἱ δοῦλοι εἰσίν. Hinc Barbaros Dario ſubditos, Δαρεῖον δοῦλοι; Polæmon in Orat. funebri Callisthenis, vocat. In de Aristagoram Milesium, ſeruum vocat Darius in ſua oratione ad Perſas quam Herodot. lib. vii. refert: & Pelopem Phrygem, maiorum ſuorum ſeruum appellaſt Xerxes, apud eundem Herodot. eod.lib. Ibidemq; Xerxes Pythium Lydum increpans qui vacationem militiae vni ex liberis suis concedi poſtularat, Εἰώ, ait, εὔμορος δοῦλος, πόνον γελῶντιν αἴτη γυναικὶ σωμάτῳ. Gobrias ſeſe Cyro dedens lib. iii. παῦσ. Νίδαρον, ait, οὐ εὔωντο δοῦλον καὶ οὐρμαχον. Eoque nomine appellari ſe, Prouinciarum praefides & alij quaunque dignitate potestatē ve praediti, ac vel ipſi germani Regum fratres, atque adeo

Reguli ſtipendiarij, non grauatē patiebantur. Itaque Cyrus, Artaxerxis fratriſ ſeruuſ vocatur in illo Xenophontis lib. i. Αὐταρκῆ loco, ἀπὸ τοῦ Κύρου, δούλων δὲ τοῦ ἀριστεροῦ αἵματος βαſιλέα. Et lib. ii. arma Cyri, ſuo quaſi iure, repetiſſe Regem narrat, ἐπιστρέψας Κύρον ἔπειτα, τὸ ἐκεῖνον δούλον. Sed & Aristoteles lib. de Mundo, φραſtropiſ, & Σατράπαις, Δούλοις τῷ μεγάλῳ βαſιλέως appellat. Hinc & Darium δὲ δούλον καὶ Ασανδρον, ad Regium dominatum prouectum, plurarch. lib. i. de fortit. Alexand. ſcribit. Idem Darius apud Curtium lib. v. Nabarzanis diēto offenſus, eum, pefſimum Mancipium vocat. Apud Athenæum quoque lib. xii. Annarus Babyloniacæ præſes Regis ſeruum appellatur. Eaque de cauſa Arearij, & ſcribæ, nec non ipſimē Prouinciarum Rectores, in ſuis ad Artaxerxem litteris, qua lib. i. Esdræ cap. iii. v. & vi. referuntur, ſeſe οὐαδύλοις inscribunt. Sed & Darius, apud Ioseph. lib. xi. Antiquit. cap. iii. Magiſtris equitum Samaritanæ Prouinciæ reſcribit in haec verba. βαſιλεὺς Δαρεῖος Ταγανᾶ καὶ Σαμαρεῖα. Τοῖς ὑπάρχοις τῆς Σαμαρείας καὶ Τιγλαποῖς οὐαδύλοις αὐτῷ, Τοῖς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ. Vice mutua, Satrapæ alijque officiales, Darium & Artaxerxem Δεκάται, ſeipſos vero Δούλοις vocant, in illis litteris, qua Esdræ lib. i. cap. iii. v. & vi. & à Iosepho lib. xi. Antiquit. Iud. cap. ii. laudantur. Agesilaus quoque apud Xenophont. lib. iii. Εὐλων. Perſarum imperio ſubditos, pharnabazi ὁμοδύλοις vocat. Proinde apud Herodotum lib. vii. viii. & ix. Xerxem Regem alloquentes, Masiſtes eius frater, Mardonius conſobrinus, nec non Artemiſia Carum Regina, eum Δεκάτῳ nūcupant. Similiterque Maxim. Tyr. Serm. iii. Mardonium θλὸν αἰκέντω, Xerxem verò

τρυφῶντα διανοτίων vocat. Eoque potissimum vitio persarum imperium breui corruisse, plato lib. iii. de Legibus censet, quod ablata populo penitus libertate, dominationem supra modum inuexissent, amicitiamq; & communitatem è Repub. sustulissent. Xenophoni quoque lib. vi. επιλογή. persas δουλεῖας μάλαν οὐδενὶ μερισμόντας scribit. Ideo & Agesilaus, vt Plutarch. in Apophthegmat. refert, Alcianos ἔθνος μηδέ κανος θό, δουλος δέ αἰσχος dicebat. Vnde Cicero lib. x. Epist. ad Attic. graue imperij iugum, regnum appellat, non modò Romano homini, sed ne persæ quidem cuiquam tolerabile.

Nec patienter modò, verumetiā libenter, & vt Curtius loquitur, OBEDIENTER AC PIE, persæ imperata faciebant. Et quidquid eis à Regib⁹ oneris ac muneric imponebatur, id latto atque alacri animo, impigrè ac sine vlla detrectatione fuscipiebant. *οἱ αἰνεῖσται*, ait Strabo lib. xv. Σπουδὴς νεοαλών γε βεβαχόντας, επίπλεον. Quinetiam, vt ex Nicolao Stobæus Serm. XII. tradit, qui verberibus flagrifice Regis iussu cædebatur, gratias ei agebat: præclarè secum agi existimans, quod Rex eum in memoria habere se, hoc facto testatus esset. Ita in beneficio loco iniuriam ponebant.

Sed & qui à Rege dissentiebat, haud impune id auferebat. In more namque positum fuisse Aelian. lib. xii. Var. histor. cap. xii. tradit, vt si quis de rebus seriis ac dubiis consilium Regi daturus accederet, is super aureo latere staret: & quidem, si vtilia & honesta suauisse visus esset, pro præmio, latere donaretur: flagris tamen, si Regi contraria sententiam dixisset, cæderetur. Insolenter verò & arroganter, Xerxes Græciæ bellum indi-

sturus

Eturus adhibitis Asia principibus, Ne viderer, inquit, meo tantummodò vsus confilio, vos contraxi. Ceterum mementote parentum magis vobis esse, quam sua-dendum, quemadmodum Herodot. lib. vii. Valer. Maxim. lib. ix. cap. v. & Iustin. lib. ii. scribunt.

Proferam & ex Herodoti lib. viii. aliud erga Reges suos obseruantia argumentum. Nam cùm Xerxes nauem Phœnicia vectus in Asiam se recipere, exortaque ingenti tempestate, & nauem supra modum onusta vectoribus, in sumnum discrimen adduceretur, metu perculsus, gubernatorem interrogavit, an omnis præcisa salutis spes esset: ille vnicam supcressè respondit, si multi ex vecto-ribus fese in mare conicerent. Quibus auditis Xerxes ita loquit⁹ fertur. Cùm in vobis, persæ, vt videre est, Regis vestri sita sit salus, quantæ vobis ea curæ sit, demonstrandi tempus datur. Quæ cùm is dixisset, protinus illucum venerati, in mare desiliisse perhibentur. Atque eo iactu leuata nauem, Xerxes impendente periculo liberatus, in Asiam sospes incolumisque peruenit. Hanc etiam Persarum obedientiam ad sua usque tempora perseuerasse, Ambrosius Hexæmeron lib. v. cap. xxi. testatur his verbis. sed et apes illæ que non obtemperauerint legibus Regis, paenitenti condemnatione se multant, et immoriuntur aculei sui vulneri. Quod Persarum populi hodiéque seruare dicuntur: vt pro commissi pretio ipsi in se proprie mortis exequantur sententiam. Itaque nulli sicut Reges Persarum tam granisimas in subiectos habent leges. Denique solam sibi obsequij gloriam relictam persæ credebât. Quam sumimæ ac pœnè incredibilem eorū erga Reges suos obseruantiam Virgil. lib. iii. Georgic. commendauit his versibus

C

præterea, Regem non sic Ægyptus, & ingens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes, obseruant.

Enim uero literis Regio anulo obsignatis nemo contradicere audebat: sed ex absque mora effectui mandabantur, quemadmodum cap. viii. Esther scribitur.

Regum, præterea arcana, mira fide celasse Persas, Q. Curtius lib. iii. scribit: non metus, non spes, eliciebat vocem qua proderentur occulta: Vetus disciplina Regum, silentium vitæ periculo sanxerat, linguaque grauius castigabatur, quam vllum probrum: Ob hanc causam omnium quæ apud hostem Darium gererentur, ignarum fuisse Alexádrum, Curtius ibidem ait. Ammianus etiam Marcellin. lib. xxi. *speculatores, ait, & transfigæ, subinde venientes, repugnantia prodebat:* Ideò futurorum incerti, quod apud Persas, nemo consiliorum est conscientia, præter optimates taciturnos & fidos, apud quos silenti quoque colitur numen: Ac plane, Taciturnitatem optimam ac tutissimum administrardarum rerum vinculum, scite appellat Valer. Max. lib. ii. cap. ii. vulgo quoq; creditur huc more confirmare Procopius lib. i. de bello persico, propterea quod apud Latinum interpretem legitur, pro certo affirmari non posse quam pœnam Persæ vxori Cabadis, cuius astu vir è custodia euaserat, irrogari int. Idcirco quod Persæ, alijs non communicent: Sed hoc a Procopij mente abhorret, qui de Persarum silentio ne in somnis quidem, vt aiunt cogitans, hoc tantum voluit, se nihil comperti de ea re habere, Propterea quod Persæ inter se dissentirent, sententiisque discreparant, hoc enim significant Graeca eius verba, οὐδὲ ποιησαντες αὐτούς.

Illud constat Persas eximia semper caritate Reges suos dilexisse, nec vlli nationi sanctius angustiusve Regum nomen fuisse. Innatum vero & insitum illis Regum suorum amorem multa declarat: Primum enim pro salute principis, vota ab omnibus, qui tam priuatim, quam publicè sacra faceret, suscipi consueuisse, Herodot. lib. i. auctor est. Deinde moribus ita comparatum erat ut Regem absque munere adiret nullus: ac vel tenuiorum muscula, & quæcunque pro viribus offerebantur, à Rege summa facilitate & humanitate excipi consueuerant. Eumque morem, postquam Persæ in Parthorum potestatem venerunt, retentum, Seneca Epist. xvi. ita scribit. *Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere.* Nicolaus Lyranus in cap. ii. Euangel. D. Math. Dicitur, ait, *quod Reges Persarum semper cum muneribus solent adorari.* Quo more & Magos Christum adorantes ei munera obtulisse ait.

Regi ergo iter facienti, pro se quisque omnes munera ferebant. Et Agricolæ quidem, nec non opifices, vt Älianu lib. i. var. histor. cap. i. tradit, neque vilia & exilia, neque nimis pretiosa & magnifica dohabant: sed alij, boues, aut oves, alij, fruges, aut vinum: Tenuiores vero lac, palmos, & caseum, pomæ denique, & fructus quibus crudis vesci solebant, vbi ad maturitatem peruenerant: Item primitias eorum quæ tellus fert gignerentque, dono dabant: taliaque Regi Persidem peragranti, à singulis quorum finis pertransiret, apponebantur, quæ non Tributi, sed doni loco censebantur: Eoque titulo ipse ea accipiebat lubens. Proinde Sinetam Persam, cum procul à suo Tug-

rio Artaxerxi Mnemoni, casu occurrisset, ac præ manibus nil quod Regi offerret, haberet, ad Cyrū fluuium, ne officio deesset, cursu contendisse fecerunt, & aquam vtraque vola haustant hilari lætōque vultu Regi obtulisse: munus faustis votis, bonisque verbis, quantum potuit, ornasse. Quod Plutarchus in Artaxerxe, & Apophthegmat. & Aelianus lib. i. Var. histor. cap. xxxii. non immerito litteris mādandum esse censuerunt. Ab iisdem auctōribus & illud memoriae proditum est, eidem Artaxerxi Mnemoni in transitu, pomum *ταρροὺς μεγάλη* à Mise oblatum: quod ille grato animo accipiens, coniecturam se inde capere dixit, posse eum hominem ciuitatem sibi creditam suāque commissam fidei, è minima & tenui, magnam efficerē, ingentique eum præmio remuneratus est.

Natales etiā Regum dies persis festi. erant: anniversariisque sacris & publica lætitia celebrabātur. Plato in Alcibiade, *βασιλέως γνέθλια πᾶσαι τὰς καὶ ἐποδίζειν Ασία*. Sed & ex vsu moris gentici, vigiles ipsos iustitiam, felicitatēmque Regis sui, canoris vocibus extollere solitos, Ammian. Marcellin. lib. xxiii. testatur.

Ceterum non viuos modò Reges honoribus, sed & mortuos luctu publico prosequebantur. Etenim post eorum excessum, iustitium per quinque dies indicebat: quo temporis intervallo iura omnia, & Leges filebant, tanquam Regis patrocinio orbæ, quo incolumi saluæ erant. Quod apud Stobæum, Serm. xlii. Selinus significat his verbis, *πρὸς τὸν νόμον τῷ, ὃ πότε βασιλεὺς ἀποδέκεται, ποιεῖται*, *πάντας δὲ τὸν αὐτὸν νόμον ὃ βασιλεὺς καὶ νόμος*.

Sed & sacer ille, æternisque ignis, quem in focis suis quisque pro Lare familiari adorabat, Rege vita functo, extinguebatur: quemadmodum Diodor. Sicul. lib. xvii. docet. Nam cùm Alexāder iusta Hephestioni faceret, cùmque publicè patrio Persarum more lugeri vellet, *πάντας* vt. Diodor. ait, *τοῖς καὶ τῶν Αστεων οἰκανοῖς περούτεροι, τὸν τελεῖται Τοῖς Πέρους ήσον πόρυν καλέμφον, ὅπιδήσις σθέση, μέχει δὲ πελέσι τῶν ἐνφοράν*. *τὴν δὲ εἰώθασιν οἱ Γέροι, ποιεῖν καὶ τῷ βασιλέων πελεύσι*.

Regum etiam filijs magnum honorem & reverentiam exhibere Persas consueisse, Herodot. lib. iii. scribit. Denique Persarum res in tantum magnitudinis potentiaque fastigium euētas, non virtute & viribus, Isocrates in Aeginetico, & Nicocle, scribit, sed quod vnius imperio libenter & cupidè paruerint, Regiamque maiestatem præ ceteris summa semper obseruantia coluerint. Obsequium certè & patientiam imperij longè præstantiore fuisse quam ceteris, ac vel in ipsis, quibus imperabant, feris & Barbaris nationibus eximiam Regum maiestatem fuisse, Q. Curtius lib. v. ait. Ideoque ne honos Regi non haberetur, Darium Bessi & Nabarzanis conspiratione prehensus aureis compedibus, catenisque vinculum fuisse, idem auctor cum Iustino lib. xi. scitè scribit: Cuiusmodi vinculis oneratos à Cyro Astyagem, ab Artaxerxe Cyrus fratrem, Dio Chrysostom. Oratio. ultima, & Iustin. lib. v. memorant.

Sed quoniam qua obseruantia & veneratione Persarum Reges a subditis colerentur, abunde exposuisse mihi videor, ad Regum insignia, Regalēmque cultum & ornatum nostra se conuerteret oratio. Atque vt de Regio capitī insigni primū.

dicam, Tiaram quæ & Kυρβασία dicebatur, gestasse Persarum Reges non est ignotum. Maxim. Tyr. Sermo. x. & ἐπιμέλεια Μέγας βασιλεὺς τῶν πάτην ἔχων. Et Tiara quidem Regibus cum Prætoribus, & præsidibus prouinciarum commune capitis tegmen erat. Nam ut Tzetzes historicorum versuum Chil. viii. cap. clxxxix. ait, Τιάρα, σκέπη κεφαλῆς ὑπῆρχε φέρουσι. Verum hoc intererat, quod Regum Tiara, recta & sursum clara erat, apice seu cono in sublime erecto: Reliquorum vero, deorsum vergebat, & in frontem deducebatur. Soli nanque Regi rectam Tiaram gestandi, ius erat. Quod Tisaphernes apud Xenophontem lib. ii. Ana. Cœs. Kyp. disertis verbis adstruit, τὴν εὐθὺν ἀν-
quiens, τὴν τῇ πεφαλῇ Τιάραν βασιλεὺς μήνῳ ἔχειν ὥρθεν ἔχει. Idemque lib. viii. παρ. Kyp. Cyrus curru emi-
nentem processuisse narrat ὥρθεν ἔχοντα τὴν Τιάραν.
Aristophanes & Oribasius.

Διὰ τῶν τὰς ἔχοντας, οὐκ ἄγαρ βασιλεῖς δέ μέρας θύεισαν,
Ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὸν Κυρβασίαν, οὐδὲ ὥρθεν μόνος ὥρθεν.
Ad quem locum Scholia festi, πᾶσι τῷ, ait, Πέρος γέλει
τὴν Τιάραν φορεῖν: οὐδὲ τὸν ὥρθεν, αὐτὸς Κλεοπάρχος τὴν διεκάπι,
μόνοι δὲ οἱ θεοὶ Γρῦποι βασιλεῖς ὥρθεν ἔχονται. Ibidemque
Κυρβασίαν eandem esse cum Tiara tradit, & adiicit,
Τοις καὶ διηγοῖς ἔχοντας καὶ ἐπισυμένων, καὶ περιβαλλοντας εἰς τὸ μέ-
ταπον ἔχειν, τοις δὲ βασιλεύσιν, ὥρθεν. Similiter Suidas, Τιά-
ρα, κύριος ἀποκεφάλαιος, λειδίοι βασιλεῖς μόνοι ὥρθεν ἔφοροι
φέρουσι, οἱ δὲ στρατιώται πεκτυλίδηις. Idem alibi Κυρβα-
σία. Ενιοι μὲν Τιάραν δὲ οἱ βασιλεῖς τὴν Γρῦπον ὥρθεν ἔχονται οἱ δὲ
στρατιώται ἀποκεφαλιδην. Sed & Hesychius, Τιάρα, η λευ-
ρόν κυρβασία. Εύην δὲ οἱ Γρῦποι βασιλεῖς μόνοι ἔχονται ὥρθεν: οἱ
δὲ στρατιώται ἀποκεφαλιδην. Plutarch. τοις φιλαδελφοῖς, δὲ
Xerxe, καὶ καταβαλὼν τὴν Τιάραν τὴν φορεσιν ὥρθεν εἶ-

βασιλεύοντες. Idem lib. ii. de Fortuna Alexan. Darium Bagoæ Eunuchi beneficio ad regni culmen eue-
ctum narrans, καὶ τοινὶ εὐδοκίμοις Αστάνδρου φειδεῖσθαι τὸ
βασιλικὸν καὶ ὥρθεπατὴν μίσειν. Lucian. in Nauigio seu
votis, Τιάρη τὴν Τιάραν ὥρθεν ζεῖν καὶ τὸ Διάδημα. Apud
eundem in dialogo Alexandri & Philippi, hæc
Philippus Alexandro filio obiicit, τοῦ δὲ τοῦ τοῦ Μα-
κεδονικοῦ χλαμύδα καταβαλὼν, καθέων, οὐδὲ φάσι, μετενέδει,
καὶ Τιάραν ὥρθεν ἐπέθειν. Rursus in Piscatore, εἴ τις εὐ βα-
σιλικῷ ἔχειται ὥρθεν Τιάραν ἔχειν, καὶ Διάδημα, καὶ τὸ δῆμος δοτα
βασιλεῖας γνωστομάται. Quin & Dion Chrysostom.
Oratio priore de scrutitate & libertate, Tiara re-
ctæ vsum priuatis capitis, periculo, interdictum
indicat his verbis, Τιάρων ὁ Πρύτανος βασιλεὺς, οὐτας οὐδὲ
μόνος ὥρθεν τὴν Τιάραν, ἐφρόντιζεν, καὶ εἴπει δῆμος τοῦτο ἐποίησε,
Αἰδίνιος ἐκέλευσεν Λαποθησάκην αὐτὸν. Eunapius in Ardesio,
μικροῦ Σινός ἐδέησε, τὸν Γρῦπον βασιλέα, τῷ τε ὥρθεν μεταβαλεῖν
Τιάραν.

Proinde, cum Demarato Lacedæmoniorum
Regi à Xerxe (cui ille aduersus Græcos bellum
paranti magno usui, & in rebus gerendis adiumento,
fuerat) concessum esset, petere quodcumque
vellet, id vnum postulauit, ut sibi equo insidenti,
Sardes, cum recta Tiara, ingredi liceret, quemadmodum ex Philarcho Suidas refert. Plutarch. in
Themistocle, Επειδὴ δὲ Δημάραχος ὁ Σπαρτιάτης αὐτοῖς αὐτοῖς
διηρεῖν κατεύθετος, ἀπίστον τὴν Κίσσειν, ὅπῃ οἱ βασιλεῖς, ἐπα-
ειδήμος, εἰσελάσσουσι οὐτε Σαρδίων. Ob eāmq; postulatio-
nē Xerxe ira exarsisse subiicit Seneca lib. vi. de Be-
nefic. cap. xxxi. Itaque Xerxes pudore, quam damno
miserior, Demarato gratias egit, quod solus sibi verum
dixisset: & permisit petere quod vellet. Petiv illi, ut Sar-
dis, maximam Asiæ cœnitatem, currū vectus intraret, re-

Etiam capite Tiaram gestans: id solus datum Regibus. Artaxerxes planè, Dario filio, quem se viuo hereditatem suam quodammodo cernere passus est, Tiaram rectam ferre indulxit, ut supra ex Plutarcho cōprobauimus. Sed & qui imperium usurpabant, hi rectam Tiaram assumebant. Hinc Bessum, qui Dario caso imperium occupare nisus est, Τιάραν ὡρθὸν, καὶ Γῆστιν τολεύς sumpsisse, Arrian. lib. iii. narrat. Idēmque lib. vi. refert, ab Atrobate Mediae satrapē, Baraxen Medium vincitum ad Alexandrum deductum, affectati regni reum, ὅπη, ait, ὡρθὸν τὸν μίσθιον τελέσθιος, βασιλέα προσεῖπεν αὐτὸν Πέσσων τε καὶ Μήδων. Ethunc Persarum morem imitatus Antonius, Alexádrum vnum ex liberis, in publicum produxisse fertur, εἰδὴ παντακή, Τιάραν καὶ μίσθιον ὡρθὸν ἔχον, ut Plutarc. in eius vita scriptum reliquit. Quod Persarum æmulos Parthos seruasse inuenio. Etenim Artabanus Parthorum Rex, in regnum, vnde factionibus procerum pulsus fuerat, Izatae Adiabenorum Regis opera restitutus, ut gratiam de se bene merito referret, maximis, qui apud Parthos habebātur, honoribus adficere studēs, τὸν τε Τιάραν, ut Iosephus lib. xx. Antiquit. cap. iii. narrat, ὡρθὸν ἐπίτρεψεν αὐτῷ φορέν, καὶ ἐπὶ χειρὶς καίνις κατεύδην, ὁ μόνον ἦτι γέρας καὶ οὐκεῖον τὸν Γαργάνων βασιλέων.

Igitur satis supérque probatum est, Regum Tiaram, ὡρθὸν, reliquorum, ὄπικειμένων, seu ὄπικειμένων, & hoc amplius, ἐπιχειρέων, καὶ εἰς μέτωπον προσέλευτα, fuisse, id est implicatam, inuolutamque, & in frontem projectam. Verūm septem Persis Magorum percussoribus, & eorum posteris, præmij loco concessum fuisse, ut in anteriorem partem capitis prominentem Tiaram gestarent,

Plutarchus in Politicis docet his verbis. Τοῖς δὲ Τιάραις μάχεσθαι ἐπὶ τὰ Πέρομς ἔδωκαν αὐτοῖς, καὶ Τοῖς αὖτε ἐπὶ θυροδίους, εἰς Τύμπανον τῆς κεφαλῆς τῷ Τιάραι φορέν. τόπῳ ἐπικόσιντο σύμβολον, ὡς ἔστι, χωροῦπες ἐπὶ τῷ πλαγῇ. Atque ita à Regibus & à ceteris diuerso modo Tiaram gestasse videntur, propterea quod non ut Reges erectam, ac veluti ad perpendiculum in caput elatam: neque ut priuati, in frontem propendentem & demissam, sed medio quodam statu in sinciput projectam, prominentemque gestabant. Tiaram autem D. Hieronym. ad cap. iii. Danielis, genus ait, esse pileoli, quo Persarum Chaldeorūmque gens vritur: de cuius forma & figura, ex his quæ subiecti locis aliquid coniectura colligi poterit. Xenophontis siquidem lib. v. Αιγαῖον. verba sunt hæc. Επὶ δὲ τῇ κεφαλῇ κραίν οὐκέπια, οἴδη τὰ Παφλαγονικὰ κραύσιλον ἔχοντα καὶ μέσον ἐγκατάτω θαυματόν. Quem locum Suidas citans, Κραύσιλον explicat, πλέυρα περιχώνεις δὲ τὸν λόγον. Cuius interpretationi Thucydidis quoque Scholia festis accedit: nec diffidet Seruius in IIII. Aeneid. Virgilij, *Retiolum quod comas colligit*, Κραύσιλον dici tradens. Crinum ergo in acutum desinentium figuram, Tiarae speciem imitari inde elicetur. Dionys. Halicarnass. lib. II. de Salijs, καὶ Τοῖς καλλιρόοις. Απίκαιος ὀπικεῖδροι τὰς κεφαλές, πίλοις υψηλοῖς εἰς ἀγήμα σωματεύοντες, οἵ εἰλικλωτοὶ προσωπορέονται Κυρεαῖς. Strabo lib. xv. Vulgum quidem Persarum ὄπει κεφαλῆς πληρα, & ut alias appellat, ῥάνος Σιδηνῶν ὄπει κεφαλῆς. Principes autem viros, Τιάρας προστανοῖς τοῖς τῷ Μάχαι, gestasse scribit. Ibidemque Tiaram, πληρα πυργωτὸν vocat. In Tiara autem & χώμα & χεῖμα, Plutarchus in Alexand. memorat. Sed & Aristophanis

Scholia stes ad hūc Comœdiæ, quæ Αχρνεῖ inscribitur, versum, Αχδουαγ̄ω ωρέσθεσης τοῖς τιάραις, Persicas Tiaras τιάρας πλεῖσται habuisse ait, quod forte respxit Philostratus lib. II. Imagin. capite de Themistocle, cùm de Rege Persarum loquens ait, Καὶ αὐτὸς ὁ βασικεῖς τοῦ χρυσοῦ δρόντες τιάρας τῶν οἰκείων. Interpretus vero Aeschylus in Persas νόμον φαλαρίς, Εἴ τοι λόγῳ τῆς βασιλικῆς Τιάρας καὶ πενιεραλάριας meminit: & πενιεραλάριας, τὸ τέμπατα appellari ait.

Sanè Persarum pilea coætilia non fuisse, seu ex coæctis, id est ex lanis villifive, confecta, sed ex pannis compacta, docet Herodoto lib. vii. Hoc enim significat, cum ait, πλεῖστης τῆς κεφαλῆς ἔχον (de Persis loquitur) Τιάρας καλεομένοις πίλοις αποκαλεῖται. Quorum postremorum verborum sententiam interpres adsecutus non est. Pilea quoque Romana æquè fuisse απαγγήλη, indicat hic notissimæ poëtæ versus,

Tritus pilea futa de lacernu.

Sed & Cidarin byssinam Darium pollicitum his qui propositam quæstionem aptius & verius expedirent, apud Ioseph. lib. xi. Antiq. Iud. cap. IIII. & Esdræ lib. III. cap. III. legimus. Tiaram vtique tempora & buccas velasse ostendunt, Ouid. & Iuuenal. Ille siquidem lib. xi. Metamorph.

Tempora, ait, purpureis tentat velare Tiara.
hic verò sat. vi.

Phrygia vestitur bucca Tiara.

Tiaram porrò diuersam fuisse à Mitra, indicat Herodot. lib. VII. qui Persas Tiaratos, si ita loqui liceat, seu pileatos, fuisse: Cissios vero, pro pileis, Mitras gestasse, ita scribit, οὐ γάρ δὲ τῷ Πίλωνι, μέγαφοροι τιάραι. Hoc idem Max. Tyr. Sermo. x. ostendit, γένεται

Μιδιᾶς, inquietus, Τιαροφορων δὲ Μαρδονικὴ μέγαφορος.

Proprio autem nomine, insigne capitis Regum Persarum, Citaris, seu Cidaris (vtrumque enim promiscue usurpatum Hesychius testis est.) appellabatur. Pollux lib. vii. Onomast. cap. xiii. Γρῖον, μὲν ίδια, Καίρες καὶ αὐτέντεις καὶ Τιάρα, λοῦ καὶ Κυρεαῖσιν, & Κίδασιν, καὶ Πίλον καλοῦσι. Sic enim eum locum supplendum censeo. Idem lib. x. cap. XXXVI. οὐ δὲ Κανοίς Πίλος Μακεδονίκος, τοῦ Μεγαλόπολεως Κυρεαῖσιν Γρῖον. Ita enim mihi locus ille restituendus videatur. Subiicit deinde Ηρόδοτος δὲ καὶ Κίπασιν. Hesychius cum Suida, Κίδασις Γίλος βασιλικὸς δὲν καὶ Τιάρας καλοῦσι. Philo Iudeus de vita Mosis lib. III. Κίδαρες τῷ οἱ τοῦ εἴσων βασιλεῖς, μὴν διαδηματος εἰώδεα κατέβασι.

Quanquam Persarum quoque Regibus Diadema Graeci auctores tribuunt, & ad Tiaram rectam, Diadema accessisse docent, Xenophon lib. VIII. παρ. De Cyro, Εἶχε δὲ καὶ Διάδημα πλεῖστην Τιάραν. Plutarchus lib. πλεῖστην Φιλαρέτας, de Xerxe, τοῖς πλεῖστην Τιάραν. Lucianus quoque, in Nauigio, seu de votis, & rursus in Piscat. Diadema cum Tiara sociat. Fit & Diadematis Regis Persarum mentio, lib. IIII. Esdræ: Eόque Mardochēum redimitum in publicum prodijse narratur.

Quinimo, Diadematis nomine, Cidarin designant, quod Diodoro, & Iustino collatus Arrianus aperte comprobat. Alexandrum enim ex habitu Regum Persarum, Diadema, insolitus antea Regibus Macedonicis, assumptissime Iustinus lib. x. narrat: Similiterque Diodorus Sicul. de eo verba faciens, lib. XVII. ἐπειδὴ τὸ τε Γρῖον Διαδήμα, τοῦ νεονέμφων δὲ τὸ ἄντος οὐ νικῶν πάλαι ἐφόρος, αἷμεν τοι εἰπούσεων. Arrianus verò Κίδασιν Γρῖοντι ex Persico luxu Ale-

xandrum mutuatum, refert lib. iii. ita quod ille, Προκόπιος Διάδημα, hic Κίσσειον Φροντίνην, dicit. Ac deinde lib. vi. Diodoro consentiens Arrianus, Cidarin & Diadema confundens, Alexandri Καυσία χρωμάτινον αὐτῷ Διάδημα numerat. Vnde apparet, eodem modo Macédonicæ Causiæ, Cidarin eum adiunxit, quo Tiara rectæ apud Persas coniectebatur. Simili cultu unum ex Antonij filiis, Καυσία Διάδημα πορφύρων κενοσχημάτων, processisse Plut. in Antonio scribit. Eodemque modo Tigranem Τιράνην καὶ Διάδημα τοῦ αὐτῶν, Dio, lib. xxxvi. & in eius Epitome Xiphilinus, indicant.

Verum qualis esset Cidaris, unus nobis Curtius Rufus aperit lib. iii. his verbis. *Cidarin persæ Regum capitis vocabant insigne. Hoc cerulea fascia albo distincta circuibat. Rursusque lib. vi. de Alexandro. Itaque purpureum Diadema, distinctum albo, quale Darrius habuerat, capiti circumdedit.*

Præterea Myrrha & Labyzo Cidarin delibutā fuisse didici ex Athenæo & Hesychio. Ille enim de Cidari talia ex Dione scribit, παπονδαζέντες ἐκ σφύρην καὶ τὰ κατεύθυντα λαβέτε. Εὐόδης δὲ θνητὸν λαβέντος καὶ πολυπλάκατον τῆς σφύρης. Hesychij verò de Cydaris ornatu & apparatu verba hæc sunt. Εἰ δὲ ἐκ σφύρης τοι λαβέτες οὐ δὲ λαβέντος θνητὸν πολυπλάκατον τῆς σφύρης, τοι δέ τις ηὔστην, τοι δύμασαι τοι καλλιστον τοῖσι βασιλεῖ. Σὺ τοι τὸν Κίσσειον πέπλασαι. Ex quibus perspicue liquere arbitror quid sibi Curtius velit, cum lib. vi. Regni insigne Besso ex capite direptum, itemque lib. vii. cum Bessum Comares admonet, magnum onus sustinere eum capite, Regium insigne. Vtrobique enim Tiaram rectam, cum purpurea fascia albo distincta, accipe: quod & Decus capitis sui, Darrius

apud eundem Curtium appellat. Athenæus vero lib. xii. τὸ κράτος μυρτινὸν δὲ επεζήντο τῇ κεφαλῇ οἱ τῷ Φροντίνῳ βασιλεῖς.

At in reliquarum gentium Regio dominatu, Diadema (quod omnibus notum non est) nihil aliud fuisse, quam candidam Fasciam, qua Regum frons præcingebatur, compertum habeo. Demostrat hoc satis aperte Lucian. in Nauigio, seu de votis, Diadema, παρίαν λαβεῖν τοῦ μυρτοῦ, vocans. Idem in Dialogo Diogenis & Alexandri, Diadema hoc verborum ambitu designat, Διαδέδημόν παρίαν λαβεῖν τοῦ κεφαλῶν. Argumento est etiam, quod Valer. Maxim. lib. vi. cap. ii. Fauorinum, Pompeio fascia crus alligatum habent, Regias vires exigui panni cauillatione, exprobrantem, dixisse narrat. Non refert qua in parte corporis sit Diadema. Suetonius quoque in Iul. Cæsare, cap. LXXIX. inter cetera regij nominis à Cæsare affectati indica, ponit, Coronam lauream candida Fascia præligata, statuę eius non inuiti à quodam è plebe impositam. Plinius lib. xii. cap. xvi. Est Regibus Apum, in fronte macula, quodam Diadematē candidans. Denique Ammianus Marcellinus lib. xii. Diadema, Fasciolam candidam Regiae maiestatis insigne, appellat. Pannum vocat Valerius Maximus, non illo modō quem suprà adduxi, loco, sed & lib. vii. cap. ii. his verbis. Rex etiam subtilis iudicij, quem ferunt traditum sibi Diadema, priusquam capiti imponeret, considerasse, ac dixisse: O nobile magis, quam felicem pannum. Cuius Regis nomen à Valerio silentio suppressum Stobæus edit, Serm. XLVII. Antiochumque fuisse, liquidò declarat. Et quod ille pannum, hic, εἶπες, ut & Monima Milesia apud Plutarchum in Lucul-

Io, nuncupat. Capiti quidem impositum, Valerius Maximus significat, & Aurelius Victor apud quem in cap. de Caligula, *insigne Regni Capiti neclter*, legimus. Vnde & *Capitus decus*, vocatur à Seneca lib. i. de Clementia, & in Hercule furente, Actus ii. Scen. i. & in Agamemnon. Act. i. Sc. i. & *Capitus insigne*, à Liui lib. x x vi . & *Regium insigne*, à Tacito lib. xii. Annal. & *Regium decus*, à Sallustio, in bello Iugurthino. Regum frontem eo reuinatam fuisse, Seneca in Thieste Act. ii. Choro, & Act. iii. Scen. ii. docet, utroque *Regia frontis notam*, appellans. Similiterque in Choro Act. i. ii. eiusdem Tragediarum, ille qui donat Diadema fronti. vnde Ann. Flor. lib. iii. *veste*, ait, *purpurea*, *argenteoque Baculo*, & *Regium in more frante redimita*. Atque hoc Diadema, Regum insigne, Liberum Patrem inuenisse, Plinius lib. vii. cap. LVI. tradit. In orbes utique finiutum fuisse tegimen capitum Parthorum Regum, Tacit. lib. vi. Annal. indicat, cum ait, *Nuntiavere accolae Euphratem nulla imbrum vi, sponte in immensum astollit. Simul in albentibus spuma, in modum Diadematis, finire orbes*. Sane Saporem Persarum Regem aureum capitum arietini figmentum, interstinctum Lapillis, pro Diadematate gestasse, Ammian. Marcellin. lib. xix. refert.

Quod autem ad reliquum Regum vestitum attinet, constat stolatos eos fuisse, & usque ad talos demissam vestem purpuream gestasse. Cuius rei vel vno Iustinus locuples testis est lib. xii. quod loci de Alexandro, qui, ne inuidiosius in se uno Persarum luxus conspiceretur, suos quoque in societatem vocando duxit, ita loquitur, *Amicos quoque suis longam vestem auream, purpureamque sumerci*.

bet, ut luxum quoque, sicut cultum imitaretur Persarum. Cuiusmodi vestem Herodot. lib. vi. & vii. Xenophon. lib. viii. παγδ. Plutarch. in Alexand. vita & lib. i. de fortuna eiusdem Principis: Arrian. lib. iii. & vi. Aelian. lib. i. Var. histor. cap. xxii. & Zonaras Tomo i. Μιδικὴν σολῶ vocant: Emilius Probus in Pausania, *Medicam vestem*. Xenophon vero lib. i. Αράσας. Aelian. lib. i. cap. x x x i. & Athenaeus lib. xii. Πέρσην σολῶ, & Curtius lib. vi. *vestem Persicam*, quam & lib. iii. *Pallam* vocat. Eandem Plutarch. in Alexan. & Athenaeus lib. i. σολὺν βαρβαρεῖν dicunt.

Huius autem vestis talaris usum Cyrus in Persidem induxit, ut Xenophon. lib. viii. παγδ. de eo verba faciens, ita scribit. Σπολῶ τε γυνῶ ἐλεπο πὺς Μιδικῶν, αὐτὸς τε φορεῖν καὶ Τοῖς κονῶνας Γαύτων ἐπεισον ἀσθεάτου. αὐτὴν τῷ αὐτῷ συνκρύθειν ἔδοκε, εἴ Τοῖς οὐ οὐ τῷ Γαύτων ἔδειξεν ἔχον, καὶ καλίστος καὶ μείζονς ὑπεργυνών τοῖς φοροῦσας. Atque adeo eius generis vestes quamplurimas, suis largitum Cyrus Zonaras Tomo i. Annali. post Xenophontem narrat. Quanquam, si ab ultima antiquitate res repetenda sit, originem hæc vestis species dicit à Semiramide: Eam namque hoc geniuus vestis excogitasse, cum iter illi instaret subitum & longum, Diodor. Sicul. lib. ii. meimorat, indicās διάνην καὶ γεννήν σολῶ fuisse: additque, καὶ τὸ σωόλον Τιάνην τὸ εἶπεν αὐτὸν χάρεις αἴστη ὑσερον Μιδικὴν ποστερδρόν τῆς Ασίας, φορεῖ τὸν Σεμιραμιδὸν σολῶν, καὶ μὲν τοῦ διολόντος Ρότας. Iustinus lib. i. de Semiramide. *Igitur brachia et crura velamentis, caput tiara regiti: et ne nouo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu et populum vestiri iubet: quem morem vestis, exinde gens uniuersa tenet.* Hanc autem Medicam vestem eandem cum Serica Procop. lib. i. de Bello Pers.

facit. Pretiosissimam verò illam Regum longam vestem fuisse, multo auro, multisque gemmis, cōiūcere licet, cùm ex cap. 111. Esther, tūm ex eo quod de Cyri minoris ornatu Persico, Cic. lib. de Senectute, ex Xenophōtis Oeconomico commemorat. Quinetiam φεινείμηνος αὲτ τῷ οὐ βασικέως φύεται κόρυντι, sicut διεγέλων Σελάπων, auctor est Plutarch. in Artaxerxe. Eundēmque principem, τὸν σολίῳ τῆς θηρανείας αὐτὸν ἐνθεῖνοτα, ὅλως ἡγεμονὸν καὶ λίθον πολυτελῶν, in folio resedisse, narratur Esther cap. v. Concordat Iosephus lib. xi. Antiq. Jud. cap. vi. qui sedisse eum ait ὅτι οὐ Φέρεται τὸν βασικὸν φεινείμηνον κόρυντι, ὃς λοῦ ἐπικίνης μὲν εὐθῆτος, χειρος δὲ καὶ λίθου πολυτελος.

Nec auro modò & purpura insignem, sed & varijs animalium, autūmque, figuris, distinctam Q. Curtius ostendit, vestitum Xerxis describens, his verbis, Pallam auro distinctam, aurei accipures, velut rostris inter se corruerent, adornabant. Quod & Philostrat. lib. ii. Imagin. cap. de Themistocle, significat, quum ait, Καὶ Στέλιος περιτάχεις μορφαῖς, διὰ ποικιλοτοις βαρύσεοι. Illius verò Pallę persice figurā quadrangula fuisse, Dionys. Halicarn. lib. iii. docet. Illic enim Hetruscos legatos, Tarquinio, inter cetera σύμβολα τῆς ἵματος, artulisse refert, χτῶνα πορφυροῦ καυστόντον, καὶ τείχον, auro πορφυροῦ ποικιλον, διὰ Αυδένην καὶ Λιβύον ἐφόρον οἱ Βασιλεῖς: πάλιν εἰ περιαγων γέτη πολυτελῆ εἶναι, λοῦ, αὖτις ἡμερώλιον. Mathematicis autē περισσαριον est, quadratum cōstans quatuor lateribus æqualibus, & quatuor rectis angulis. Quæ & Pallij Græcorū forma & figura erat, quæ admodum Terull. in lib. de Pallio indicat, in viris autem, inquiens illic Pallij extrinsecus habitus, et ipse quadrangulus, ab utroque

utroque laterum reggitus, et ceruicibus circumstructus, in fibulae morsu, humeris adquicabat. Et in fine eiusdem libri, Pallium fingebat ita loqui, Omnis liberalitas studiorum, quatuor meus angulis, tegitur. Hartbanus etiam de rerum naturis lib. xxi. cap. viii. Pallam definit quadrum pallium muliebre, usque ad vestigia.

Tunicam præterea, quam parrio sermone Καΐδης appellabant, Reges indiūsse, ex Plutarchi libris quibus Alexandri vitam & fortunam literis mandauit, liquet. Atque ut Tiafa capitū, ita & Candys corporis commune Persarum tegmen erat. Lucian. εἰδεις κατηγορ. Καὶ μονοτριχούς καΐδες ἐνθείνοτα εἰς τὸν Ασυρεῖον Θέατρον. Suidas Καΐδης χτῶν Γρεσικός. Quibus verbis Hesychius addit, οὐ ἐμπρηστατικοῖς σραπῶνται. Verum Regum Candys à ceteris purpūratorum & procerum amiculis, non pretio tantum, sed & colore distabat. Nam, ut Pollux lib. v. i. Onomastic. cap. xiii. tradit, οὐδὲ βασιλεῖος Καΐδης ἀλιπόρφυρος: οὐ δὲ τῷ δῆμῳ, πορφυροῖς, έρατ. Quibus verbis Pollux demonstrat, hoc eximij Candyn Regium supra reliquos habuisse, quod mutice & Conchylilio, id est marina purpura, tintus esset. Ea quippe secundum Græcorum interpretationem, vocis Αλιπόρφυρος significatio est. Hesychius, Αλιπόρφυρος δημοργός, ητοτέ εἰνι εἰς θαλασσίας πορφύρας. Euastath. in v. i. Iliad. Αλιπόρφυρεα τελεῖται τοις παλαιοῖς ἀλικλινα, δημοργα, πορφυρεῖ. Et in v. Odyss. Αλιπόρφυρεα inquit, τοις πορφύραις δικην δήσος, ή τοις δημοργαῖς. Nam & Αλιρά, Suidas θαλασσοπόρφυρεα interpretatur. Diodorus Sicul. lib. x. v. i. scit. ii. in Persepolitana præda multas à Macedonibus militibus direptas vestes pretiosas narrans, ταὶς μὲν, ait, θαλασσίας φορθύσεις, ταὶς δὲ, χειροῖς ἐνφύσιασι πεποιημένας. Cuiusmodi murice infectas

vestes præ ceteris purpureis in pretio fuisse, indicio sunt hæc quæ apud Stobæum cap. LXXXII. legimus, εἴωτα μήνα τὸ δελασίν βάθυος τῷ κόκκῳ. Rursumque apud eundem cap. xcii. ex Naumacho, εἴωτα οὐ εἰσαλίς εἴωτας κόκκος. Eius vero generis vestes Persarum Regibus, Phœnicum oram marinam cui imperabant suppeditasse, verisimile est quod illic laudatissimus murex legebatur: ibique purpurae Baphia Imperatores Romanos, Constantinopolitanosque habuisse, notum est. Posterioribus vero seculis aliud ex Sandice Indica purpurae genus in pretium venisse apud Persas, Vopiscus in Aureliano auctor est: ad cuiusmodi purpuras, cum reliqua Romanorum purpurae iungentur, *cineris specie decolorari*, ut ait ille, *videbantur diuinī comparatione fulgoris*.

Regum vtique amiculum purpureum, μισθίων, seu ἀγρόνων (utrumque enim idem valeat) fuisse obseruauit: qualem habitum, nemini, præter Regem, gestare licuisse, docet Xenophon lib. viii. περὶ Σ. qui Cyrum indutum fuisse χτῶνα περφυροῦ μετόπλουν refert. Plutarch. in Alexadri vita, de his qui Persarum imperio suberant, Οἱ τοῦ Γέρμου, ait, ζωτὸν καὶ τὸν ἀστερον αὖτε χτῶνα περσικῶσσαν. Alexander etiam postquam in Persarum mores transiit, τὸν Περσῶν Διάδημα περέθη, καὶ τὸν ἀστερὸν αὖτε χτῶνα, ut Diodor. Sicul. lib. xviii. scribit. Quod & Ephippi Olynthij auctoritatē firmatur, ex quo Athenæus lib. xi. hæc verba citat, Καθ' ἐρῖστην περ παρ χτῶνα περσικῶν καὶ χτῶνα μισθίων καὶ Καύκαις ἔχοντα τὸ Διάδημα τὸ βασιλικόν. Tigranem quoque Armeniae Regem, Diodor. lib. xxxvi. indicat gestasse χτῶνα μισθίων, καὶ τὸ Καύκαιον τὸ ἴωπερφυρον. Tarsen-

sem quoque Tyrannum Lysiam περφυροῦ καὶ μισθίων χτῶνα gestasse, Athenæus lib. v. memorat. Idem lib. xiiii. Phallos χτῶνα μισθίων vsos tradit. Sed enim quæ si harum Græcarum vocum vis ac potestas, cum Plinio, Curtius planum facit. Ille enim lib. xxii. cap. vi. οὐσίαν, Medio-candidum interpretatur. Hic vero lib. iii. & vi. cùm Diadema Darij describit, μισθίων seu ἀγρόνων, purpureum albo distinctum vertit. Alijs, purpureum cui medium album intextum erat, reddit. De Darij nanque cultu lib. iii. loqueps. ait, *Cultus Regis, inter omnia, luxurias habatur: purpurea tunicae medium album intextum erat.* Ac ne quis à parum idoneo auctore interpretationem sumptam suspicetur, Curtius hic ex cuius scriptis toties à me auctoritas in his libris ad faciendam fidem petitur, ijs temporibus vixit, quibus bonas artes & studia literarum floruisse, nemo incisiari possit. Nam, nisi me coniectura fallit, hic historiæ Alexandri auctor, CVRTIUS ille RVFVS EST, qui iam inde à Tiberij temporibus Rempub. attigit, & cui, dum Africæ Proconsuli, velut comes & sectator haberet, spectrum muliebri figura feso obtulit, cisque prouincię præfuturum eum, prædictit. Quod & euenter re ipsa comprobavit. Claudio enim imperante Africam cum imperio obtinuit, triumphaliaque insignia adeptus, ibi diem obiit, quemadmodum Tacitus lib. xi. Annal. & Plin. Epist. xxvii. lib. vir. memorant. Itaque ad Claudium, imperatorem pertinet, quod illi lib. x. scribit, in hęc verba, *prinde iure merito que populus Romanus salutem si principi suo debere profiteretur, cui noctis, quam penè supremam habuimus, nouum fidus illuxit. Huius Hercule non solis*

ortus lucem caliganti reddidit mundo, cùm sine suo capite discordia membra trepidarent. Quot ille tum extinxit facies? quo condidit gladios? quantum tempus statem subita serenitate discubuit? Non ergo reuirescit solum, sed etiam floret imperium. Absit modo innidia, excipiet huius saeculi tempora eiusdem domus utinam perpetua, certe diuturna posteritas. Idemque mecum sentiet qui de eius loci interpretatione Sueton. in Claudio cap. x. & xi. & Ioseph. lib. ix. Antiquit. cap. ii. & iii. consulteret, à quibus disceret, post Caij cædem, per biduum, de mutando Reipub. statu, adserendaque communi libertate, hasitatum. Senatu vero segniore in exequendis conatibus, per tardum ac diffensionem diuersa censemuntur, & multitudine quæ circumstabant, Rectorem unum, & nominatum Clodium, exposcentium, imperium ei stabilitum atque firmatum. His & illud addam, Curtium hunc Rufum à Suetonio, clarorum Rhetorum albo adscriptum fuisse. Manuscriptis enim eius Argumenti codicibus, tam eorum quæ extant, quamquam quæ iniuria temporis perierunt capitum, Catalogum seu Indicem breuem repperiri Achilles Statius testatur: in quo Portio Latroni, Q. CURTIUS RVFVS subiungitur. Ceterum, ut ad ordinem à quo me Curtij iniecta mentio auerterat, redeam.

Candyn amicum fuisse chirodotum, suspensum ex humeris, Pollux lib. vii. Onomast. cap. xiii. docet. Ac certe, prolixis ultra brachia & usque in primores manus, ac prope in digitos Tunicas vsos Persas, Strabo lib. xv. indicat: cuiusmodi Tunicas, Græci χειδωται, id est manicas, appellabant. Hanc siquidem vocis illius Græcae signi-

ficationem Agell. lib. viii. cap. xii. tradit, eamque Romanos vsu suam fecisse, demonstrat: Publij Africani orationem contra Sulpitium citans, in qua ille Chiridotam tunicam dixerat. Quam vocem Lapidius quoque in Heliogabalo usurpat: unde obiter admonebo Isidori lib. xix. Origin. locum emendandum esse hoc modo, *Manuleata tunica, id est, manicata, eo quod habeat manicas: quam Græci χειδων vocant.* Chiridotam autem fuisse Barbarorum vestes Herodian. lib. v. testatur his verbis, περού δὲ χιριαν βαρβαροί χιτῶνας χειδωνάς, οὐδὲ γραῦς χειδωνάς, καὶ ποδίρις αὐτοπίνος. Et alio eiusdem libri loco, διεζωσμένοι, οἱ ποδὶ χιτῶνας ποδίρις καὶ χειδωνάς νόμος φανίουν. Quod genus vestium Romani, quorum tunicae substrictæ & circa humerum desinentes erant, molle censebant, tunicisque ut virum, quæ manus totas operirent, probro ducebant. Qua de causa Virgil. lib. ix. Aeneid, huiusmodi vestes, ut scmineas & probrosas, criminatur. Quinetiam Alexander è cultu quidem Persarum vestem sumpsit, Candyn autem, ut Diodor. lib. xvii. & Plutarch. lib. i. de Fort. Alex. auctores sunt, respuit. Regum planè, ut & reliquorum Persarum tunicae χειδαι, seu manicas, habebant quibus eorum manus tegebantur, extra quas, ut suprà docuimus, non licebat persis coram Rege manus exercere. Manuleati ergo, ut Plautus Pseudolo, Seneca Epist. xxxiii. & Sueton. in Caligula loquuntur, erant quicunque Regi apparebant. Rex vero ipse, manibus extra manicas protensis, conspiciendum se præbebat. Ex his efficitur, Regum insignia, quæ Dionys. Halicarn. lib. iii. σύμβολα τῆς ἵγειας, & Dio Chrysostom. Oratio. xiii. βασιλέας ομφανα

cant, fuisse Tiaram rectam cum Diademate, Candin *διαδέματος & μετάλλων*. Cuiusmodi insignia imperij Darium fugietem indecorè abieciisse, ne cultu proderetur, Curtius lib. III. narrat. Eademque ornamento Antonio in Alexandrum unum ex filiis conferre placuit. Eum enim ex se & Cleopatra natum, Antonius (quemadmodum Plutarchus in eius vita refert) in publicū preduxit, ἐπειδὴ Τιάραν καὶ Κίσσαν ωρθῶν ἔχον: quę quidē, vt subiicit, σκληροὶ Μάδων erant. Alexandri verò successores, κυρίων καὶ χλαυδίων, εἰς κανοῖς διαδηματιφόρων κενοστημένος fuisse, Plutarchus eodem loco tradit. Diadema autem sinuatum fuisse in orbes, indicat Tacit. lib. V. cùm ait, Tyriddatem, omen imperij seu prosperi transgreſiſus auspiciū, hoc accepisse, quod eo sacrificante, Euphratēm nulla imbrium vi, sponte in immensum attolli, simul albentibus spumis, in modum Diadematis *sinuare orbes*, contigit.

Persarum utique Reges crinitos & capillatos fuisse, indicio est Vespasiani diceritū, quo Comitem, qui suis temporibus apparuit, elusit, dicebat ad Persarum Regem perrinere, cui capillus effusior. quod Suetonius in Vespasiano, cap. xxiii. & Sex. Aurel. Victor. memorant.

Reges etiam inaures gestasse, argumento est quod Cyri sepulcro illata fuisse ὄτα, Atriān. lib. VI. refert. Ita Perosae persarum Regi ex aure dextra pendebat μετάρροις λεύκην πηγή μετάρροις ταρ-
γοῦ ἔντροις. Λέων δὲ Σέξιος αποκρίνεται, vt Procop. lib. I. de bello Persico refert. Quod & Parthorum genti familiare fuisse, Terullian. in lib. de cultu Fœminar. tradit his verbis, *scrupulosa deus auribus vulnera intulit, et tanti habuit vexationem*

operis sui et cruciatus infantiae tunc primū dolentis,
vt ex illis, ad ferrum nati corporis cicatricibus grana ne-
ficio que penderent: que planè Partibi, per omnia queque
sua, bullarum vice inferunt. Zona etiam accinctos
fuisse Persarum Reges, Curtius lib. III. docet, cùm
ait, zona aurea muliebriter cinctus, acinacem fi-
spenderat cui ex gemma erat vagina. Diodor. Sicul.
lib. xvii. de Alexandro. Ἐπειδὴ φροντὶ σφραγίδων,
εἴτε τῶν εὐθύνων εὐθύνεσσι χρῆσται, εἴτε φροντὶ
*ζώνων vnde & Plutarch. in Alexandro, eos qui Pé-*ſarū: imperio parebant φροντὶ ζώνων φεγονιῶντας*
*vocat. φεγονιῶν planè χτῶνες Barbarorum Hero-*dian. lib. V. uno & item altero loco memorat.***

Hoc amplius, Bracchis & feminalibus, Regum crura velabantur. Proinde Xenophon lib. V. I. I. Pæd. Cyri habitum describens, habuisse eum ait, *εἴτε τοῖς οὐκέτοις αὐτούς εἶδες ιστονθαρεῖς. Siquidem αὐ-*
τείεις Hesych. & Suid. φρυντία καὶ βεβία inter-
pretantur. Eustath. etiam in I. Iliad. Αράκεις, ait, π-
αράκεις Ρωμαῖοις βεβίοις δηλοῖ. Cuiusmodi feminalia,
seu bracchias usq; ad genua pertingentes, à Græcis
φεγονελην appellari. D. Hieronym. Epist. ad Fabiol.
scribit. Quæ cùm recta sit vocis αὐτούς interpretatio,
quæro quid sibi velit Pollux lib. VII. Ono-
mastic. cùm ait, Καὶ τὸν ωρθὸν Καίριον, καὶ διαζεύς,
λακοῦ Κυρβαῖον καὶ Κίσσαν, καὶ Πήλου καλόδοτον. Falsum
enim est, synonyma ista esse: & bracchias pileo,
perinde est ac celum terrae miscere. Ac planè pol-
lucem delirasse, nemini sano vetisimile fiet: nec
dubium est, deesse vocem Τιάρα, quæ ex contextu
euolauit, quam si reuoces & inseras, in hunc mo-
dum, Καὶ φροντὶ οὐδὲ ιδίᾳ καίριον καὶ αὐτούς, & Τιάρα, λα-
κοῦ κυρβαῖον καὶ κίσσαν καὶ πήλου καλόδοτον, vix ha consta-

bunt, & ijs sententia congruet. Quanquam si cui cum Lazaro Bayfio placeat ita emendare, *πώς δὲ Κυρεαῖσιν, &c.* non valde repugnabo. Ac rectum est quod in fine adjicit, *πῶς δὲ καὶ νέοις καὶ σπελάεσιν σκελάεσιν*, autem Hesychius interpretatur *καὶ τῷ σκελάντι σκελάνωμα*, eaque à Parthis *Σαράβαξ* (sic enim emendo) vocari tradit. Quam vocem pro Persica adgnoscit Suidas, his verbis, *Σαράβαξ* (ita quippe lego) *ἴδης αρσινή. ἐνοι δὲ λέγουσι βεσινα*. Proinde Antiphanes *ἐν Σιδηψὶν οὐραῖς* apud Pollucem lib. vii. cap. xiii. & lib. x. cap. XL. *Σαράβαξ γὰρ χρῆται παντες εὐθύνοντες*. Hesychius etiam alio loco *Σαράβαξ*, ait, *αἰεὶ τοῖς νηματίσις*, aut vt magis placet *κηρύκας* *ἄνθηματα*. In cuius verbi explicatione nugatur Isidorus, lib. xix. Origin. ex quo tamen Publij locū elicimus, quem ad superiora loca adiungam. Ex eo enim hæc verba citat: *Vt quid ergo in ventre tuo Parthi sarabara suspenderunt?* Inuenitur & hoc verbum cap. iii. Danielis, vbi sic est, *πότε οἱ αἱρέπεις ἔκεινοι ἐπειδὴν οὐκ τοῖς Σαράβαροις ωτὸν καὶ Τιαράς*. Et eod, cap. *Καὶ οἱ Σαράβαξες αὐτὸν* *in ιλλοιόην*. Quanquam D. Hieronymi in suis ad illud Danielis caput commentariis, hanc scripturam improbat. Sic enim priorem illum locum conuerit. Et confessim viri illi *vineti brachis suis* & *tiaris* & *calciamentis* & *vestibus*. Vbi ille pro braccis, aut, quas Symmachus *αιάρειδες* interpretatus est, Aquila & Theodosius, Saraballa dixerunt, & non, vt incorruptè legitur, sarabara, Lingua autem Chaldaeorum, Saraballa crura hominum vocantur & tibiae: *οὐρανοφερεῖς* bracce eorum quibus crura teguntur & tibiae, crurales & tibiales appellatae sunt. Eamque vocem vt idem Hieronym. in Epist. ad Innocent. de muliere sapientia iusta, usurpat.

Ceterum Persas omnes Braccatos fuisse, & crura feminalibus velasse, Pollux lib. vii. Onomatic. cap. xiii. docet. Προσῶν μὲν, inquiens, *ἴδια Καΐδης*, *καὶ μάλιστες*, vt Aristagoras & Milesius apud Herodot. lib. v. de Persis loquens in hunc modum, *Αράβειδες ἔχοντες ἐρχονται εἰς τὰς μάζας*. Persas etiam, vt & Parthos, *Τιάρας καὶ αἰάρειδες* gestasse Dio Chrysostomus Orat. LXXII. scribit. Inter βαρεῖαν quoque κόσμον *Ἐξαλον καὶ αἰάρον*, Plutarch. in Alexandri vita, & lib. i. de eiusdem fortuna; *Τιάρας*, *καὶ Καΐδης καὶ αἰάρειδες*, ponit. Et his Braccis atque Candy, vt & Tiara abstinuisse eum principem, Plutarchus ibidem, cum Diodoro lib. xvii. scribit. Vnde & *Persicam braccam*, Ouid. lib. v. Trist. Eleg. xi. dixit, & Medos Braccatos, persius Sat. III. Suidas in voce *Καΐδης* hæc ex vetusto scriptore ad Persas pertinentia verba profert: *Αιαρίστας δὲ τὸν Καΐδην καὶ τὰς αἰάρειδας*. Isidor. lib. xix. Origin. *Persie brachia* & *crura lineamentis*, caput *Tiara tegunt*. Quo loci, *velamentis*, legendum indicat Iustinus, è cuius fonte hic riuiulus manauit. Apud eum namque legitur, Semiramidi brachia & crura velamentis, caput Tiara texisse. Curtius lib. III. de Babylonis mulieribus, *Ad ultimum, (honos auribus sit.) ima corporum velamenta proiecunt*. Eustathius autem in lib. II. Iliad. *πολλαγματικές αἰάρειδες* à Romanis *βεργάρι*, ab alijs, *Αράβειδες*, *εἰς τὰς αἰαρίστας*, dici tradit.

Nec luxu caruisse eas procerum Braccas docet Xenophon, lib. i. *Αράβας*. Kyp. his verbis, *Ἐχοντες τόπος τοῖς πλυτεροῖς χρῶνται καὶ τοῖς πονηροῖς αἰάρειδες*. Quinetiam principes viros *αἰάρειδες* *πειπλοὺς*, Strabò lib. xv. tradit. Ipsas quoque mulieres in

Perside bracchis vfas, ex Philostrato in Rhodogynes Icone colligitur. Bracchias autem tegmen Barbarum Romanos existimasse, vel vnum Tacitus de Cæcina loquens, locuples testis est.

Postremò, sceptrum aureum Reges persarum gestasse, indicat Xenophon lib. viii. p. 48. Kyp. apud quem Cyrus moriens hæc ad filios verba facit. Οὐ πάλιν τὸ χρυσοῦν στῆπτον, τὸ τών βασιλεῶν ἀγαθόν τούτον,
ἀλλ' οἵ τοι φίλοι σκηνήβοντας εἰδέσαντο. Sed & χρυσὸν πάσχειν Regis Artaxerxis, legere est, Esther cap. vi. & v. 111. & apud Ioseph. lib. xi. Antiquit. Iud. cap. vi. Verum de Regio vestitu cultuque satis superque proximè sequitur, ut quibus in locis degere ac versari Reges solerent, vtique eorum Regiae extrectæ, instructæque essent, dicamus.

persarum Reges certo loco, continuas sedes non habebant, sed eas statis temporum vicibus mutabant: alibi aestate, alibi hyeme moram facientes. Cyrus quidem certè, ut Xenophon lib. viii. p. 48. scribit, πρὸς αὐτὸν τὸν χρυσαῖς χρόνον διῆγε εἰς Βασιλεῖν ἐπὶ μίνας (αὐτὸν διέειπεν οὐ χωρεῖ) τὸν οὐ αὐφι τὸ ἔαρ, τρεῖς μίνας εἰς Δεσμοὺς, τὸν δὲ ἄριτμον τὸ θέρος, δύο μίνας εἰς Εργατοῖς. Similiter & Zonar. Annal. to. i. de Cyro, εἰς Βασιλεῖν μὴ, ait, μίνας διῆγεν ἐπὶ αὐτῷ, τὸν χρόνον δὲ τὸν μετέπειον διέειπεν τὸν αὐτὸν τὸν χωρεῖ τρεῖς δὲ μίνας καὶ αὐφι τὸ ἔαρ εἰς Σχοῖς εἰς Ἐκατοντοῖς δύο διῆγε μίνας τὸν τὸ Σέρρους ἀριτμόν. Quod eius institutum reliqui deinceps ferè secuti sunt. Xenophon lib. iii. Αραξός, οὐ δὲ τρεῖς ἔω, ait, δηλ Σοδοσ, καὶ Εκάτεντα, φέρει, εἴ τα θεῖζα καὶ ἐσεῖζα λέγεται βασιλεῖς. Plutarch. in lib. de Exilio. Καյοὶ οὖτε ήτοῦν βασιλέας ἐμακαρίζον, εἰς Βασιλεῖν τὸν χρυσαῖς ἀγαθοῖς, εἰς δὲ Μυδία, τὸ θέρος: οὐ δὲ Σερροὺς τὸ μέσον τὸ θέρος. Hoc & Älianuſ lib. iii. de Animalib. cap. xiii. significat, cùm

de Graecum migratione, & celi mutatione tractans, addit, Κριταὶ δὲ ηγετοὶ αἰθρωποι θεωραῖν τὸ Γράμμα βασιλέας, τοῖς διεπίμενοι αἴροντες χρύσας Σοδοσ καὶ Εκάτεντα ἀδύτες, καὶ τὰς δεῖπρον καὶ μετεπένθητας πεθυμηδρες μετεῖσας Atheneus lib. xii. Dipnos. phift, Διαβόντοι δὲ εἶναι τρυφὴ ἐγγένειον τοῦ ὀντοτοῦ παῖτων αἰθρωπῶν οὐδέποτε, ὃν γὰρ οἱ βασιλεῖς ἐχέμενον μὴν οὐ Σέρροις, ἀλλ' ξυν δὲ εἰς Εργατοῖς. Et mox, εἰς Γράμμολες δὲ σφραγῖσσας φθινόπωρον γὰρ εἰς Βασιλεῖν πλοιον τὸ οὐλατόν μέρος. Quæ res Aristidi, in Oratione de Roma laudibus, ansam ad reprehendendum dedit, illic enim Persarū Reges Scythis Nomadibus comparat, quasi vagi & errones, hac atque illâc commirearent. Verba eius sunt hæc, Μετανασταὶ πρὸς βασιλεῖς, οὐ οὐδὲ νομίστον ποσθον διεφερον, οὐσιοὶ οὐδὲ αἰνεῖσθαι αἰθησονται, οὐλατοὶ εφ' αἰγαῖς δὲ αἰθησονται, οὐλατοὶ εφ' αἰγαῖς δὲ αἰθησονται γάρ τοι φοβοντος εἰς ταῦτα κατέφερε πείσασις οὐδὲ φέρεται, οὐτε πράτη Βύρωνται τοις οὐλατοῖς χώραις, οὐ πότα μαρτιῶπται τοις μὲν βασιλεῖσι, πάλιν δὲ Σοδοσ, εἰς Εκάτεντα. Eā planè ratione Persarum Reges adsecutos ferunt, ut in verna temperie, &c εἰσπινταντησι γὰρ ψυχή, vitam perpetuò degerent.

Quæ cùm ita se habeant, quomodo stare potest, quod Älianuſ lib. x. de Animalib. cap. vi. scribit, cochlearis Ponticas, Persarum regem, astiuos dies, Sufis, hibernos vero, Ecbatanis agentem imitari? Hoc enim Graeca eius verba sonant, Ποντικοὶ οὐδὲ ποχχαῖς τὸν Πράτην βασιλέα μεμιμωται, θεῖζονται μὴν εἰς Σέρρους, χρυσάρντα δὲ εἰς Εκάτεντα. Quæ planè corrupta sunt, & eorum virtus, fidus alioquin interpres præcepis in errorem actus est. Sic igitur procul dubio, commutatis verbis, ille locus restituendus est, θεῖζονται μὴν εἰς Εκάτεντα, χρυσάρντα δὲ εἰς Σέρρους. Cur autem Sufis ea anni parte morarentur,

in causa erat, quod, ut Strabo lib. xv. & ab eo mutuatus Eustathius in Dionys. de Situ orbis scribit, καὶ Σουσια ἐκπυρον τὸν αἰετον ἔχει, ἐκ καιματηρὸν, ὡς περ φερούσιν εἰς στάραν καὶ οἱ ὄφες εἰς τῷ δέρβειν τὰς ὁδούς, ἀλλὰ καὶ πεφλέγονται, καὶ λατρεῖν ἐν τῷ γῆραιον ὑδατοῦ εἴς τὸ λατρεῖται τερπεῖται ψυχαὶ ἐν θερμαῖς τετραγωνίαις. Susa autem, à loci amoenitate & floriditate nomen traxisse, ex Aristobulo & Chare Antylenæo Athenæus notat, propterea quod lingua Persica, Susa, sive M. lilium significaret. Similiterque idem Eustathius in Dionysium, Susa, οὐ τὸν αἰθηρόν, ita vocata scribit. Σασσαὶ δὲ ἔχουσι, ταὶ κρίνα. Stephanus vero, lib. de vrbibus, Susa vocata ait Λατρεῖται κρίνα, ἀπλαὶ εἰς τὴν χώραν περίκει εἰσίν. Ad fluuium autem Choaspem sita fuisse Susa, illucque domicilium Reges constituisse, Herodot. lib. v. scribit. in hunc modum, Ἡγ. Καστην οὐδεὶς ποταμὸς τὸν δέ Χοασπα, καί μήδα τῇ Σασσα ταῦτα, ἐντα βασιλεὺς πεμψάς σταύρου ποιέειν, καὶ τὸν ζευμάτων οἱ θεωροὶ ἀκέντα εἰσί. Cyrum etiā loci opportunitatē sequutum, Susis τὸν τῆς ιημονίας βασιλεὸν constituisse, quod ea vrbis victis à se gētibus immineret, Strabo lib. xv. scribit. Ibidemque οἰκητῶν τῷ βασιλεῖ Σασσα οὐδεὶς οὐδέποτε ait Pausan. in Laconicis, vt & Ammian. Marcellin. lib. xxiii. Susa, sepe domicilium Regum. Diodorus quoque lib. xvii. Τοιούτην δὲ Σασσα βασιλεῖα Plinius lib. vi. cap. xxvii. infrā est Susiane, in qua vetus regia Persarum, Susa, à Dario Hydaspis filio condita. Quæ verba utri accipienda sint, Älian. lib. i. de Animalib. cap. lix. docet, qui à Dario lautijs ædificata, & ædium Regiarum magnificientia ornata fuisse Susa scribit. Alioquin enim refragaretur vetustas, quæ à Tithono eiusque filio Memnone Susa condita credidit. Vnde oppidum

hoc Μεμνόνεον εἴσι, ἐκ βασιλίᾳ τε Μεμνόνεα, Herodot. lib. v. vocat. Eius certè arx, Μεμνόνεον à Strabone lib. xv. vocatur. Sed & Älian. lib. xiiii. de Animalib. cap. xviii. Τοιούτην Σασσα nominat, Stephanus de vrbib. Susa, Μεμνόνος κτίσμα οἰκόδομον τὸν τῆς αὔρας τε εἰς Σασσα βασιλεῖα, τε οὐρανία μέρη τῆς φρούριος ιημονίας. καθέπερ οἱ αὖτε Μεμνόνεια. Cui & Diodor. lib. ii. adstipulatur. Caffiodorus verò lib. vii. variar. Epist. x. Cyri Medorum Regis domum, quam Memnon arte prodiga, illigatis auro lapidibus fabricauit, inter fabricarum, septem, terris attributa miracula, numerat. Iosephus certè lib. x. Antiquit. Iud. cap. vlt. & lib. xi. cap. v. Susa, μητροπολιν τῆς αριστείας seu φρούριον appellat.

Nec est silentio Ecbaranorum Regia prætermittenda, quam Herodot lib. i. prædicat. Ecbarana namq; Medorū Metropolim Diodor. lib. xvii. vocat. Q. Curtius lib. v. ille iam Ecbarana peruenierat, Caput Mediae nunc tenent Parthi, eaque astina gentibus. Athenæus ramen lib. ii. nulla Ecbaranorum mentione facta, Καὶ οἱ πατέρων βασιλεῖς, ait, εαπλέσιοι μόνοι εἰς πατέρας, χρυσάζοι δὲ εἰς Βασιλάνι. Medium vtique diuersoria & magnos recessus, eosque nemoribus manū consitis amoenos, habuisse, Q. Curtius lib. v ii. narrat. Eaque, ut ibidem adjicit, precipua Regum satraparūmque voluptas erat. Atque adeo ubique in Regis Persarum ditione βασιληῖοι sedipois fuisse, καὶ κατελύοντας κατέλιπον, Aristagoras Milesius apud Herodotum lib. v. Cleomeni exponit. Quippe præter Susa & Ecbarana alias quoque complures Regias, teste Strabone lib. xv. Persarum Reges habebant: & in his, Pasagardas ac Persepolim, consentiente Arriano lib. iii. de Reb. gest. Ale-

xand. Illic verò Regiam gazam fuisse, & τὸν θρόνον, & τὴν μητέρα, ait Strabo, ὡς εἰς τὸν τόπον ἐρυθρόποιος γῆν αὐτογενοῖς. Cyrum utique Pasagardas præ ceteris clausisse, ibique Regiam, seu victoria monumentum, condidisse, quod e loci Astyagem bello viciisset, idem ostendit: & Anaximenes εἰς μεταλλεύματα βασιλέων confirmat, apud Stephanum lib. de urbibus, cuius verba sic habent. τοῦ δὲ Πασαράδας, ἐκτίνα οἱ Κέρποι, ἐφ' ἑπτακόλποις Αχαιάλιοι ἐκκινεῖσθαι τὴν πόλιν διέρχεται Σαντος, εποίησαν πεδιόν. Eadem de vocis huius notatione seu etymo, Eustath. in Dionysium tradit.

In Persepolitana quoque vrbe (quam, caput Persici Regni, Plinius lib. vi. hist. cap. xxv. Iustin. lib. xi. Q. Curtius lib. i. i. i. i. Diodor. Sicul. lib. xvi. μητρόπολιν τῆς οἰκουμένης vocant) palatium ædificasse Cyrum, Älian. lib. i. de Animalib. cap. LIX. auctor est. Pasagarda quoque fuisse, βασιλείᾳ ἐντοπεῖται γε μάλιστα τῇ πολυτελεῖτε τῇ κέρπει, id est rerum adseruatarum & reconditarum, idem Strabo eodem lib. scribit: caque, τὰ μεγάλα γε τοὺς οἰκουμένης φεύγοντα βασίλεια. Diodor. lib. xvii. vocat. Hanc urbem opulentia Regia supra ceteras resertam fuisse, Q. Curt. lib. v. confirmat his verbis. *Huius urbis diuinitus vicere preservata. In hanc totius Persidis opes congererant Barbati: aurum, argenteumque cumulatum erat. Vestu ingens modus, supplex non ad usum, sed ad ostentationem luxus comparata.* Hanc etiam urbem multis annis illustrem, resertamque orbis terrarum spoliis fuisse, Iustinus lib. xi. ait. Denique vrbis hæc, vt Diodor. Sicul. lib. xvii. scribit, πατρῷα τὴν τῆς ιστορίας τῆς διάγνωστας, τοῦτον διαπονίαν τῷ Ιδιωτικῷ σίγου πεπληρώσαν εἰς πλήθη χρονῶν με-

τιας οἰκουμένας. Regia autem in arce sita erat, cuius descriptionem propter θεοτοκὸν πολυτέλεα historię suæ inserere opere pretium Diodorus duxit. Arcem enim cum satis ampla & spatiosa esset, tripli muro cinctam fuisse refert: quorum primitus, immenso sumptu extructus erat, altitudine cubitorum x v. i. exornatus pinnis. Secundus, fabrica priori assimilis, duplo altior erat. Tertij ambitus figura erat quadrilatera: eius autem murus altitudinem habebat cubitorum i. x. duro lapide, & ad perpetuitatem appositissimo ædificatus. Latera singula æneas habebant portas, quibus adstabant valli ænei x. x. cubitorum longitudine. Hi quidem ad percellendos spectantium animos, illæ ad firmiratem comparatae. Qua parte arx ad Orientem spectabat, aberat ab ea, quatuor iugerbis mons, qui Regius vocabatur, in quo erant sepultra Regum. In eadem arce etiam erant Regiae mansiones complures, extructæ sumptuose: & thesauri ad pecuniarum custodiā accommodatæ fabricati.

Enimvero multa cedro ædificatam fuisse Persepolitanam Regiam, Q. Curtius lib. v. retulit, cui Alexander stimulos admouente ebrio scorto, primus ignem iniecit, aliisque faces subdentibus, celeriter igne concepto, latè sese fudit incédiūm, vt narrant Diodor. Sicul. lib. xvii. Arrianus lib. iii. & Curtius lib. v. qui urbis illius casum ita deflet. *Hunc exitum habuit Regia totius Orientis, unde tot gentes ante iura petebant, patria tot Regum, unicus quondam Gracie terror, molita mille nauium classem, & exercitus, quibus Europa inundata est, contabulato mari milibus, perfossi que montibus, in quorum specus freuum*

immissum est. Ac ne tam longa quidem aetate, quæ exceditum eius secuta est, resurrexit. Alias urbes habuere Macedonum Reges, quas nunc habent Parthi. Huius vestigium non inneniretur, nisi Araxes annis ostenderet.

Septam autem fuisse Periarum Regiam multis ianuis & stipatoribus, Aristoteles lib. de Mundo scribit, cuius verba ipsa Graeca, quod fastum Persici Regni graphicè depingant, subieci. Sic autem habent. Αλλ' οὐδὲ ιστορεῖ τι πόκαμένους, Ξέρξης τε καὶ Δαρεῖος απεχθάμα, εἰς συμπότης καὶ ισχροῖς υψος μεγαλωτοῖς διεκεκόμητο. Αὐτὸς μὲν δέρος οὐδὲ λόγος. Μέντοι ἐν Στρατοῖς καὶ Εκκατοίσι πάντα αὐτοσπές, Θευμασιὸν ἐπίχων βασιλέων δίκου, καὶ περίβολον χρυσῷ καὶ γύναιορφοι καὶ γέφαντι αἰρούμενοι ταῦτα πυλῶνες δὲ παλαιοὶ γύναιερχοι, αποθύνεσθε συχοῖς εἰρρόμητα στρατοῖς αὐτοῖς διαλύπτων, θύραις τε χαλκῆσι καὶ τείχοις μεγάλοις ωχράποι. ἔξω δὲ Τύπων αὐτοῖς οἱ περιφόροι καὶ δοκιμάστατοι διεκεκόμησαν, οἱ μὲν αὐτοὶ βασιλέας μορυφόροι τε καὶ θεοπότες, οἱ δὲ ἄνδρες πελέσιον φύλακες, πυλωροὶ τε καὶ ατακούστη λεγάδηροι οὐδὲ οὐ βασιλεὺς αὐτὸς δεσπότης καὶ θεός αὐτομαζόμενος πάντα μὲν βλέπων, πάντα δὲ αἰκίονοι. Χροῖς δὲ πύτων διῆσι κατέτηκεσσιν περιστολὴν τερματικήν, καὶ στρατηγοὶ πολέμουν, καὶ κυνηγοῖσιν, δέρων τε ζωτικῆρες. Οὗτοι δὲ λοιπῶν ἔργων ἐκεῖσιν καὶ ταῖς χρείαις διπλαδυταῖ. Φένδημον περιποτασσούσιον ἀρχεῖον τῆς Ασίας, περιεπυμόρθεν Ελληνιστοῖς τῷ μὲν οὐδὲν ἐστέργαν μερῶν. Ινδῶν δὲ, οἵ τοις περὶ οἴστας ἔως διεπλήρωσαν καὶ ἐπὶ την ορατηριὸν καὶ σατράπειαν καὶ βασιλεῖς, δοῦλοι τῆς μεγάλης βασιλείως. Παρερδόμοι τε καὶ σκοποί, καὶ αὐγειναφόροι καὶ φύλακες, φρυκτωλῶν τε ἐποπτῆρες. ποσθῆτος δὲ τῷ οὐρανῷ καὶ μάλιστα τῷ φρυκτωλῶν καὶ σφραγίδων προσευχοῦν διήγητοις ἐκ περιστολῶν τῆς θρῆσις μέρεις Στρατον καὶ ἀλέαταιν, ἀπό την βασιλέα γνώσκεν αὐθημερον πάντα τὰ δὲ τῇ Ασίᾳ καμνυρρούμενα. Quem Aristotelis locum, Apulcius in lib. eiusdem argumēti & tituli, Latinum fecit, in hūc modum. Cambyses et Xerxes et Darius potentissimi

Reges

Reges fuerunt, horum præpotentia quam ex opibus colligerant, lenocinium vita efficerat celsioris: cum eorum alter apud susam et Ecbatanas, ut in fano quodam sacratus, nulli temerè notitiam oris sui panderet, sed circumseptus admirabili Regis, cuius tecta fulgerent, eboris, argenti, luce flammea, auri vel electri claritate. Limita vero alia præ alijs erant. Interiores fores exteriore*s* ianue muniebant, portaeque ferratae et muri adamanta firmitate. Ante fores, viri fortes stipatoresque regalium laterum tutela pernigili, custodiam, per vices sortitum, sustinebant. Erant inter eos diversa officia in comitatu Regio. Armigeri quidam, at extrinsecus singuli custodes locorum erant, et Ianitores, et Atrienses. Sed inter eos Aures Regis et Imperatoris Oculi quidam homines vocabantur, per qua officiorum genera, Rex ille ab omnibus Deus esse credebatur, cum omnia ubique gereretur ille Otacustarum relatione discebat. Dispensatores pecunia, Questores vestigialium, et Tribunos acrios habebat, alios et alios praefecrat ceteris urbibus alijs venatibus agendis provinciam natli, pars domibus et muneribus praefecti putabantur, et ceteri perpetuis magnisque curis observatione singularum rerum appositi erant, sed omne Asiaticum Regum ab Occidente Helle-sponius terminabat, ab oriu gens inchoabat Indorū. Duces ac satrapæ ubiq; dispositi et permixta locis omnibus mancipia regalia. Ex eo numero erant excursores diurni atque nocturni exploratores, et per vices incensa faces ex omnibus Regni sublimibus locis in uno die Imperatori significabant quod scito opus. Quæ verba valde in editis exemplaribus depravata, à me sunt manuscriptorum codicum beneficio, in integrum restituta. Facit autem hic locus ad eorum firmādām opinionem, qui librum illum de Mundo, ut potest

E

stante adhuc, & nec dum euerso persarum imperio scriptum, Aristotelii meritò adscribendum censat: quem sine causa plerique ad alium auctorem transferunt.

Porrò auream Regis persarum Domum Philostrat. lib. ii. Imagin. in Themistoclis tabula, stirpem & per transennam attigit. Apud Aeschylum quoque ἐν Πέρσαις, Atossa χρυσοτίλεως suas δόμους iactat. Nec non Dio Chrysostomus Oratione ii. de Regno, αὐλὴ τῆς Αστραγάνης βασιλέων fuisse πλυχήματος & πλυχεσσον ait: Menelaique habitationem, ab Homero lib. iii. Odysseæ, tanquam Persicam aut Medicam Regum habitationem describi. Sed & χρυσῶν δὴ τῆς Ιλιακῆς βασιλέως οἶκον prædicat Lucian. in lib. οἰκοῦ: cuius Arsacidas conditores facit, quam tamen popularem dunitaxat admirationem habuisse, propter magnificentiam laude carentem, scribit.

Sed & in aurea sella sedisse Persarum Regem Philostrat. lib. ii. Imagin. illo quem paullò ante laudau loco, ostendit. Ctesias quoque meminit διόρε χρυσῆς quod Magus falsus Rex in cubiculo habebat, cuius pede arrepto contra percussores suos pugnauit. Xerxé etiam ἐν χρυσῷ δρόνῳ καθίσθεν, naualem pugnam spectasse, Io. Tertzes histor. Chil. i. cap. xxxii. scribit. Aureo pariter solio Alexandrum vsum Athenaeus lib. xii. scribit. Eiusdem mortui corpus aureo solio impositum Qu. Curtius lib. vii. refert. Aelian. lib. ix. var. histor. cap. iii. καὶ ἐπι μεσοῦ δὲ τῆς στολῶν χρυσοῦ ἐπίθετο διόρος, καὶ ἐπὶ αὐτῷ καθήρδρος Αλέξανδρος ἐχειμαστῆς. Arrianus autem lib. vi. δρόνον βασιλεων Alexandri describens, fuisse ait αὐλίας ἐκστέρασεν τὸ δρόνον ἀργυρόποδες, εἴ τοι οἱ αὔρας αὐτῆς,

επαροι ἐκάθιστο. Similiter Athenaeus lib. xii. ex Ephippo Olynthio, ὃν τῷ τερψίδεσσι τούτῳ αὐτῷ χρυσοῖς δρόσοις, καὶ καίραις ἀργυρόποδες, εἴ τοι ἡντεῖδινος ἐχειμαστῆς μὲν τῇδε ἐπαροι. Vnde Dio Chrysostom. Oratione XLIX. Persarum Reges διδρόνοις καθῆρδροις βασιλέας vocat. ipsius etiam Cyri qui Regis Darij minor natu filius erat, cum provinciam sibi à patre decretam obtineret δρόνος, εἴ τοι ἐκάθιστο, ἀργυροῦ γάρ χρυσοῦ fuisse Xenophō lib. i. ἐπιλωκοὶ indicat. Regiam vero sellā & δρόνον τῆς βασιλείας Susis Reges habuisse ex cap. i. & v. historiæ Esther, patet. Eamque urbem ingressus Alexander, in Darij sella consedisse dicitur: Quod conspiciens Democitus Corinthius, ut Plutarch. lib. i. de Fortuna Alexand. narrat, præ gaudio lachrymans, maxima voluptate & latitia Græcos caruissè dixit, qui morte præcepiti, Alexandrum Darij sellæ insidentem non visserint.

De hac autem Regia sella, in qua priuatis considerare capit is poena interdictum fuisse, supra docuimus, historiam non iniucundam Diodor. Siculus lib. xvii. sectio. ii. refert, quam Curtij verbis enarrabo. Hoc enim interprete Græcus auctor gloriabitur. Sic igitur Diodori sententiam Curtius lib. v. de Alexandro Susa ingresso agens, exprefsit, Consedit deinde in Regia Sella, mulio excelsiore, quam pro habitu corporis. Itaque cum pedes imum gradum non contingenter, unus ex Regijs pueris mensam subdidit pedibus: et cum spadonem, qui Darij fuerat, ingemiscerentem conflexisset Rex, causam mæstrie requisiuit. Ille indicat, Darium vesci in ea solitum, sèque sacram eius mensam ad ludibrium residentem sine lachrymis conspicere non posse: subiij ergo Regem verecundum

dia violandi hospitales Deos: iamque subduci iubebat, cum Philotas, Minime vero feceris Rex, sed Omen quoque accipe, meam ex qua libauit hostis epulas, tuus pedibus esse subiectam. Quod loci notandum est, quod Diodorus οὐχὶ περὶ ὁρῶν ἵπατος dixit, Curtium, imum gradum vertisse. Et quidem ὁρῶν Athenaeus lib. v. καθέδρας σωὶς ἵπατος interpretatur. Quod autem Plutarch. lib. ii. de fort. Alexand. in Darij precatione & Cúps ὁρῶν dixit, Horat. Ode ii. lib. ii. Cyri solum, Curtius vero lib. vi. Cyri sedem vocat. Sellam planè Regiam Parthorum Regi repetenti quam Traianus cuperat, Antoninum Pium pernegasse, Capitolitus in eius vita scribit. Enim uero sellæ illius in qua sedens Persarum Rex populo Ius reddere solebat, ornatum Athenaeus lib. x i. declarat his verbis. οὐδὲ ὁρῶν ἐφ' ᾧ ἐχημότες καθημόσις, χεισθῆται, οὐδὲ εἰσεκεκούσι τεσαρες κινίσκουι λιθοκόλλητοι χεισθῆναι, ἐφ' αὖ διετέταιρα μάταιοι ποιήσονται.

Præterea Aureo lecto cubare Reges solebant, qui mos & ad Parthos transiit. Proinde Artabanus Parthorum Rex, Adiabenorum Regem, cuius ope in Regnum restitutus fuerat, quam maximis posset honoribus ornare cupiens, Τίαρας ὁρῶν ἐπέτρεψεν φορέν, καὶ τὴν χεισθῆσθαι, καὶ τὸν εἰσόδον παρέβασται οὐκέτι οὐκέτι παρέβασται, ait Iosephus lib. xx. Antiquit. Iudaic. cap. 111. Ei etiam ex tribus corporis custodibus qui verioris orationis palamam ferret, pollicitum Darium τὴν χεισθῆναι, seu τὴν χεισθῆναι, lib. 111. Esdræ cap. 111. & apud Iosephum lib. x. Antiquit. Iudaic. cap. 111. legimus. Sed & Aureo tabernaculo, nauem Sidoniam, qua Xerxes vehebatur, instructam fuisse, Herodot. lib. viii. refert. Auream quoque plati-

num, item Auream arbustiuam vitæ Regis persarum, historiarum monumenta prædicant. Xenophon lib. viii. ἐλλαῖς. Επεὶ καὶ τὰ ὄμυσμά τους ἔχει πλάτανος ἐχίνας ἐφ' ἑταῖροι σπίλαι παρέχειν. Qua de re Athenaeus lib. vii. hæc philarchi verba adfert, τὰς χεισθῆσθαις καὶ τὰς χεισθῆσθαις αἴστελον, οὐ φέντε οἱ Πέρσαι βασιλεῖς ἐχεμάστον πολλάκις καθημόσι, ομαρξαῖντοις βόστις ἐχούστοις, καὶ τὸν ινδικὸν αὐθράκον δῆμον τε παραπλανῶν λίθῳν ὑπερβαλόντων τὰς πολυτελεῖάς. Planè aurea Platano, simul & aurea vire, Darium à Pythio Lydo hospite suo donatum Herodotus lib. viii. memoriaz prodidit. plinius lib. xxxiii. cap. x. Quota vero ille ipse (neque enim de regibus loquor) portio fuit Pythiū Bithyni qui platanum auream vitæmque nobilem illam Dario Regi donauit. Vnde Tzetzes historia vers. cap. xxxii. πόλιος τὸν (Xerxem videlicet) οὐ λίθος ὁς ποδονιζόντων Δαρείῳ, Αραδιναράδα δίδωσκε, καὶ πλάτανον παῖς χεισθῆναι. Atque aureæ huius platani meminit Dio Chrysostom. Oratio. lviij. Eius etiam, ut & χεισθῆσθαι, plutarch. lib. ii. de fortuna Alexandri mentionem facit, narrans Alexandrum à tenera ætate, Regiæ indolis specimen exhibuisse in eo, quod Regis persarum legatos ad patrem missos nihil de aurea illa vite, nec alijs id genus ludicris percotatus foret. Vitem autem illam gemmis ornatam fuisse, & lecto superstantem Athenaeus lib. xii. planum facit. Hæc enim ex Chare Mytilenæo lib. v. Alexandreidos verba adducit. Λῦσθεντος καὶ τῶν καὶ λιθοκόλλητος αἴστελον χεισθῆναι, τοῦτο τὸ κλίνης. Huius vitæ vuas ex pretiosissimis lapillis coagmentatas fuisse, ibidem refert, Amyntham auctorem laudat, cuius hæc verba adfert: τὰς δὲ αἴστελον τείτων Αμυνθας ἐφ' αὖτε σαλμοῖς, καὶ βοτρύας ἐχάν οὐ τὴν πολυτελεστάτων φί-

φων συντελέσθαις, fuisse hoc Theodori opus, Himerius ἐπί μητρός docet, Καὶ δικος, inquiens, Δαρεῖον βασιλεον καὶ αὐτολος Αρταξέρχη χρυσον, Θεοδόρου Σαρις πήμα.

Palatijs vero Regum hortos applicitos fuisse, ex cap. vii. Esther colligitur. Erant & illis agri conserpti ac diligenter consiti, quos θρησκευτις lingua sua vocabant, in quos animi laxandi & remittendi causa sedecere & morari consueuerant. Xenophon Oeconomico de Rege persarum loquens, Εν διπόσιοι τε χώραις εὐοικη καὶ εἰς δύοσι οἰκητικοῖς φερεται, έπιμερῆς τε Τεύτων, ὅπως μάκι τοι εἴσονται, οἱ Παραχέστοι καλέμδροι, πατῶν καλαδί τε καὶ αγράθη μεσοὶ δύοσι ή γῆ φύν εἴησαν. καὶ ἐν Τύποις αὐτῆς ταῦτα σύγετείσι, ὅπως μὴ ὀρεις τὰς ἔποις ξείρην. Et mox ait, cum in his paradisis Rex versari solcret, operam dedisse eum, ὡς καλύπτοι κατεπιθυμητούς δένθετο γε τοῖς δύοις αἴτιοι καλοῖς ἔσται γῆ φέρει. Eiusmodi septum in vrbe phœnicia Sidone habuisse Reges persarū indicio est, quod Diodor. lib. xvi. scribit, βασιλιὸν θρησκευον, ἐν ᾧ τοις καταλύσεις, οἱ δὲ Γρῦσαι βασιλεῖς εἰσθισαν ποτε δια, δένδροπομοστετες, διερθραι. Plutarchus etiam in Artaxerxe, Επι δέ, inquit, εἰς ταῦταν κατέβη βασιλιὸν, θρησκευοντες ἔχοντες θαυματοις, καὶ κενοσημηδόντες μέλετεπῶν, ἐν τοῖς πελεξ αὐλέρδοι καὶ φυλαῖ. Vnde Hesychius Παραχέστον, τὸν βασιλέως κατέλοντα interpretatur. Quam vocem ē perside in Graciam migrasse illa Xenophontis modò prolata verba satis aperte indicant: disertē vero id ipsum confirmat Pollinx lib. ix. cap. ii. his verbis. Οἱ δὲ θρησκευοντες εἰς δοκοῦ τελόμα, πίκει καὶ ιτρωθεον εἰς χρῖσιν ἐμλωκόν, ὡς καὶ δῆμος ποταὶ δὲ Γρῦσαιν usurpatur & ab Hebræis vox hæc, Pardes, ē persicōdiomate, vt Ecclesiastici cap. ii. & Cantico. iii. apparet. Valeant ergo qui cum Suida peregrin-

nx huius vocis originem θέσθη δεύτερη, id est βρέχω, aut τρίτη τοι πλη δεύτερη, id est, βοτανῶν συλλογὴ ποιεῖσθαι, arcessunt.

Paradisos autem persarum μεσοὶ δένδρων καὶ θειῶν fuisse Xenophon lib. iii. ἐμλωκόν docet. His enim inclusa feræ albantur, quas Reges, voluptatis simul & exercendi corporis causa, agitare exercerentur confueuerant. Itaque Astyages ad Cyrum apud Xenophont. lib. I. παρδ. Τοῦ νῦν, ἐν τῷ θρησκευτικῷ ηγετᾷ δύσμαρι ζει. Et alias eod lib. παρχεῖ ἐν τῷ θρησκευτικῷ ηγεταῖσι, διάκονοι, καὶ βαλλων, καὶ καπακίγαν. Ac paulo post, Εφρυναροδρόμῳ, ὃπε τοῦ ἐν τῷ θρησκευτικῷ ηγεται ἐπηρέμψει. Idein lib. i. Αναλαος de Celaenis Phrygiae vrbe, Ενθετα Κύρω βασιλεια λινον, καὶ παρέδηκτος μέγας, ἀλειαν ημετέρων πλήρης: ἐνεπινος ἐπήρεμψεν ἀπὸ ἵππου, ὑπότε γυναῖσσου βέλοιο ἐστη τε καὶ τοις θεοῖς. Philostrat. lib. i. de vita Apollonij, Μέλλων δὲ πότε ποτες θεραπευεταὶ τοῦ εἰς τοὺς θρησκευτικοὺς χωεῖσιν, εἰς οὓς λέοντες θηρεύεται τοῖς βαρεσφοις καὶ φρέσοι καὶ παρδάλεσ. Vnde hisce paradisis clausas feras ηγεταῖσι θειωκοδομημένα Xenophon lib. i. παρδ. vocat. Cuiusmodi septa Romani viuaria appellabant, Agell. lib. ii. cap. xix. viuaria quæ nunc dicuntur, septa quadam loca in quibus feræ viuæ pascuntur. Et mox, viuaria autem quæ nunc vulgaris dicit, sunt quos Graeci θρησκευτις vocant. Ammian. Marcellin. lib. xxxi. De Gratiano, Intra septa, quæ appellant viuaria, sagittarum pulsibus crebris dentatas conficiens bestias. Cuius generis saltus multos in regione quæ Bazaria appellatur, fuisse, Curtius Rufus lib. viii. ita scribit. Barbaræ opulentia in illis locis haud vlla sunt maiora indicia, quam magnis nemoribus, saltibusque nobilium ferarum greges clausi. spatiose ad hoc eligunt silvas crebris perennium aqua-

rum fontibus amenas. Muris nemora cinguntur, Turreſque habent venantium receptacula. sed & Ammian, Marcell. lib. xxiiii. refert in lucorum tractu, extentum fuſſe ſpatium & rotundum Lorice ambitu Circumclusum destinatas Regiis voluptatibus continens feras Ceruicibus Iubatis Leones, armisque Hiftios apros & vroſos (vt ſunt Perfici) vltra omnem rabiem ſeuientes, & alia lecta immania corpora bestiarum. Venationes quoque regias fuſſe in Babylone, & omnis generis bestias quæ murorum eius tantum ambitu coercentur D. Hieronymus in Eſaiæ cap. xii. ſcribit. Hisce vero conſeptis agris ſupra modum oblectatos Perfarum Reges, vel ex eo liquet, quod Sardianum Paradifum manu sua conſerere Cyrus minor, non sit grauatus: Quod post Xenophontem in Oeconomico, Aelianus lib. i. de Animalibus cap. xix. refert. Sed ipsum Xenophonem Latinè, Ciceronis ore loquentein, audiamus. Eius enim in lib. de Senectute verba ſic habent. *Xenophon in eo libro qui est de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur, refert, Cyrum minorem Perfarum Regem, præstantem ingenio atque imperij gloria, quum Lysander Lacedæmonius vir summae virtutis veniſſet ad eum ſardis, eique dona à ſocijs attuliffet, & ceteris in rebus comem erga Lysandrum atque humānum fuſſe, & ei quendam conſeptum agrum, diligenter conſiſum ostendiffe. Quum autem admiraretur Lysander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam atque puram, & ſuauitatem odorum, qui afflarentur è floribus; tum eum dixiſſe, mirari ſe non modo diligentiam, ſed etiam follertia eius, à quo eſſent illa dimenſa atque deſcripta: & ei Cyrum reſpondiffe, Atqui ego omnia iſta ſum dimenſus?*

mei ſunt ordines, mea deſcriptio: multæ etiam iſtarum arborum mea manu ſatæ ſunt. Tum Lyſandrum intuentem purpuram eius, & nitorem corporis, ornatumque Perficum multo auro, muliſque gemmis, dixiſſe: Reclē vero te Cyre beatum ferunt, quoniam virtuti tuae fortuna coniuncta eſt. Eoſdem Cyri minoris hortos prædicat & Aelianus lib. i. de Animal. cap. lix. Cuius verba Græca cum Latinis Ciceronis cui libet comparanda relinquo. Alexandrum vero hisce Perfarum Septis Græcia aduectas arbores ponи iuſſiſſe Plutarch. lib. iii. Symposiac. auctor eſt.

Hoc loco celebres illos hortos penſiles Babylonis tacitus præterire non poſſum: Hos enim inter ſeptem orbis mira narrari, Lactantius lib. iii. De falſa sapientia, cap. xiii. prodiſit: De quibus haec Diodor. Sicul. lib. ii. Υπῆρχε δὲ καὶ ὁ κρεμασός καλύμφος καὶ τὸς ἀρχές τὸν ἀκρόπολιν: 8 Σεμιερμυδος, διγά Συνος θερον Σύρων βασιλέως καταποθάσαντος χάρεν μυαρίς Παλλακής. Ταῦτα γρά φαſιν οὐ πώνος Ρροίδα καὶ τοὺς ἐπί ορεσιν λειμῶνας θητίζουσας, αἴδιώσαν τὸν βασιλέα μυκητοδαχθεῖς τε φυτευρήσις φιλοτεχίας τὸν τῆς Προίδες χώρας ιδιοτητα. Horti autem illi ut ibidem ſubiungit, patebant in ſingula latera quatuor iugera: accessus vero montofus erat, habebatque extreſiones aliás ex alijs aptas, ita ut theatri alpeſtum referreret: ſub extreſis autem ascensibus ædificatae erant teſtudines ſuſtinentes totum viridarij pondus, ſequi in uicem ſenſim paululum exuperantes accessu. Fornici autem supremo cuius altitudo erat L. cubitorum iuſpoſita erat ſuprema Hortorum superficies ambitui propugnaculorū adequata. Deinde muri ſumptuofē firmati & ſtabiliti crabitudinem habebant pedum xxii. Egressus autem quilibet lati-

tudinem habebat x. pedum, Culmina tegebantur lapideis trabibus, longitudine, vna cum epibolis, pedum xvi. latitudine vero, iiii. Tabulatum autem trabibus impositum, primo quidem substratum habebat calatum multo bitumine illatum, deincepsque laterem coctum duplicein gypso colligatum, tertio superinieetu erat, tectum plumbum, ne aggeris humor alias penetraret: super haec aggesta erat terrae magna vis qua sufficeret alendis maximarum arborum radicibus. Solum autem adaequatum & complanatum, plenum erat arborum omnis generis, quarum & magnitudine & reliqua venustate spectatores caperentur. fornices lumen excipientes, quod se mutuo excederent, habebant multas & varias Regum diætas: Quarum vna supremam superficiem multis locis incisam habebat, & machinas ad hauriendas aquas, quibus aquæ magna vis ex flumine sursum attollebatur, quod à nenniè externo perspici poterat. Similiter & Strabo lib. xv. hortos istos penfiles describens, quadrata figura fuisse, eorumque singula latera quatuor iugera patuisse scribit. Continebanturque, ut ibidem ait, ac fulciebantur cōcameratis fornícibus, firmatis super talis cuborum similibus, quorum alijs super alios erant impositi. Tali autem illi coneuii erant, terra pleni ad excipiendas & alendas maximas quasque arbores: ex coctili latere & bitumine constructi, tam ipsi, quam fornices & testudines. Supremum tectum ascensus scalares habebat, & cochleas ipsis appositas, per quas aquam sursum in hortos ex Euphrate affidue atrollebant iij quibus id oneris mandatum erat. Fluuius siquidem medium cui-

tatem præterfluebat, latitudine stadij, cui erant horti impositi. Placet etiam Q. Curtij de jisde hortis locum, ex eius lib. v. subiçere: ut eo modo Latina eius verba cum Græcis Diodori & Strabonis coniungi possint. *super arcem, ait ille, vulgatum Græcorum fabulis miraculum, Penfiles Horti sunt, summam murorum altitudinem æquantes, multarumque arborum umbra & proceritate amæni. Saxeæ pilæ, qua totum onus sustinent, instructæ sunt. Super pilas lapide quadragato solum stratum est, patiens terræ quam altam injiciunt, & humoris quo rigant. adeoque validas arborum sustinent moles, ut stipites earum viii. Cubitorum spatium crabitudine æquente, in l. pedum altitudinem emineant, & frugifera æquè sint, ac si terra sua alerentur. Et cum vetustas non opera solum manu facta, sed etiam ipsam naturam paulatim exedendo perimat, haec moles, quæ tot arborum radicibus premitur, tantique nemoris pondere onerata est, inuolata durat: quippe xx. lati parietes sustinent, xi. pedum interuallo distantes, ut procul visitibus siluae montibus suis imminent videantur. Syriæ Regem Babyloniæ regnantem, hoc opus esse molitum memoria proditum est, amore contingis victimum, quæ desiderio nemorum sylvarumque in campestribus locis virum compulit naturæ genium amœnitate huius operis imitari. Illius autem Assyriorum Regis huiusmodi hortorum auctoris nomen quod Diodor. Sicul. eumque secutus Curtius silentio prætermisit, efferre mihi in promptu est, indicium deferente Iosepho lib. x. Antiquit. Iudaic. cap. xi. qui Nabuchodonosorem patris Regis, aliam adiecisse cum horum, hortorum accessione, ita scribit. Εν δὲ Τις βασιλεῖος Σύρως, ἀναλημματα λιθινὰ διακοδόμησε, τις δὲ ψυχὸν Σοροδοξός, οὐ μοιοπτει τις ὄφεις, καὶ καταφυτεύσας δένδρος παραδέσποις,*

Ἐξεργάσαστο καὶ καπικούμβασι τὸν καλύμφρον κρέμασθαι σχεδόν
τον, εἴτε τὸ τινὰ γυαλίκα αὖτις ὅπου μετανοῆσι τῆς οἰκίας διεγένεσται,
ως περιπλανεῖν εἰς τοὺς κατ' Μηδίαν πόλεις. Fallitur ergo
Eustachius in suis Dionys. de situ orbis commen-
tarijs, qui Semiramidi huiusmodi hortos acceptos
fert, in reliquis bellè cum Diodoro conueniens,
his verbis, ἐκτινάσθαι δὲ (Semiramidem intellige) καὶ
δεξαμένην μεγάλων ἡπτάκρες θεραπείαν, ἑπταεγγύειρον
κρέμασθαι, ὃς ποτε πατέρος μηδὲ λιβ., ἐκάστη δὲ πλόβρα εἶχε πε-
ριπλανεῖν καὶ λιβ. εἰς καὶ αὐτὸς τὴν ἑπτὰ κρονίγενα διεγένεσται.
Atque hi sunt κρέμασθαι τοις quorum Plutarch. lib.
11. de Fort. Alexand. mentionem facit. Qua in
parte sit ne μημονικῷ ἀναρτήσαπ Dio Chrysostomus
lapsus, aliorum esto iudicium. Ille enim Orationis
flumen aureum fundens, Susis, penfilem hortum
in extremo Orationis περὶ πλάνην ita adsignat, Οὐαὶ
αὐτῷ ποτε ἀδρόποτες φύσιται καὶ αὔφερες εἰς τὸ
τοῦ εὐεσθανάτου αὐτοῦ μεταμόσθιον, ὃς λιβ., ως φασι, με-
τέωρος ἀντα. Leguntur & penfiles hortos, imò vero
totum oppidum, fecisse, Ἀgyptiā Thebæ, auctore
Plinio lib. xxxvi. Natur.histor.cap.xiiii.

Ceterum quoniam in Babylonis mentionem
incidimus, non alienum foret quæ de eius vrbis
pulchritudine ac venustate literis & memoriac
prodita sunt hic insinuere. Nec enim penfiles mo-
do horti, sed & ipsa vrbis incenia omnium in se
ora & oculos conuerterunt: vsque adeo ut inter
septem mirabilia orbis opera numerentur. Ve-
rum ad alia que huius instituti propria sunt festi-
nans satis habebo locos vnde huius rei cognitio
peri possit, indicasse. Igitur qui amplitudinem vr-
bis nosse desiderabit, sumat in manus Herodo-
tum lib. i. Diodor. Sicul. lib. ii. Strabon. lib. xvi.

Propertium, lib. iii. Eleg. ix. Plini. lib. vi. cap. xxvi.
Curtium lib. v. Solinum in Polyhistore. Neminem
illi patientur à suis discendi epulis non satiatum
discedere. Tantum admonebo, inter eos scripto-
res de murorum & turriam altitudine, & ambitus
spatio, non omnino conuenire. Omnium quidem
in vnum consentiens fert opinio, inclytæ illius
vrbis murum laterculo coctili, bitumine, harenæ
vice, interstrato, interlitum fuisse, eiūsq[ue] spå-
tium xxxii. pedum latitudinem amplexum: ita ut
quadrigæ inter se occurrentes sine periculo com-
mearent. Verum, secundum Curtium, *altitudo mu-
ri* quinquaginta cubitorum eminebat spatio: *Turres de-
ni* pedibus, quam murus, altiores erant. Totius operis
ambitus CCC LXVIII. stadia complectebatur. At
secundum Plinij opinionem Babylon sexaginta
milia passuum muris amplectebatur, ducentos pe-
des altis, quinquagenos altis, in singulos pedes
ternis digitis, mensura ampliore quam Romana.
Cuius vestigijs insistens Solinus vrbem sexaginta
millia passuum circuitu patuisse scribit, inurisque
circumdatam, quorum altitudo c. c. pedes detine-
bat, latitudo quinquaginta, in singulos pedes ter-
nis digitis, ultra quam mensura Romana erat, al-
terioribus. Herodotus vero, στάδιοι τετράδευτης πόλιος
οἰδεκοντας τετρακοτος, πηχος δὲ πεντηκοντα τητάρτων βασ-
τανίων τὸ δύορος, υψος δὲ δικοστιών τητάρτων fuisse scribit. Quæ
quidem regium cubitum fuisse tribus digitis vul-
gari cubito ampliorem, ait. Ctesias autem, Dio-
doro teste, πηχος στάδιοι τετρακοτοις δέκαντα fuisse scri-
pserat. Clitarchus, & qui cum Alexandro in Asiā
traiecerant, τετρακοτοις δέκαντα καὶ πέντε στάδιοι. Murum
etiam, vridem Diodor. memorat, Ctesias scripse-

rat fuisse, περίκοντα ὄργηῶν. Recentiores, alij, πλέων περίκοντα. Strabo vero Babylonem habuisse πόλιν τῆς περιχώρης περικοπῶν οἰδηποτε πέπει γεγόναν. πάχος δὲ τῆς περιχώρης πολὺν δύο καὶ περισσότερον. οὐ δέ τοι τοῦ μεσοπυργίου, πάχος περίκοντα, οὐδὲ πέργαν Κένκοντα, τινὶ δὲ πέριοδος διπλὸν πάχος, οὐδὲ περιπτερά εἴναι ποδοροτεῖ φύγοντος. Quos locos in concordiam adducere difficile est, cum in ea re sententijs & scriptis veterum auctorum, varia- tum constet. Ut tamen Clitarcho consentiat Curtius, crediderim in notis numerorum vitium esse, & ita legendum, Totius operu ambitus CCCLXV. stadii complectitur. Eoque nos, ipsem et Curtius vclut manu ducit. Subdit enim singulorum stadiorum struc- turam singulis diebus perfectam esse, memorie prodiuntur. Quæ verba indicant numerum stadiorum, die- rum, quibus annus constat, numerum aequalis. Si militérque apud Strabonem, περίκοντα πέπει γεγόναν lubens emendauerint: eiisque auctoritate emendandum quoque censuerim quod in Curtij codicibus, legitur, Turres denis pedibus quam murus aliores sunt, & totidem cubitos, pedum loco, substituendos. A Curtio vero & Strabone Plinius & eius simia Solinus aberrant. Horum enim utique, altitudini murorum ducentos, latitudini quin- quagenos pedes tribuit: cum illi, dunraxat altitu- dini LXXV. pedes, latitudini XXXII. adsignent. Nec enim maiorem pedum numerum efficiunt cubiti, quibus altitudinem latitudinemque eorum mu- rorum definiunt. A quibus omnibus discrepans Herodotus totidem cubitos, quot Plinius pedes, altitudini murorum, tribuit: Herodotum utique, quod ad verbis ambitus spatium attinet, Plinius se- cutus videtur, qui ab illo, verbis, non sententijs

dissentit. Ambitus enim Babylonis ab illo posi- tus, Stadiorum quadringentorum octoginta, effi- ciit, Romana computatione, sexaginta millia pas- suum. Denique mirificè congruent omnia, si, pro pedibus, cubitos, apud Plinium legeremus. Alioquin enim numerorū ratio constare non po- test. Diuus etiam Hieronymus in Esaiæ cap. xiii. ex Herodoto & Græcis alijs historicis tradit Ba- bylonem in campestribus, per quadrum, sitam, ab angulo usque ad angulum mari, sexdecim millia tenuisse passuum, id est, simul per circuitum, qua- dringenta octoginta Stadia. Sed me sentio paulo longius esse prouectum, quām propositi argu- menti ratio postularet. Igitur, ut ad ea quæ ad hu- ius libri institutum pertinent, redeam, de Regum cottidianō viētu dicere adgrediar.

Persarum Reges, vnius Choaspis, fluuij Susa præterfluentis, aquam potabant, quemadmodum Herodot. lib. 1. & post eum Aristides Oratio. in puteum Æsculapij, memorant. Ideoque ea vna ex omnibus aqua decocta & in argenteos vrccos, seu vrnas, condita, quacumque iter facerent multis quadrigis vehebatur. Quod ex Herodoto ita tra- dit Athenæus lib. i. i. ὁ Γρεῖστον βασιλεὺς, οὗ φυσὴ εἰ τῆς αρχοτῆς Ηρόδοτος, εὐθαῦτη χρόνωσι, πάντα λέγεται, τῷ αὐτῷ Σοδοταρχεῖσσι, τῷ δὲ μόνον πάντῃ ὁ βασιλεὺς. τῷ δὲ Βασιτοῦ θεάτος απεψήδησε, πολλαὶ καρπαὶ ἀμαζονοὶ περγάμικοι καμι- λέσσοι εἰ δύσσεις θρυψέοις, ἐπονται δι. Quo modo vero ea Regia aqua decoqui, & vasis infusa Regi deferri soleret, Ctesias in Persicis, eodem Athenæo teste, exposuerat, cāmque aquam & leuissimam & sua- uissimam esse trādiderat. Solinus in Polyhisto. cho- aspes ita dulcis est, ut Persici Reges quandiu intra ripas

Perfidis fluit, solis sibi ex ea pocula vendicarint: et cum eundum foret peregrinè, aquas eius secum vectarint, quorum partem Isidor. lib. xiiii. Origin. cap. xxii. descripsit, cuius corrupta verba, ex Solini codice emendanda sunt Aelian. var. Hist. lib. xii. cap. xl. Tān ἀλλα ἱσόθια ἔπειτα τῷ Σέρενη πολυπλείσιος ἐδιάζονταις πεπληρωθεῖσα, καὶ οὐδὲ γένθωρ μολύβη πόλει τῇ χαρακοῦ.

Ausonius de Burdegala,

vnum per cunctas solitus portare Choaspem.

Quo nomine, Choaspem, Regiam Lympham, Tibullus lib. iiiii. vocat. Maximus Tyr. Serm. xxxiiii. de Diogene loquens, οὐδέποτε, ait, ταῦς κρήνας παντεχοῦ ὡς Καμβύζης χράσση μόνῳ. Idem Serm. xxxiiii. ζηρησον δὲ γε οἰσταμοι ταῖς βασιλέως οὐδονάς, πακτωλὸς χρυσον. Νέκτανος πυρὸν, χράσσην θάρωρ. Clemens Alexand. lib. ii. Pædagog. cap. ii. καλλιστὸν θάρωρ εἰς πόσιν τὸ χράσσειον ait. Eustath. in commentar. Dionys. de Situ orbis ad hunc versum, Υἱον ινδὸν θάρωρ. χράσσειος ait δὲ εἰς τὸ Ινδὸν χρέορθος ποταμοῦ, τὸ Σερέπεαν δὲ καὶ τὸ Σοδον, οὐδὲ γέ μόνος ἔπιπεν τὸ Ινδὸν βασιλεῖς. Καὶ λίγη βασιλικὴ θάρωρ τὸ Χράσσειον. Xerxē quoq; sitibundū Choaspiam aquā poposcisse Aelian. lib. xii. Var. histor. cap. xl. refert. Vnde Persarum Reges, quod solam Choaspiam aquam bibentes, reliquum terrarum orbem sibi atridum & aquae inopem eo pacto facerent, Plutarch. in lib. de Exilio ita mordet. Εἶτα οὐδὲ Γρῦπον βασιλέως καταγγελλεῖ, εἰ δὲ δῆμος τὸ τῆς χράσσου μόνον θάρωρ πίνοιτο, οὐδέποτε αὐτοῖς τὰ δύο τοιούτων οἰκουμένων. Choaspem verò Plinius lib. xxxi. cap. iii. Eulæum socium adiungit, Parthorum Reges, inquiens, Choaspem & Eulæo tantum bibunt, & eæ, quamvis in longinqua, comitantur illos: & horum placere potum, non quia sint amnes, appetit, quoniam nec ē Tigri, nec Euphrate, nec è multis

è multis alijs bibunt. Idem lib. vi. cap. xxvii. susiā nem ab Elymaide disferminat annis Euleus, ortus in Medis, mediisque spatio, cuniculo conditus, aë rursus exortus, per Mesobatenem lapsus, circuit arcem Susarum, ac Diana templum augustinum illis gentibus: et ipse in magna ceremonia. Si quidem Reges non ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant. Plinio adstipulatur & Strabo, qui de Persarum Regibus hæc lib. xvi. scribit, Διὰ δὲν πλοῦν τοῖς τρυφλῶν Κέπεσσον, οἱ βασιλεῖς, ἀπετε πορόν μὴ Τάσσον μῆς Αἰολίδος μετέπειται. δινος δὲ εἰς Σερείας τὸν χαλυβώνιον, θάρωρ δὲ, ἐκ τῆς Εὐλαύης, πάνταν θαρρόπαντον, οὗτον ἀπίκη ιοντην, θραχιην ἀφοκόπερον έγι. Solinus etiam in Polyhistore, cap. xxx. vt qui fonte Pliniano labrā proluisset, flumen, air, Euleum, quod ortum à Medis, tam puro fluore inlyatum est, vt inde omnes Reges, non alias quam eius aquas bibant.

Præterea de Regis Persarum potu, Athenæus lib. xii. Dipnosophist. hæc ex Agathocle adfert, Εἰ Πίθοις έγι καὶ χνοτῶν καλέμβον θάρωρ: έγι δὲ Τύντυ λιεδάδες εἰς θεμιμοτα. καὶ μετέρα πίνει απὸ αὐτοῦ οὐ μόνον βασιλέα, & τὴν αρχούτην αὐτοῦ θάρωρ θάρωρ, οὐδὲ δικαίον εἴτε τίπι, διαιτησις οἱ Κύρια. Plutarchus etiam in Alexandro ex Dionone narrat, Reges Persarum, vt imperij sui amplitudinem comprobarent, & re ipsa ostenderent se in omnes imperium obtinere, aquam ex maximis quibusque & longinquis fluminibus petere, arariisque inferre, & cum thesauris suis reconde-re confueisse. Verba Plutarchi ita habent. Δινός οἱ φυῖοι καὶ θάρωρ Στόν τῷ Νείλῳ καὶ τῷ Ιρριόν, μῆδοι οὐδὲν μεταπεμπομένοις εἰς τὰ δύο ταῦτα ξεποθεῶσι τοὺς βασιλέας, οἵ τις οὐτε Σαραρθόν τὸ μέγιστον τῆς θράκης, καὶ τὸ περιβόλιον αποτελεῖται. Quem Dionis locum Athenæus quoque lib. ii. perstringit hoc modo, Οὐδὲ Δινός οὐ τῇ Γρῦπῃ οὐδε-

χατιέσθε γέγονος καὶ σῆμα Δημοκρίτου ἀπὸ Αἴγυπτος μάστιγος πολεμού βασιλέως, καὶ οὐδὲποτε εἰς τὸ Νεῖλον. Nihilo tamen feci Darius, licet in Persicis hisce educatus delitijs, cùm in fuga aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibisset, negauit vñquam se bibisse iucundius. Nunquam, videlicet (vt Cicero lib. i. Tusculan. quæstion. ait) sitiens biberat. Quod Artaxerxi contigisse, Max. Tyrius in Regis nomine erras, Serm. xxxv. scribit. Sed temperare mihi non possum, quin elegantem eius locum subijciam. Ait ille, Οὐπο λέγεται Αρταξέρξης ὁ Προσῶν βασιλεὺς πέντε μήνας ἐφ οὐδενὶ μακράς καὶ εἰρήνης διλεκτοῦ, μὴ σωμένη τῆς θύτης: φέρετο διάζειν οὐδετέλειν, ἔπειτα δὲ πόμπη ποταμῷ εἰ καταλιπει: εἰμιχνώντο δὲ αὐτῷ τοῖον διαταγμὸν μετέστη: αλλὰ ἐπεὶ πόλεμος αὐτῷ ἐκ διατάξεως οὐλή, καὶ ἐμπλευτικοὶ μένειοι, καὶ στρατηγοὶ δύοι, οὐδετέρις, ἐφθιρός δὲποτε ψυλὸν λόφον, ὃπου τῆς νυκτὸς μαραθόνεος μέρος, ἐπέκμισεν ὁ δύσινος παράστας. τόπος, ἐνθεάτων, & Χαράκος, & Τίθεις, & Νεῖλος, τὸν εὐπατηρίαν δὲ οὐρανούς, καὶ οὐρανούς τοῦδε ποδὸς μαράθον ταῦτα εἰς τοπεῖαν μέδωρ ὁ διάδοχος.

Vt autem aqua non omni, ita nec vino quolibet, sed eo tantum Chalybonio ē Syria aduectō Persarum Reges utrebantur, quemadmodum Strabo lib. xv. tradit. Athenæus lib. i. Dipnosophist. ex Posidonio ὁ Προσῶν βασιλεὺς τὸν χαλυβώνιον μόνον διονύσιον, ὡς φιλοποσθίαν, καὶ Δαμιστῶν τῆς Συνέλευσίν, Προσῶν αὐτῷ, καὶ πατερινούσιν τὰς αἰματόλοις. Quod respexit Plutarchus lib. i. de fortuna Alexand. cùm ait εἰδὲ τεսφαί Μιδικαὶ καὶ τραπέζαι καὶ χωμάτες, εἰδὲ χαλυβώνιον οἶνος. Eōq; vino ineptiari ipsi semel quotannis licuisse, ex Athenæo lib. x. didici, cuius verba sunt hæc, τοῦδε δὲ Προσῶν τῷ βασιλεῖ ἐφέτη μεθύσκειν μέσος, ἐν διδύμῳ τῷ Μίδη. Qua de re & Duris lib. vii. historiar. vt ibidem refert, hæc scripserat. Εγ μόνη τῶν

τορπρή τῷ αὔριον τῷ τέταρτῳ Μίδη, βασιλεὺς μεθύσκειν), καὶ τῷ Προσῶν ὥραται. Τοῦ δὲ λοιπῶν εὐθείς καὶ τῶν Ασταν, διγέ πατερες αἰτιονται καὶ τὸν ίμερον τεττάλιον τῆς ὥρατος. Quem Duridis locum Eustathius in v. Odyll. citat. Reliquo toto anno, fuisse Persarum Reges moderatores in potu, arguit, quod ex Selino Stobæus Serm. xlii. scriptum reliquit, consueuisse eos, τοῦ πίνγρου, τοῦ τῆς Φερροποταμοῦ διατρέχειν. Hinc Darij, qui Magos de medio sustulit, monumento inscriptum fuisse, Athenæus lib. x. refert, οὐδενόμητον καὶ δινοτρόπιον πολεων καὶ τῶν φέρεν πελᾶς. Idem & de seipso Cyrus minor prædicabat, vt Plutarch. in Artaxerxe coimmemorat. Cambysen Regem, quemadmodum Seneca, lib. iii. de Ira, cap. xiii. scribit, nimis deditum vino, prexaspes νύνις ex carissimis monebat, vt parcus biberet: turpem esse dicens ebrietatem in Rege, quem oculi omnium aurēque sequerentur. Ad hoc ille, vt scias, inquit, quemadmodum nunquam excidam mihi, approbabο iam, & oculos, post vinum in officio effe, & manus. Bibit deinde liberalius quam alias, & capacioribus scyphis: et iam grauis, & vinolentus, obiurgatoris sui filium, procedere ultra limen iubet, alleuataque super caput sinistra manu stare, tunc intendit arcum, & ipsum cor adolescentis (id enim se petere dixerat) figit, rectisoque pectore, hæren in ipso corde spiculum ostendit: ac respiçiens patrem, an satis certam haberet manum, interrogavit. At ille negauit Apollinem poruisse certius mittere. Dij illum male perdant, animo magis quam conditione mancipium.

Xerxem autem, diebus singulis, semel tantum cibum cepisse, argumento est quod Herodot. lib. vii. narrat, ab Abderitis eum splendida, & opipara cœta acceptum, de cuius sumptibus Megacreon.

tem Abderitam dixisse, magnam se dijs habere gratiam quod minimè bis in die epulari Xerxes soleret. Abderitas enim si prandium, cœnæ par, illi instruendum fuisset, tantum sumptum ferre non potuisse.

Plane triticco pane vesci Reges solitos Herodotus scribit, non tamen ex quo uis tritico, sed ut Strabo lib. xv. ait eo qui οὐδὲ Ασσυρίας Αιολίδες.

Regum vero mensa conquistissimis epulis extreabantur. Quod Xenophon in libello de Agesilai laudibus, testatur his verbis: τῷ Φέντοι πάντων γένους χρηματιστές οἱ ἀνθεῖς πόλεων, μείζοι δὲ περιχώρων οἱ ἀνθεῖς φάροι. Similiterque Max. Tyrius, Serm. xxxv. εὐηγενῶν, ait, αὐτῷ τὸν διάγετα πέρχει μείζοι. Quin & Athenaeus lib. viii. ex Dinonis Rerum Persicarum libris, memorat, Persarum Regi, ex omnibus esculentis, quæ regiones eius imperio subditæ ferebant, aliquid, primitiarum instar, in epulis apponi solitum: Peregrino vero cibo, & potu non vtendum primos Reges duxisse, eandemque sibi abstinentia legem posteriores dixisse. Quare cū inter reliqua bellaria, caricas Atticas secunda mensa apposita, Eunuchus quidam aliquando intulisset, rogasse Rex fertur vnde aduectæ essent, & cū responsum tulisset, Atticas eas esse, vetuit obsonatoribus ne emerent: velle namq; se non emere, sed in ipso solo in quo gignerentur, eas, quantum quóque modo videretur, decerpere: Regis illius nomen silentio ab Athenæo prætermisum prodit Plutarch. in Apophthegmat. qui hoc Xerxi Darij filio tribuit. Cambys autem interim dum fame eius exercitus misere peniret, fernatas generas aues, & instrumenta epularum camelis vecta,

Seneca lib. iii. de Ira cap. x. scribit: Præ ceteris vero cibis commendatum Διος ἐγκέφαλον inuenio. Sic enim Suidas, Διος ἐγκέφαλος, πάντας βρέμα. έπω λέγοντος οι Πέρσαι θηλήν ιδύπαροιστον. ή βασιλέως ἐγκέφαλος. Medici quoque mali grana Parthorum reges in esculentis decoxiſſe, Seruius in 2. Georgic. tradit.

Præterea Regi, quemadmodum ex Amynta & Sabrois Πέρσαις, Athenæus lib. ii. tradit, magna ex Persicis iuglandibus olei copia exprimebatur. Oleo quoque, quod in Caramania ex spina fiebat, vſum Regem, ibidem narrat. Illud etiam obſeruat idem Athenæus, à Ctesia æque ac Dinone, dum omnia quæ Regibus ad prandium parabantur, recensent, nullam neque piperis neque aceti (quod omnium condimentorum præstantissimum) factam mentionem. Ex eodem Dinone ibidem addit, salem Ammoniacum Regi Persarum ex Ægypto allatum.

Sanè Regem Persarum à subditis, quacunque iter faceret, cœna excipi solitum, & hoc munus, more, legēue, singulas ciuitates quas ille adjiceret, pro facultatum viribus necessario obiijſſe, cūm in eam rem pecunia, velut tributum, exigeretur, Athenæus lib. iii. ex Theopompo memorat: maximisque in eiusmodi cœnas sumptus factos ait, vt interdum viginti, interdum triginta talenta, & plura, impenderentur.

Natalim vero diem, præ cæteris, latum & festum Persarum Reges agebant. Zozimus lib. ii. histor. de Hormisda, τῷ πατέρει αὐτῷ βασιλέοντος, καὶ τῷ μεθιλοὶ ημέραι ὥπτειον περι τὴν Πέρσαν ήμον. Astyagem etiam amicos cœuiuio excepisse, & τις οὐεβλίοις, Xenophon lib. i. παρ. Kyp. ostendit. Natali vtique

Regum dic, Regale epulum instruebatur: quod ex apparatus magnificentia, & quia numeris omnibus absolutum erat, Persica quidem lingua, T Y C T A, Græcè vero τέλεον id est perfectum, nuncupabatur, ut Herodot.lib. ix. refert, cuius verba ad eam rem pertinentia, Athenæus lib. iii. laudat. Eo vero die, Régem caput comere, purgare, & mundare consueuisse, congiarium populo Persico dare, donaq; & largitiones tribuere idem, Herodot. auctor est. Eius quoque diei festivitati hoc Persarum Reges indulgebant, vt quæ ab ijs tum pterentur ea denegare non sustinerent, exoratoresque redirent qui oratores acceſſerant, sicut eodem loco Herodotus subiicit.

Adhibitam insuper regalibus mensis, non lauitiam modo, sed & exquisitam munditiam, dubium non est: vt non immerito Persicos apparatus Horatius commendet. Idque ex eo Mardonij apparatus, qui in Pausania potestate venit, colligere licet: item ex his quæ de Darij tabernaculo, Plutarch. in Alexandri vita, & Curtius lib. iiii. narrat. Regem certe ipsum, vbi quid eduliorum attingisset, mantilibus manus tergere solitum, Xenophon lib. i. παρδ. docet his verbis, quibus Cyrus Astiagem auum ita affatur. Οη στ' ὁρῶ ὅτε μὴ τὸ δότην μὲν, εἰς ἀστὴν τὴν χρεαν πολυάριθμον. ὅτεν δὲ τύπων τούτος θύγης, οὐδεὶς ἀποκαθαρίσει τὸ χρόνον εἰς τὸ χρόνον δεξερά.

Porrò septem Eunuchos in Regis Artaxerxis conspectu ministrasse, mensaque eius adstitisse, narratur in Hebræo Codice Esther cap. i.

Quotquot autem Regi prandenti ministrabant, eos pure lotos, & pretiosa ueste induitos fuisse, Athenæus lib. ix. ex Heraclide Cumano refert,

Proinde Theagenes qui Reginæ Arsacæ à poculis erat, cùm munere suo fungebatur, εἴθη τε Γραν- κή μετμεταμόρφωσι, καὶ σρεπτῆς καὶ χρυσῆς καὶ φελαινῆς λιθούλοις ἐπομέπη, vt Heliod. lib. vii. hist. Aethiop. narrat. Regi quidē pincernæ & pocillatores, operā dabant, vt aptissimè, decentissimèque vinū funderent, ac Regibus propinarent, eaque in re magna curam & diligentiam adhibebant: Phialam tribus summis digitis, ita offerentes vt facillimeprehendi posset. Quod Xenophon lib. i. παρδ. Kyp. narrat in hunc modum. Οἱ δὲ οἵ βασιλέων τύπων οὐνό- χοι κατηγόροι περιοχοδοῖς κατεχόντες εἰς χρονια, καὶ διδόδοις Τίς πειραὶ δεκτύλοις οχρωτες τὴν Φιάλην, καὶ φεστεροῖσιν αἱ ἀνδέειν τὴν ἔκπαμα ἐκλιπόντα τὴν μέλλοντα πίνειν. Ideoque ad hoc ministerium ab Arsaca adsumptus Theagenes, ab Heliodoro inducitur, φεστερόση Αρσακῆ φε- στερές περιεστάθμος, δύρυθμόν τε Καὶ καὶ ἄκροις Τίς δεκτύλοις ἐπ- χόν τὴν Φιάλην. ibidēmque, huius ministerij ergo Ābacos, quos καλικαφόρους τείμας vocat, habuisse eos, idem Heliodor. indicat.

Et quia multis vita Regum insidijs erat exposita, ne venena eis infunderetur, calicem labris non ante admouebant, quām pincernæ potum gustu explorassent. Eāq; de causa, post Phialam porre-ctam, qui Regi à poculis erant, Cyathο ex ea hau- stum vinum in sinistram manum fundentes, ab- sorbebat. Quem ritum Xenophon. eod. lib. ita exponit, οἱ δέ οἵ βασιλέων οἰνοχόοι, ἐπιδαινού- σθωσι τὴν Φιάλην, θρύσσυτες ἀπ' αὐτῆς τὰ πιάτα, εἰς τὴν δε- seπαντα χρεαν εἰς χειράδρομον καταπέρροφοσιν, τῇ δὲ, εἰ φαρμακαῖς χέ- οιεν, μη διστελεῖν αὐτῆς: Eandēmque in cibis cautionē adhibuisse Reges, &c, cum sibi à venenis timerent, non nisi prægustatos cibos cepisse, credibile est.

Hoc enim à Regibus passim obseruari solitum Xenophon in Hierone, & Athenæus lib. iii. docent. Atque adeo primos Persas instituisse, ministrorum gustu cibos explorari, Suidas tradit, his verbis, Εἰδαθεῖσθαι τὸν μὲν ὄνομα Εὐλωπὸν, οὐ δὲ χρέα Γρῦπον, λινὸς τε καὶ περγανός. τὸν δὲ πάτητον, καὶ τεσσαράκοντα βασιλεῖσι εἰς αὐτοὺς λεγεῖται. EX ministris igitur qui epulas inferebant, quidam prægustatorum munere fungebatur. Regij utique pincernæ Neemiacæ, qui Xerxi ministrabat, fit mentio apud Ioseph. lib. ii. Antiquit. Iudaic. cap.v. fuisse autem pocillatorū munus honorificum patet ex Herodoto lib. iii. quō loci ait, filium Præxaspis fuisse Cambysis pincernam, additumque Κυνὴ τῆς Σαρκῆς. Antipatri etiam filios Philippum & Iollam prægustare ac temperare Alexandri potum solitos, Iustin. lib. xii. narrat. Iam obsonatores, cocos, structores, aliosque id genitus gulae artifices & ministros Persarum in aula abundasse non est ignotum. Antiochus certè Legatus ad Artaxerxem missus, hoc potissimum, ut Xenophon lib. vii. Hellen. testatur, renūtiauit, οὐ διακονίας διπολούμενος ιερούς φορίους καθιδιοχόος, καὶ θυρωοῖς παραπλανῆς ἔχοι σφραγῖς. Inter Darij etiam Impedimenta, quæ Damasco capta in Parmenionis potestatem venerunt, inuenti sunt, ut Athenæus refert, coqui ducenti, septuaginta septem: Mediastini qui ollas perfricarent & abstigerent, viginti nouem: latarij tredecim, nec non qui pōtū sedandæ per æstimū sitū pararent septendecim. Cellarij, & qui vinum colis defecarent, septuaginta: Vnguentarij quadraginta: & qui coronas plecterent, sexaginta sex.

Ceterum qui in Aula principis versabantur,

Genio Regis, mensam cibis epulisque instruam cortidie apponebant. Quod assentandi studio Nicostratum Argium turpiter factitasse Athenæus lib. v. i. narrat his verbis, ἐκδιπνον ἡγεμόνας οὐ πότε μέλλων δημητρίου παρεπήν χωρίς, οὐ νομίζων τῷ δειμονίῳ τῇ βασιλείᾳ, εὔπολης στοὺς τοιούτους δήμους δημιουρίους. Καὶ τότε Πτοσῶν τοὺς φέρει ταῦς θύρας δημιουρίους.

Coniuiciales autem ludos, torta Perside, Regibus purpurisque cordi fuisse, Qu. Curtius lib. v. tradit. Sed & cōclae ubi rex epulabatur, mulierum vocibus cantuque Symphoniae personabat. Ac planè, ut hoc quoque voluptatis qua Reges perfuerbantur, genus exequar, Musicis vocibus, numeris, & modis, oblectatos Persarum Reges satis cōstat. Primum enim Angari cuiusdā, qui in Astyagis aula καὶ τῷ οἴδαν ἀνδράσιν, meminit Athenæus lib. xiii. Eūnique ad epulas Regis accitum, sollempne carmen cecinisse refert. Idem lib. iii. pellentes cantibus suis Regum aures detinuisse scribit: quarum vna auspicabatur, numerisque & verbis præbat: reliqua deinde confertim accinebant. Atque adeo in delitijs, Tibicinas, Fidicinas, Psaltrias, Persici Reges habebant: Cuiusmodi mulieres à Græcis Μεταύργους, patrio vero Persarum sermone, Zarba, aut ut codices manuscripti habent, Βαρζα, vocatas Suidas auctor est.

Regum utique in has Μεταύργους propensam animi affectionem testatur Athenæus, cuius verba ipsa ponam. Επωνυμεῖσσαν δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς φέρει ταῦς Μεταύργους, οἵσιν ποιεῖ Γαρθρίαν, οἱ τῇ περφέτερος Αλέξανδρον θητολῆ, λαβόντες διπλόν μέτρον τὸ Δάμισιον γένεν, καὶ τῆς Ξερσεύς τῷ Δαρείῳ εἰσφράτος θύσιαν. Καπανθριστήρων

εἰς τὸν αὐχεινωτα, γράφει καὶ τοῦτο. Παλαιότερος δέ ποτε Μεσοποταμος ἦν βασιλεὺς πειραστας εἰκοσιετέτα. Xenophon quoque in extremo lib. 1111. παρ. Kyp. Cyro è præda selectas Μεσοποταμος δύο, ταῦς κράτος; narrat. Athenaeus lib. XII. pellices totam noctem, vocis ac fidium cantu, traducentes, somnum Regi conciliasse, ex Heraclide Cumano refert. Eodemque lib. ex Ctesia, de Annaco Babyloniae præside hæc transcripsit, αὗται εἰς δύον εἴσεσται πεντηκοντα καὶ ἑκατὸν ψάλλουσι, ταῦς δύοντας γυναικεῖς. ἐψάλλουσι δὲ καὶ ταῦς εἰκανές σύμμαχοις. Harum mulierum, ut Suidas scribit, aliae tibia caneabant, aliae psallebant Psalterio, tum Pentachordo, tum Heptachordo. Eadem fidium cantui accinebant. Fidium autem cantus non ad cantilenam accommodatum habebat melos, sonum ac canorem, ut apud Græcos fieri consueverat: sed erat veluti cantilenæ præludium. Similique autem mensa remouebatur, desinebant canere. Cum vero fundi sibi merum Rex iubebat ex integro canere & psallere occipiebant. Qua de re Suidæ verba sunt hæc. Μεσοποταμος, λαλεῖται. αἱ δὲ Μεσοποταμος, βαρβαροις οἵτινις γυναικεῖς, οἵτινα εὐταῖς θηλυχειον, βαρβαρία: καὶ Τούτων αἱ μήδιαι αὐλοῖσι, αἱ δὲ φάλαινοι πιναχόροι: αἱ δὲ ἑλλαζόροις φαλακραῖς. αἱ αὐται δὲ ταῦς περιστεροι τῷ φαλακρῷ, ὁ φάλαμος; οἱ ἀρρεῖς ή ὡδὺν εἴσα πεποιημένοι πολύτεος, καὶ τοι παρέλλονται, αἱ δὲ τοῖς εἰδοῖς ἐδόθησαν εἴδη τῇ ὥδι. Καὶ λιγόντη μῆδη τὸ πόνον τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ ὥδι ἔλαπεντεστο: ὅποτε εἰγένεται κατέλησεν, αὐτῆς ἕρχονται δύο, καὶ φάλαι. Quem locum vel ea potissimum gratia adduxi, ut inde mendum tollam. Vitiosum est enim quod legitur, οἵτις ἐδόθησαν εἴδη. emendandumque, οἵτις ἐδόθησαν εἴδη. Idque non scriptorum tatum codicum fide, sed & alio ipsius Suidæ loco ita esse planum faciam. Sic enim, in voce

ἐνδόθησαν, scriptum lector inueniet, ὁ δὲ φάλαμος, οἵτις ἐδόθησαν εἴδη τῇ ὥδι. Psalmus autem, ut interpres Aristophanis in Aulibus explicat, propriè, τὸ τις οὐδέποτε ἔχει, id est sonum, seu fidium pulsus significat: ut, psallere, est, fidès pulsare. Apud Persas igitur cantum præcedebat pulsus fidium, qui pro ludij loco præmittebatur, non ille quidem ad numeros, vel verba cantilenæ, accommodatus: sed pro arbitrio citharistriæ. Enimvero Parthis quoque Persarum luxuriæ successoribus & æmulis, mulierib[us] hanc Musicam placuisse, ostendit Plutarch. in Crasso, quō loci actum de eius cæde triumphum narrans, art. Κατόπιν εἰς τὸν Σελευκίδες ἐπίπεδον Μεσοποταμον, πολλὰ βαρύνονται καὶ γενοῖσι, δι' αὐγαντῶν, εἰς θηλυτικὴν πανδρεῖαν τῷ Κερσον λέγονται. Ibidemque, consentiente Appiano in Parthicis, Parthos plerumque choreis, & cantibus, noctem cum id genus mulieribus insomnem transfigisse memorat. Alias quoque gentes, feminis quæ tibias inflarent, Cithara personarent, fides pulsarent, & psallent, vfas inuenio. De Haliate quidem Rege Lydiæ, Herodot. lib. I. scribit. Ἐραπέντη δὲ ιστοὶ στελνοῦσι, καὶ πηλίδων, καὶ αὐλοῦς γυναικεῖς τε καὶ διάρεις. A quo loco caliginem Latinus interpres non depulit, qui verbum verbo reddens, Haliatem in expeditiōnē processisse scribit, ad cantum fistularum fidiumque: ac tibiæ tam mulierib[us], quam virilius. Verum postrema hæc verba in tenebris iacere non finit Agellius, qui eorum sententiam, & Herodoti mētem perspicuè lib. I. noct. attic. cap. xi. expressit. Eius igitur ore Herodotus non minus dilucidè quam Latinè, ita loquitur. Haliates autem Rex ter-riæ Lydiæ, more atque luxu barbarico prædius, cum bel-

lum Milesijs faceret, concinentes habuit fistulatores & fidicines: atque sieminas etiam Tibicinas in exercitu, atque in procinctu habuit, lascivientium delicias conuiniorum. Tibicinas etiam, nuptijs, epulis & conuinijis adhibitas, docent Plautus Aulular. Act. ii. Sc. i. & Act. iii. Sc. iii. Mostellar. Act. iii. Sc. ii. Epidico Act. ii. Sc. ii. & Terentius Adelphis Act. v. Scen. vii. Horatius lib. i. Oda xiii. Nec meretrix Tibicina, cuius ad strepitus salias terrae grauis. Fidicinarū etiam fit mentio apud Plaut. Epidico Act. ii. Sc. iii. & Act. iii. Sc. iii. Puellam quoq; Citharistriam quæ lenoni impurissimo seruebat, prædicat Terent. Phormio. Act. i. Sc. ii. Idem psaltriæ meminit Adelph. Act. iii. Sc. vii. vt & Cicero lib. iii. Tuscum. quæst. & pro Sestio. Horat. Ode xiii. lib. iii. doctæ psallere feminae. Plutarch. ἡρωπη. Αὐλιτέides δὲ Σάμιαι, καὶ ὄρχεστραις, αεινοισι, καὶ πυμπονοι ἔχουσι σφραγῖδα ἢ Αγαθοκεία, θεριναῖς βασιλέων ἐπέσησι. Charrem quoque Atheniensem in expeditione militari duxisse αὐλιτέides, καὶ φαλατεῖς, καὶ πεζαῖς ἐπέρας, Athenaeus lib. xii. narrat. Ibidem de Stratone Sidoniorum Rege talia refert. οἱ δὲ Στράτων μετ' αὐλιτέδαις καὶ φαλατεῦσι, καὶ μετειστριῶι, καὶ πονδίσιοι τοις σωμασίαις καὶ μετεπέπετο, πολλοῖς μόνοι ἐπέρας εἰ. Περιπονήσου: πλαναὶ δὲ Μεσούργοις, οἱ Ιανίας: ἐπέρας δὲ πυμπονοις Ηλείαντος τῆς ἐπαδοτοῦ, ταῖς μόνοις, καὶ μόνοις, ταῖς δὲ, ὄρχεστραις.

Sed, vt ad propositum reuertamur, Persarum Reges ita viuebant, vt nulla tam exquisita posset inueniri voluptas qua non abundarent. Vique adeo autem luxu & delitijs diffuebant: vt artifices haberent conquirendarum & comparandarum voluptatum. Quintiam ijs qui nouum aliquod edulij, voluptatisve genus excogitassent, publicè

præmia proponerent, quemadmodum Athenaeus lib. xii. Dipnosophist. testatur his verbis: Τις γάρ μείσταις οὐ αὐτῷ de Persarum Rege loquens, οὐδὲ Βράμα, οὐδούς οὐλα τὸ πεισθέντες, idem lib. iii. Dipnosophist. ex Theophrasti lib. οὐδὲ βασιλέας, Τις, ait, Πρόσων βασιλέως οὐτοις τρυφῶντες οὐτοις ἐφθετονοι οὐτοις νεργλώ οὐδούλω, άργεις πᾶνθος. Cicero lib. v. Tusculanar. Quæstio. Nam Xerxes quidem refertis omnibus præmijs donisque fortunæ, non equitatū, nōn pedestribus copijs, nō naūum multitudine, nō infinito pondere, aurari contentus, præmium proposuit qui inuenisset nouam voluptatem, qua ipse non fuit contentus. Valer. Max. lib. ix. cap. ii. Xerxes opum Regiarum ostentatione extimia, eo usque luxuria gaudebat, vt edicto præmium ei proponeret qui nouum voluptatis genus reperisset. Quā Regum miserā & anxiā luxuriam, qua efficiebatur vt eorum Regnum omni esset voluptatum genere inferius, Athenaeus lib. xii. hoc epilogo denotat, οἱ Γρῦποι βασιλεῖς οὐλοτερῶν τοις ταῖς ιδιοτάσις αὐτῷ γρατεῖσαι, οὐτοις πάντων οὐδὲ οὐδειώλου αποδέξει τινῶν βασιλέων. Ideoque non iniuria Diogenes, vt Cicero lib. v. Tusculanar. quæstio. scribit, dispurare solebat, quanto Regem Persarum vita fortunaque superaret, sibi nihil decesse: illi nihil satis numquam fore: se eius voluptates non desiderare, quibus numquam satiari ille posset: suas eum consequi nullo modo posse. Sed & in Gorgia Socrates, cùm esset ex eo quæsumus, Tu igitur ne de Persarum quidem Rege magno potes dicere, beatus ne sit? An, ego, respondit, possum, cùm ignorem quām vir doctus quām vir bonus, Quid tu ne in eo sita beatam vitam putas? Sic enim Græca Platonis verba Cic. lib. v. Tuscul. quæstion. in Latinum cōuertit. Quæ fusiōs Dio Chrysost. Oratio. iii. persequitur.

Vt plurimum autem Rex solus cœnabat. Interdum tamen vxor cum eo, & aliquot ex liberis, epulabantur: quod Athenæus lib. IIII. tradit, in hunc modum, *τὰς δὲ πλεῖστα, οἱ βασιλεὺς μόνος αὐτοῦ καὶ δημοῦ. οὐδούτι δὲ τοῦτο οὐκ εἰναι, καὶ τοῦτο γῶν ἐνιστορίᾳ.* Præter vxorem vero, matrem quoque mensa adhibuisse Artaxerxem, ita tamen vt hæc, supra, illa, infra illum adsideret, ostendit. Plutarchus in Artaxerxe, his verbis, *πεπλήρως δὲ τῆς αὐτῆς μηδένος μετέχοντος, αλλὰ οὐκέτι βασιλίως, οὐκέτι μητρὸς: κατέβασθε αὐτῷ, τῆς δὲ μητρὸς, οὐκέτι αὐτῷ.* Additumque eiusdem mensa honore Artaxerxem fratres suos, Ostacen, & Oxaten, dignatum.

Quandoque etiam Reges magnifico & lauto conuiuio Satrapas, purpuratosque suos, excipiebant. Et ita, Artaxerxem epulum Satrapis, Prætoribusque suis, præbuisse, historiarum monumentis proditum est. Cuius magnificentissimum apparatus qui studebit nosse, is librum Esther, cap. I. & Iosephum lib. XI. Antiquit. cap. VI. adeat. Mihi namque breuitatis studiofo, digitum in fontes intendisse visum est satis. Similiterque Darius Mediae & Persidis præsidibus, omnibusque præfectis cœnam dedisse, narratur lib. III. Esdræ cap. II. Cuiusmodi Epulas, LXX. Interpretæ, vtrubique Δωξιον vocant. Eranit & persarum Regibus sollemnes epulae, ad quas soli Cognati vocabantur: *οὐγενικούς δέ τε* Athenæus lib. II. appellat. Nam, vt Romani sollempne, (quemadmodum Valer. Max. lib. I. I. cap. I. scribit) conuiuum instituerant, quod CHARISSIA appellabant, cui præter Cognatos, & adfines nemo interponebatur: ita persarum Reges ad hoc conuiuum Cognatos solos admittentes, Gra-

eos, aliosve, Barbaros, minimè adhibebant. Itaque honore eximio & propè singulari, ad eam Cognatorum cœnam, Artaxerxes, Timagoram Cretensem (vel, vt alijs placet, Eutymium Gortinum) inuitauit, cum is simulatione Themistoclis incensus, ad Artaxerxem se se contulisset: Qui honor Græcorum nulli antea contigerat, nec præter eum, alij cuiquam postea concessus fertur.

Alios quoque quibus honorem habitum velint, mensa Reges dignabantur, quos φίλοις καὶ συντραπέζοις vocat Xenophon lib. I. αὐτάρα. Sic Democedem medicum à Dario, quem valetudini restituerat, Regiæ mensa adhibitum, Herodot. lib. III. narrat. Apud eundem lib. V. Darius Hystiaum ad se euocans, οὐρανάπεζον, id est, coniuctorem eum, & à consilijs habiturum, pollicetur, vt Ctesias in Persicis testatur.

Eorum autem quos ad cœnam Rex vocabat, alij foris, alij intra triclinium cœnabant, alij intus cum eo, velo tamen interecto, ita vt Regem intuéri non possent, licet ab eo conspicerentur. Quod Athenæus lib. IIII. Dipnosophist. ex Heraclide Cumano latius ita exponit. *Μὴ δὲ βασιλέας συδίπλων, οὐδὲ οὐδὲ βασιλέως, οὐδὲ οὐδὲ βασιλέως, οὐδὲ εἴσιτο μήδας βασιλέως. καὶ οὐδὲ δὲ συδίπλων συδίπλων, αλλὰ εἰσιν οἰκηματα δύο κατ' ἀποτύπως αλλιών, εἰς δὲ βασιλεῖς τὸ αὐτον ποιεῖται, καὶ οὐδὲ οὐδὲ συδίπλων. καὶ οὐδὲ βασιλεὺς ἐκεῖνος οὐδὲ δέλτης αρχιεκουλύματος τὸ δέλτη τὸ δέλτη. εκεῖνοι οὖν αὐτοὶ εἰς θρόνον. εὐτοις μόνοις ἐπειδὴν ἔστησαν, εἰς δὲ οἰκηματα ἀποτύπως συδίπλων, εἰς δὲ βασιλεὺς, εἰς τὸ μεγάλων οἴκων, δέλτη δὲ βασιλεὺς τοιον ποιεῖται (ποιεῖ δὲ πολλάκις) συμπόται διπλῶς εἰσὶν οὓς μεταίσαντείσαν. καὶ δέλτην διπλήσισαν, δέ, τε βασιλεὺς αὐτὸς καὶ ἐκατόν, καὶ οἰστράδην, καλεῖ τοις συμπόταις τούτοις πέντε δέλτην.*

στρατού συνελθωσιν, συμπίνοισι μετ' αὐτῷ, & τὸν αὐτὸν θίνον κακεῖνον καὶ οἱ ρόμανοι καθηδροι, οἱ ἐπὶ κλίνῃς γενοσθόδος κατακειμένοις, οἱ τελεμανοίντες αὐτοῖς χοντραί. Coniuuarum autem, qui regalibus epulis accipiebantur, modum & numerum definitum fuisse, Athenaeus lib. IIII. indicat. Regum enim mensis, ad summum, duodecim coniuinas accubuisse scribit. Ordinem vero accusationis epularis eorum, quos Cyrus ad prandium vocabat, Xenophō lib. VIII. παρ. describit his verbis. Μέτα δὲ ἡλιοῦ οἱ κανθάρες ἔπειτα δεῖπνον, εἶχον ὅπου ἑταῖρον ἐκάθιζεν, αἷς ὁ μαρτιστής εἴπει, τοῦτο τὸν αἰετόν τοιούτον εἶπε, αἷς θεοπλεύλος Τούρας θύσις, οὐδὲ δέξια, τὸ δεῖπνον τοῦτον δέξια. τὸν δὲ πεντηκόντα, τοῦτον δέξια, οὐδὲ πέντε οὐρανούς &c. ubi obseruandum est, infra Cyrum, sinistrorum, accubuisse eos, quorum ille fidem spectatam habebat: supra verò eum, dextrorum, eos quibus minus fidebat: illāmque sedem, hac honoratiorem habitam: propterea quod eius qui lateri nostro hæret, insidijs, læua corporis nostri pars, magis pateat, expositaque sit quam dextra. Qua ratione, hodieque apud plerasque Orientis gentes, siue in incessu, siue in confessu, honoratior ille locus existimatur, qui sinistram alterius stibest, læuūmque eius latus premit: ideo quod ensis, qui læua accingitur, capulo imminet.

Verum ab huiusmodi epulis, præcipuum earum condimentum, libertas, aberat. Capite siquidem demisso, & oculis in terram deiectis, coniuiam cibum capere oportuisse, ne quis Eunuchorum, in aliquam ex pellicibus Regijs, oculos coniunctione cum animaduerteret, Lucian. in lib. de mercede conduct. significat his verbis. οὐδὲ αὐτὸς ἐν Τίγρει

Γραπτοῖς

Γραπτοῖς δείπνοις, καίτω νόσοντα κατακεῖσθαι, δεδήπτα μηδέ τις διαρχός οεὶ ἕδη περιστρέψασται μηδὲ τοῦ παλαιόν. Insolentius vero fē Parthorum Reges erga coniuinas suos gerebant. Näm, vt Athenaeus lib. XIII. ex Possidonio refert, si quem ex amicis Rex Parthorum ad cœnam vocabat, eum mensa nō dignabatur: verum humi prostratus, Rege in sublimi, & edito lecto accumbente, id deum quod ab ipso projiciebatur, canis instar excipiens, comedebat: ac sape leui de causa, ē triclinio cœnaculōve abductus, virgis lorisque casus, & cruento foedatus, illum à quo casus erat, tanquam accepto beneficio, procumbens venerabatur. Ibidemque, Regem Parthorum, seorsim ab alijs, altiorēque supra ceteros lecto, accubuisse, & ei soli, cœu terrestri Deo, mensam peregrinis cibis refertam appositam, scribit. Ad Rēgiam vtique mensam adhibitis, necesse fuisse dolori frānos imponere, nec patienter modo, sed & libenter, iniurias ferre, Harpagi, & Praxaspis exemplis, Seneca lib. III. de Ira, cap. XIII. docet.

Quandoque vero Reges, amicis, aut his quos honore prosequebantur, partes de cœna mittebāt: quod iam inde à Cyri temporib⁹ & eius instituto, in usum venisse, Xenophō lib. VIII. παρ. K. v. notat. Postquam enim eadem cōiuis apposita, quæ Cyro, ijsdemq; vesci solitum eum dixit, subiicit, οὐα δὲ τοῦ πεπεντα, οὐα ταῦτα πολὺς οὐεισώποις γενησαρη, διέδιδον οῖς δεὶ βαλοτοι οἵ φίλων μηνύμενων ἀδείην διαγένεται οὐα οφροσύλων. οὐέπειτε δὲ τοιούτοις οὐεισώποις, οὐα φύλακές, οὐα θεραπείας, οὐα οὐλαῖς θεοφράκτου. Atque hunc morem à Cyro institutum ad sua usque tempora seruatum, ibidem ait, vt quos ex amicis deineret

velalent, eis partes de prandio mitterent: summoque in honore habitos eos, ad quos, in conspectu populi, fercula de mensa Regis deferrentur. & ita Timagoræ Atheniensi, qui Artaxerxé adorauerat, οὐδὲν ἀπεγνωσθέντα βασιλέα, θυραῖς τῷ τῆς περιπολίς αὐτοῦ πάντας ἀποκατέστη, Athenaæ.lib.ii.narrat:Sic & Nabugodonozorus Babyloniorū Rex, quattuor adolescentibus Iudeis, quos sub Eunuchi custodia educabat, ἐφόρησε, vt Iosephus lib. x. Anquit. cap. x i. scribit, Ταῦτα τῆς περιπολίς αὐτοῦ εἰς διαταξαν, καὶ τὸν τὸ σείτην καὶ ἡμέραν ουνίας ἔπειπε. Ex hoc more, Arsaca Regina Persarum, conuiuio Persarum primores excipiens, vt est apud Heliodor.lib.vii. ματρας, καὶ τὸ εἰαθός, οὐδὲν ἀποκατέστη, Ταῦτα τὸν θεατὴν πατέσθη.

Cœnas vtique Regibus appositæ eiusmodi, vt magnæ reliquiae fierent, Athenæus lib. 1111. auctor est. Indeque ad stipatores, satellites, & corporis eustodes, epulæ deferebantur: qui eas inter se partiri, & aquas in partes tribuere, solebant. Atque adeo vel ipsorum canum prandium, in Regia mensa apponebatur, vt non homines modo quorum opera Rex vtebatur, mensæ ipsius participes fierent: verum ipsa quoque domestica animalia eius usibus deseruientia inde partem ferrēt. Quod silentio prætermittendum non censuit Xenophon lib. iii. παρδ. Κύρ. ex quo Plutarchus summisit quæ lib. vii. Problemata. cap. 1111. scribit in hunc modum, Πιθωνί βασιλεῖς φασὶν ωνόν φίλοις γένεταις καὶ σωματοφύλακεν διοπτύπειν αἱ μεσάδες, αλλα καὶ τὸ τοῦ δουλῶν, καὶ τὸ τοῦ κυνῶν αἱ δεῖπνον διπλῶν τῆς ἑκατονταρχείας. Τελεταὶ περιπολίς, ὡς αἱ διστοιχίαι, πατραῖς οἵς ἐξώντω ποιεῦσθαι σύμπραττοις καὶ ὄμοεστοις..

Sed de his hactenus. Ad coniugia igitur Re-

gum transitum faciamus.

Enimuero stirpis Regiæ propaganda gratia, plures Persarum Regibus, iusta vxores ducere licet: quod & Periarum Regibus in more positū Cicero lib. v. in Verrem tradit. Atque vt alios tacem, Darium Hystraspis filium, duas Cyri filias, Atossam viduam, & Aristonam virginem, præterea Parmyn Cyri neptē, & hoc amplius, Othanis gnatam, eodem tempore in matrimonio habuisse Herodot. lib.iii. & vii. refert. Nuptias autem suas Reges omni apparatus magnificètia celebrabant. Afluerunt quidem, ob Estheris nuptias, ferias populo Persico extra ordinem indixisse, ex Iosepho patet. Is enim lib. xi. Antiquit. cap. vi. Διέπυκε, ait, Τοις αὐταροις λεγομένοις εἰς ταῦτα ἔργα ἀποτίζειν αὐτοῖς Τοις γάμοις. αὐτούσιν αν. Eadēmque de causa eum Satrapas & optimates Medorum & Persarum, sollemni epulo, per mensim integrum, excepisse, ibidem Iosephus refert. At LXX.interpretes, Esther cap. vii. non epulum modò per septem duntaxat dies praebuisse Artaxerxem: verum præterea, tributorum remissionem, eius festiuitatis gratia, prouincijs induluisse, narrant.

Vxotum vero, quas sibi maritali affectione cōiungebant, capiti diadema Reges imponebant. Sic enim Esther cap. ii. scribitur, καὶ ἡσάρι ὁ βασιλεὺς Εαθηρ, καὶ δύες χιλιαὶ φίλατος ταῖς παρθένοις, καὶ ἐπέγιμεν αὐτῇ τὸ διάδημα τὸ γυναικεῖον. Iosephus quoque lib. xi. Antiquit. Iud. cap. vi. Αφικομβης δὲ τὸς Εαθηρας πατέρας αὐτοῖς καὶ πατέρας τῆς κόρης εἰς ἐρωτα, νορθρίσις αὐτοὺς ἀγέται γυναικα. Et inox, Εισελθούσης δὲ εἰς τὸ βασίλειον, πεντηποτον αὐτῷ τὸ διάδημα. Sulpit Seuer. lib. ii. sacr. histor. Igitur iuncta Regi, breui (vt fit) vi pulchritudinis

rotum eius animum facile cepit: adeo ut eam aequatam imperio, insigni Regio, ueste purpurea, donaret. Cuiusmodi diadema illa, in sua ad Deum prectione, οὐραῖς ἔστιν φανίει μου, οὐ δὲν ἔστιν φαλῆς μου, vocat cap. ii. lib. cuius histor. Monimam quoque Mileiam in coniugium à Xerxe adscitam, Diademate reuinatam fuisse, Plutarch. in Lucullo refert. Secundum quā Heliодorus lib. v i i. Arsaca reginam, θεοκράτην ἐφ' ὑψωμα, ἀγρῷ τὸν χρυσοπατᾶν ἐσθίπ ταῦτα φαντασμάτων, ἤμερον τε παλαιότερον. Tidēς ἀξιώματα μεγαλαυχούμενος.

Reginas autem supra modum, seu ἡγέτες, φιλοκόσμοι fuisse, Aelian. lib. xii. Var. Histor. cap. i. scribit. Regali certe cultu ornatas, indicio est, quod Diodor. Sicul. de Alexandri erga Darij uxorem humanitate, loquens, & ταῦτα εἶπεν, ait, αὐτῇ κύριοι βασιλικοί. Reginis utique regiones certas attribuebat, ex quarum redditu mundum sibi pararent. Qua de re Cicero lib. v. in Verrē. Solere aiunt Barbaros Reges Persarum ac syrorum, plures uxores habere: his autē Vxoribus, Civitates attribuere, hoc modo: Hæc Civitas mulieri Redimiculum præbeat: hæc in Collum: hæc in Crines. Ita populos habent vniuersos, non solum conscientis libidinis suæ, verum etiam ministros. Hoc & Socrates apud Platонem, in dialogo qui Alcibiades inscribitur, confirmat, auditione se id à quodā qui ad Regem Persarum legationis officio functus erat, accepisse memorans. Narrabat enim ille, magnam se fertilèmque regionem, vnius prope diei iter patentem, peragrasse, quam incole Zonam Reginæ, nuncuparent. Esse & aliam quam Reginæ Calyptiram: aliisque insuper loca esse & lata & feracia, ad mundum & ornatum Reginæ sup-

pedirandum destinata: quæ ab vnaquaque mundi muliebris specie, appellationem sortita erant. Athenæus lib. i. de Antylla urbe, quæ non procul abest ab Alexandria, ἵστοι, ait, Κούφοις, οἱ πότε βασιλεῖς Αἰγαῖοι περὶ Γέρου τῆς γαμετῆς ἐδίδοντο ζώας. Reginarum autem caput vnguentis delibutum fuisse, appareret ex cap. iii. Esther, ubi & ἡρεμήσαντες τελεῖται fit mentio. Eodemque libro, de incessu Esther. Reginæ, hæc l x x. Interpretes, cap. v. scripta reliquerunt, παρέλαβε ταῦτα δύο δέρας: & τῇ μηρὶ μαζὰ ἐπιπεδεῖτο, ὡς βύσθυροιδίη. οὐδὲ ἐπέργα, επικολαθή, κονφίζονται τοῦ ἔνδον αὐτῆς. Iosephus vero lib. xi. Antiquit. cap. vi. πορφυραιδίη οὐδὲ ἐχεῖται τῶν βασιλιάτων, οὐδὲ διεργάτης, οὐδὲ οὐδὲ εἰσφερούμενος αὐτῶν κούφως ἐφέρετ. οὐδὲ, ἐποιημένη, τὸ βασιλεῖον μαστοῖς, & μέχει τῆς γῆς περιχυμόν, ἄκροις ἀπιώρῃ τοῖς δελόιοις, οὐκει τελεῖται τὸν βασιλέα.

Iam Reginis, nullos, aliter atque Spartæ, custodes adpositos, inuoluisséque, ut, citra villam custodiām, solo metu, in fide retincentur, formidinēque pœnæ pudicitiam seruarent, bonos mores colerent: ac proinde nullam vñquam suspicionē ortam, ex alio quām ex Rege suscepitos liberos, qui Reginarum partu edebantur, Plato Alcibiade i. significat: cuius verba, vel ea maximè gratia subieci, quod ab eorum sententia, Lemanorum Latina interpretatio longè aberret. οὐδὲ Περσῶν βασιλεῖς Τοσσοντον ἴστοραν, οὐδὲ οὐδεὶς Τοσσοντον ἴστοραν οὐδὲ οὐδὲ οὐδὲ βασιλεῖς οὐδὲ φύσιστον οὐδὲ αὐτοῖς. Διὸ & φρερέται οὐδὲ βασιλέως γενή, οὐδὲ οὐδὲ φόεν.

Verum libidini laxas habenas dantes Reges, pellicum turbam, & vt Qu. Curtius loquitur, Greges, Vxoribus quas iustis sibi nuptijs iunxerant, adhibuisse, adiunxitisséque, non est igno-

tum : *παλαίδων* enim multitudini sola Regum libido modum faciebat. Cui rei testimonio est quod Artaxerxem ex pellicibus, c x v. filios suscepisse, Iustin. lib. x. scribit. Sed & Darij Regiam Pellices ccclx. implebant, eumque non domi modo, verum etiam militia comitabantur, vt. Q. Curtius lib. i ii. auctor est. Totidemque Pellices Alexandrum secutas, idem Curtius lib. vi. & Diodor. Sicul. lib. xvii. memorant. Athenaeus lib. xiiii. Parmenionem Damasco in potestatem redacta, litteras ad Alexandrum misisse narrat, quibus significabat se omnibus impedimentis Darij potius : inter quae inuentas pellices Tibicinas trecentas viginti nouem. Surenam etiam qui secundum à Rege Parthorum locum tenebat, secum in expeditionem duxisse *εγκροτας απόνας παλαιδών*, Plutarchus in Crasso narrat.

Pellicatum autem istum, qui *maxime caudas*, vt Impp. nostri loquuntur, *exasperat*, Reginas & quo animo ferre & perpeti coactas, Athenaeus lib. xiii. scribit, tum quod Rex, velut dominus, omne in Vxorem imperium haberet, eaque in eius manu, mancipioque esset : tum quod, vt ex Dinone addit, Pellices Reginam colerent, ac venerarentur. Idem lib. xii. ex Heraclide Cumano tradit, c c c. mulieres Regem Persarum custodiisse: qua interdiu somnum capiebant: totam autem noctem insomnem, accensis lucernis, canendo, & psallendo, trahcebant. Eas Rex vt plurimum, per Melophororum aulam admittebat.

Regiae autem Pellices singulae separatis recludebantur, vt Iustin. lib. i. scribit. Eius rei ergo, in Regia, Gynæceum erat, cuius apud Athenæum

lib. i. cap. ii. & vlt. & Philostrat. lib. i. de Apollonij vita, fit mentio : Quo in Gynæceo Pellices à Spandonibus adseruabantur. Et ita, cum Artaxerxes forma præstantissimas virgines conquiri insisteret, & eas Susa deductas in conclave mulierum, sub custodia Eunuchi Hegæi (qui Gynæceo præfetus, & *βασιλικος φύλακες* erat) abditas, Estheris cap. ii. scribitur : quo Gynæceo eas per xii. incolumi spatiū adseruatas, vt intetim corpori curādo, & comendo, operam darent, refertur. Ac prioribus sex mensibus, vnguentis & oleo myrtleo delibatas, reliquo vero tempore, odoribus quibusdam aspersas, & pigmentis tucatas fuisse ait. Honoris autem expertes pellices non erant. Nam & pellicē ad dextram Regis sedisse, eoque familiariter vsā, narratur Esdræ lib. iii. cap. iii. Trebellius Pollio in Valeriano. *Cepit Regis thesauros: cepit etiam, quas thesauris cariores habent Reges Persici, Concubinas.* Idē Trebellius in Herode, Odenatum post deuictum Regem Persarum, quidquid *coecubinarum regalium*, quidquid diuitiarum gemmarumque ceperat, Herodi filio, paterna affectione peruictum, tradidisse refert.

Inter has vtique Pellices, noctium vices, Reges partiebantur, vt patet ex Hestere, lib. i. cap. ii. Et hoc est quod Herodot. lib. iii. ait ἐν ταῖς Σεπτήμην ταῖς διηγάδης φορέσσι τοῖς Πέρσαις. De Alexandri etiam similis luxu, Diodor. Sicul. lib. xvi. ταὶς παλαιδῶς σμοῖς τῷ Δαρεῖῳ φεύγει, τῷ μὲν δεύτερῳ δὲ τῷ Φαρσιοῖς πλήσῃ τῷ καὶ τῷ ἐναυτῷ οὐκέπαν, τολμαὶ δὲ διαφερεῖσι, οἷς δοῦλοι ἀπαντῶν τῷ καὶ τῷ Δασίαι μωάροι διπλεῖσι εχμέτας. Autu δὲ ἐκατὸν νικὸς φεύγεσσαν τὸν κάλυκα τὸ βασιλέας, οὐτα τὸν ἐκρηκτὸν αὐτὸς ποιῶντα τῆς μελάθης αὐτῷ συνέπει.

pellices plane, quoties Rex venatum exibat, vna cum eo proficiscebantur, vt Athenaeus lib. xi, refert. Qui netiam expeditionem suscipientem Regem comitabantur: quemadmodum, exemplo Darij, Curtius lib. iii. ostendit. Ioniam autem Regi magno pellices suppeditasse, Maxim. Tyr. Serm. xxxiii. scribit. Atque adeo, ex Ionia, pellicis instar, lectica opera, Themistocles Suia delatus dicitur. Sed & Plutarch. in Crasso, complures ex Milesia & Ionia, pellices quasi^{as} tradit.

Liberorum vero, quos ex iustis vxoribus suscepserant, educatio & disciplina summæ curæ Regibus erat. Ac proinde, statim atque maior natu Regis filius, quem proxima spes successionis contingebat, in lucem editus erat, non is vili alicui & obscuræ mulierculæ, verum, vt Plato in Alcibide i. scriptum reliquit, Eunuchis præstissimis & optimis committebatur: quibus, præter educationis onus, hoc etiam mandabatur, vt eius membra componerent, dirigerentque: denique operam darent, omnique ratione prouiderent, quod puer quam pulcherrimus euaderet. Atque in magno pretio erant, quibus id negotij dabatur. Cum vero Puer septimum ætatis annum attigisset, equitare discebat: eique Equestris disciplinæ periti magistri adhibebantur. Venatu quoque exerceri incipiebat. Anno autem decimo quarto, in disciplinam trædebatu*ijs*, quos Regios Pædagogos appellabant. Erant hi viri selecti quatuor, ex his qui sapientissimi, iustissimi, temperantissimi, & fortissimi, apud Persas haberentur. Quoru*m* primus, prudentia insignis, Magiam docebat Zoroastris Horomazj filij, quæ in deorum cultu ver-

sabatur: Tradebat & ille regia instituta. Alter iustitia commendatus, puerum instituebat veritatem toto vitæ curriculo amplexari. Tertius temperantia præstans, docebat, domitas habere libidines, voluptatemque corporis (quam *omnium malorum matrem*, Cicero lib. i. de Legib. vocat: quaque nullam *capitaliorem* esse pestem, idem lib. de Senectute tradit) aspernari. Quartus, fortitudine prælucens, in eo laborabat, vt puerum impavidum, intrepidumque redderet, nec metu frangeretur, vt debilitaretur. Ex quo Platonis loco, Magiæ dignitatem adserere conatur Apuleius Apolog. i. Etenim, post ipsa Platonis verba relata, subiicit: *Audius ne Magiam qui eam temere accusatis, artem esse dijs immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam scilicet & diuini scientem, iam inde à Zoroastre & Oromazo auctoribus suis nobillem, calium anisitem. quippe inter prima regalia docetur, nec ulli temere inter persas concessum est, Magum esse, haud magis quam regnare.* De illis vero Regijs Pædagogis, hæc Clemens Alexandrin. lib. i. Pedagog. cap. vi. scribit. Οὐκ ἔλαθον ἡμῖν οἱ τοῦδε φρόντισκοι λουρίδοι Γαյδαχωροί, οις τέληρας τὸν ἀεισιδέντον ἐκπέμποντες ἐκπαύνονται σφοῖν, Τοῖς αὐτῶν ἐφίσιον πυῶν. Sed & à mulieribus, atque Eunuchis, Regum liberos educatos fuisse, Plato lib. iii. de Legib. scribit.

Verum vt ad Regū cotidianæ vitæ consuetudinem accedā, illud apud Persas nunquam satis laudatum institutū viguit, quod, vt apud Homerum ad Agamemnonem à somno excitandum missum insomniū, his eum verbis acuit, οὐ γε παντὶ χρονὶ δύναται φέρεσθαι, Ω λαοί τ' ὅπιτελέχθασται καὶ ποσε μέμπλε;

sic Persarum Reges ab uno de cubicularijs suis

mane cottidiè excitari consueuerant, vt ad regni procurationem ipsis à Deo concreditam, suscipiendam, è lecto surgerent, quemadmodum Plutarch. in lib. τοντος ινδιανα απαγ. refert his verbis, ο μην γδ ερσαν βασιλειαν ενα την κατεπωσιν είχε τας πέτρας πετριθόν, ως ἐνθετεστοντα λέγειν τας αυτον, Αθανά ο βασιλεύς έ φροντει ταραχήσιν την τη φροντειν ο Μεσοροιδην ιστέλλονται. Quinetiam ex quo Athenienses incendio Sardes deleuerūt, vni ex ministris imperasse Xerxem, vt prandio apposito, ter ei inclamaret, Διανοια, μέμρει την Αθηναων, Herodot. lib. ix. auctor. est.

Reges planè cottidiè rem diuinam fecisse constat: eiisque rei gratia mille in singulos dies victimas, in his, Boues, Asinos, & Cervos, cædi consueuisse, Athenæus lib. iii. refert. Sacra verò facientibus illis, Magi adstabant: idque ex Cyri instituto. Is enim, vt Xenoph. lib. viii. ταυθ. narrat, populo planum facere studens, res diuinias sibi curæ & cordi esse, Magos instituit, υμεν τε ατε, εἴησα την ιμέραν τοις γενοις, & θύμη ην εναστην ιμέραν, οἵς οι Μάγοι γενοις είποιεν: eaque utri à Cyro constituta erant, à successoribus constantissimè seruata subjicit. Strabo quoque lib. xv. apud Persas, Magos ουαίνα τοις βασιλεύσι ιφηγενιδροις τε ταῖς τοις γενοις tradit. Præsentibus ergo Magis Rex hostias immolabat. Philostrat. lib. i. de vita Apollonij, his verbis, ηνυχειδος θύων παροντων την Μάγων αυτοις. Τε τοις ιεροις ιεροις εκενοις αρέται. Eos etiam Regum consilijs intimos fuisse, significat Dio Chrysostom. Oratio. xl. illos iniquiens cōstitutos, ηνιειδαις τοις βασιλεύσι, & δρόχοντας: quod & Procopius lib. i. de bello Persico adstruit.

Persarum autem Reges, priusquam sacra face-

rent, de pietate differuisse, ac verba fecisse, testis est Stobæus, Serm. xiii. ex Selino, his verbis, οι Γρῦποι βασιλεῖς, τοις μὲν θυμῶν, τοῖς δὲ θεοῖς οι γένεσιν. ταῦτα τοις γενοις: ταῖς οι Θεοστοις, τοῖς δὲ μεμοντεσ, ταῖς δὲ μηδικασ. Testamat utique pietatem suam reliquit Cyrus, eo decreto, quod lib. i. Esdræ, cap. v. memoratur. Etenim non modo templum Dei Hierosolymis instaurari permisit: verumetiam ex arca sua, & de tributis, quæ ei à regione transflumen sita pendebantur, sumptus necessarios ad opus absoluendum suppeditari præcepit. Tauros quoque Oves, agnos, & quicquid ad rem diuinam & sacrificia opus esset, præstari, frumentum item, sal, vinum & oleum, in dies dari sacerdotibus iussit: vt sacra Deo immortali, & pro salute Regis, filiorumque eius, vota facerent. Atque huic decreto idem Cyrus, sanctionem, secundum LXX, interpretum versionem, subiecit huiusmodi. Καὶ αὐτὸν ἐπέγια πάρα, ὅπις πάτερ τοις δημοσίεσσι τοις βημασ τοῖς, καθαγρεύσθωσι ξύλον ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ: Εἰ δέ θεόδοξος παγκόστηται ἐπι αὐτῷ. Καὶ οὗτος αὐτῷ τὸ ὄνομα ἐκεῖ καταρρέψει πάντα βασιλεῖα. Καὶ τὸν, δέ, ἀπενεπι τῷ χρειαντοι διηδέξαι, Καὶ αὐτοῖς τὸν δικον τὸ θεον εἰκόνον τὴν εἰ ιρευομένην. Cui Cyri decreto Darius subscriptis, in hunc modum, Εγώ Δαρεῖος ἔγικα γνώμην: έπηρδεις έσαι.

Quibus autem verbis idem Cyrus, voluntatem suam de hac re populo sibi subdito notam fecerit, etiamque per omnes ditioni suæ subiectas regiones promulgauerit, petet lector ex cap. i. Esdræ: vnde & formulam, qua Edicta, decretaque Regum Persicorum concipi solebant, aliquatenus colligere licet.

Iam Cyri processum è Regia, Xenoph. lib. viii.

παρ. κύρ. accuratè describit, præfatus, vnam hanc iniisse rationem Cyrum, qua maiestatem Regibus conciliaret, imperiumque, cuius tutelam in maiestate positam, scitè Q. Curtius pronuntiat, augustius, venerabiliusq; efficeret. Hinc Imperatoris Iuliani, qui Eunuchos, Cocos, Tonsores, palatio exigit, factum à plerisque hoc nomine improbatum Socrates, lib. III. histor. Eccles. cap. i. tradit, ἐπ πανορθίν ἡ ἐκ τῆς βασιλικῆς πλόου, οὗτοι πολλοῖς ἐγίνενται κατέπληξι, οὐκαποφρόνην ἵπποις βασιλέας. id est, ut Cæsiōdor. lib. vi. histor. Tripart. cap. i. vertit, quod remoto fastu palati, contemptibile videatur imperium. Persarum ergo Rex, Regia egrediens, vt Deos salutatum iret, vel iis sacra faceret, hac pompa procedebat (ipsamet enim de ea re Xenophontis verba ponam) Σπάχοι, εἰσήκεσσον ἔνθετον ἔνθετον τῆς οὐρανοῦ, ὅποι γένεται ταῖς ἀδυτίαις μέλιται τούτοις, αἱ σύντηξις οὐδεὶς δεῖται εἰσενεγκεῖν τὸν πεπηδάνταν. mastigophori δὲ καθέστασαν οἱ ἑπαγονοὶ εἰς ἐνοχλοῦν. Quibus verbis declarat, ordines ex utraque viarum, per quas Rex incessurus erat, parte positos: intra quos cancellos, nemini praeter Honoratos ingressus patebat. Mastigophori eos qui ordines interrumbarent, sumimouebant. Pro foribus autem Regiæ, seu palati, hastati erant, & equites ex equis descendebant. Apertis vero Regiæ foribus, vt idem Xenophon tradit, primum quidem ducebatur tauri eximij quarterni, Ioui & alijs Diis quibus rem diuinā faciendam esse Magi statuebant. Post hos ducebantur equi, Soli grata & accepta hostia. postea educebatur currus albis equis iunctus, aureum habens iugum, coronis redimiculis, Ioui sacer: postea, Solis currus, albis quoque equis vectus, eodemque

modo coronatus vt prior. Educebatur deinde tertius alias currus, cuius equi puniceū stratum habebant: pone currum sequebantur homines, Ignem ferentes in foco ingenti. postea exibat Rex, currus vectus, rectam habens Tiaram, & amiculū purpureum albo distinctū, & circa crura, braccas purpureas. Cognati etiā eius, iijdem insignibus erant conspicui. Regis autem exerta erant extra manicas manus. Procedente vero currus, præcedebant quatuor millia scutatorum. Currum præterea ab utraque parte circumdabat bis mille hastati. Subsequebantur & Sceptringeri equis insidentes, cum iaculis, circiter trecenti. Equi deinde qui Cyro alebantur, aureis frenis ornati adducebantur, circiter ducenti. Hos sequebantur ter mille persæ: postremo loco equites Medi, Armenij, Hyrcani.

Toties autem à me in hisce commentarijs petitas ex Xenophontis libris, ~~et~~ παρ. κύρ. auctoritates, non est quod quis in dubium vocet, hoc obtentu, quod eos libros Cicero non ad historias fidem, sed ad effigiem iusti imperij sciptos censuerit. Nam, quod ad Persicos ritus & mores attinet, nihil à vero alienum se comminisci ipsem proferetur: adserens non semel, suis etiamnum temporibus seruata ea quæ à Cyro instituta prædicat. Oculati autem testis, & qui tot Persici imperij regiones peragrasset, quis est qui fidem eleuare ausit? Plane quod is hac in parte tradit, testimonio quoq; Herodoti & Curtij confirmatur: quorum verba, quod ad aciei ordinem pertinent, in extreum librum reieci. Illud dumtaxat in transitu notandum moneo, quod de Igne qui Regi

præferebatur, Xenophon perstringit. Erat enim hic sacer & æternus ignis de quo Ammia. Matcell. lib. 23. ferunt, ait, (de Magis loquitur) etiam si iustum est credi, ignem calitus lapsum, apud se sempiternu ferulis custodiri: cuius portionem exiguum, ut faustam, præfisse quondam Asiaticis Regibus dicunt: quem quidem ignem post Regum excessum, extinctum, supra demonstrauimus.

Sanè Persarum Rex, vix vimquam pedibus incedens, aut de plano, sui copiam populo faciebat: sed vel curru vectus, aut in equo sedens, Regiam egrediebatur: nec aliter conspiciendum sc, extra Regiam, præbebat. Idque maiestatis conseruandæ causa, inualuisse verisimile est: cuius recepti moris testis est Athenæus lib. xii. Dipnosophist. qui de Rege Persarum loquens, ὅπις, ait, εἰς ἐχάρτῳ αὐλῷ γέθοι, καὶ οὐαρεῖ ὅπῃ τὸ δρῦα, οὐοτὲ δὲ γέφοις, πεζοῖς δὲ οὐδὲν τοιεσθίεται. Μη βασιλεῖσθαι. Quinetiam si quando per Melophororum aulam pedibus incedebat, substernit consueuisse ψιλοτάπεις Σαρδιανοῖς ἐφ ὧν οὐδὲν διογκεῖται οὐαρεῖς, idem Athenæus eodem libro testatur. Equum autem in quem Rex ascendebat, λευοχλων fuisse, Xenophō lib. i. παγδ. μωρ. docet. Plerumque vero in rheda Persarum Reges vehi, atque adeo in ipsis prælijs currum inscendere consueuerant. Et ita Datiūm triūphantis magis quam dimicantis more, currus sublimē, prælium cum Alexandro iniisse, Q. Curtius lib. iii. & iiiii. narrat. Idem lib. v. Darius, signo ad eundum dato, currum, pristino more, conscendit. Albus autem equis tractos Regum currus, indicat Seneca lib. vii. de Ira cap. xxi, ybi de Cyro, qui Gynden latè fusum amneam, vado transire tentauit, verba fa-

ciēs, ibi, ait, vñus ex his equis, qui trahere Regium currum albi solebant, abreptus, vehementer commouit Regem. A Luciano vtique in Timone, & in lib. de Mercede conductis, & in Epistolis Saturni, & in Sominio, siue Gallo, λευον ζεῦχος, in deltiarum arguento ponitur. Ad eam rem Persarū Reges Niſæos equis vtibantur. Ita Hierodot. lib. vii. Xerxem vetum ait, ἐφ' ἀρματος ἵππων Νισάων. Niſæos autem equos, à regione quadam Mediae, quæ ingentes equos ferebat, nomen traxisse, Herodot. ibidem tradit. Ego, ait ille, πεδίον μέγα τῆς μηδινῆς, τῷ σύνομα βού Νισάων. Τις ὦν δὴ ἵπποι τοις μεγάλοις φέρει τὸ πεδίον τόπον. Quorum, equorum præstantiam Dio Chrysostom. Oratio. i. de Regno, & Maximus Tyr. Serm. xxxiiii. celebrant. Themistius Oratio v. ὡν ξενος ἀρματος αὐτος περιεμπνευ Νισάων ἵππων. Huiusmodi vero equos, albos fuisse, indicat Philostratus lib. i. de vita Apollonij, cum de Rege Persarum loquens, ait, Λαβρὸν δὲ τὸ δρῦα, οὐδὲ σπα Νισάων, καταδύει ἔμελε. Quot autem impedimenta secum, Heliogabali ætate, Reges Persarum iter facientes ducerent, ostendit Lamprid. in Heliogabalo, sexcenta, inquiens, ὑβικula dicitur duxisse, adserens, decem milibus Camelorum Persarum Regem iter facere. Cum vero Rex persarum currus descenderebat, neque desiliebat, quamuis exigua esset altitudo à terra: neque hominum manibus fulciebatur, sed aurea sella illi semper apponebatur, cui pedes impónens, descendebat. Eius rei ergo, vñus è Regis famulis sellam ferens, currus semper sequebatur, vt auctor est Athenæus lib. xii.

persarum vero Rex, iter vehiculo faciens, temporis fallendi, tædiique vitandi causa, philyriūm,

& quo id scinderet, cultellum, manibus tenebat, quemadmodum Aelianus lib. XIIII. var. histor. cap. XII. tradit. Prorsus enim, neque libri vilius lectio[n]i vacabat, nec cogitationes in res aliquas serias aut graues impendebat. Qua potissimum de causa, Persarum Reges. Seneca lib. III. de Ira cap. VII. Barbaros, vocare non dubitauit: *quos nulla eruditio, nullus literarum cultus, imbuera*t. Cum autem e[st] Perside in Medium migrabat Rex, quod ea Regio scorpiis infestabatur, triduo antequam itineri se committeret, omnibus eius tractus incolis venationem scorpionum indicebat: & eum qui quamplurimos confecisset, muneribus donabat, ut id[em] Aelianus lib. XV. de Animalib. cap. XXVI. refert.

Solebant autem & Persarum Reges, veteri-instituto, omnes ditionis suæ prouincias obire, lustrare, peragrare, vt Xenophon in Oeconomico, & Aristides, Oratione de Roma, tradit. Id quod Oebari monitu & hortatu, Cyrum instituisse credibile est. Primus enim ille, Aristide teste, Cyrum longinquam peregrinationem gravatè ferentem monuisse fertur, prorsus illi, nollet veller, excursiones eiusmodi faciendas, siquidem imperio potiri cuperet: in eamque rem vtris similitudine vsum; qui inflatus ac turgidus pede facile premeretur coercereturque: sublatò vero ac remoto pede, mox exurget: rursusq[ue] calcatus, subsideret.

Ac planè Plinius in Panegyrico veri principis munus esse ait, reconciliare emulas ciuitates, tumultusque populos non imperio magis, quam ratione, compescere, intercedere iniquitatibus Magistratum: infelizunque reddere quicquid fieri non oportuerit. Postremo, ve-

mō, velocissimi syderis more, omnia inuiscere, omnia audiare, & undecunque inuocatum, statim, velut numen, adesse & adfistere. Ad eas vero prouincias quas adeundi, & oculis suis inspiciendi facultas non dabatur, fidos Legatos, qui earum statum vice sua explorarent, sibiique renuntiatent, mittebat. Atque ubi, vel per se, vel aliorum relatu, rectores moderatorésque prouinciarum perbellè officium suum facere, benéque & ex prouincialiū vtilitate prouincias regere comperisset, hominumque multitudine affluere vrbes, agros optimè cultos, & arboribus consitos, & vberi fructuū prouentū, copijs abundare, rescisct, illarum praefides & rectores non minus muneribus quam laudibus honoribusque auctos, ad alias dignitates promouebat: eisque regendas alias prouincias mandabat. Qui vero per socordiam & ignauiam exhaustam, ac tenuem, incolisque infrequentem prouinciam reliquisse deprehendebantur, eos, grauiter multatos, potestate eis decreta abdicabant.

Ac planè Persarum Reges summopere satabant, vt ciuitates quae in eorum regno & ditione erant, bene ac beatè habitarentur, propterea quod, vt Libanius lib. II. Epistolar. ait, παντας οἰκεῖας καλῶς, βασιλέας δὲ ἀργάτερα. Popularium ergo quietem, & otium, cotamque disciplinam publicam, non minus quam rem militarem, & bellicam munia, ad curam & sollicitudinem suam reuocabant: studiūnique adhibebant, vt omni remoto metu, agricolæ agris colendis, negotiatores mercaturis faciendis, opifices mechanicis artibus exercendis, liberè vacarent. Eoque modo, Tributis in quibus nerui Reipub. positi sunt, consule-

bant: prudenter cogitantes, malè & negligenter cultis agris, aut opificibus ferias agentibus, artiumque suarum exercitio prohibitis, tributa pēdi non posse: καὶ πόλεις οὐ (ut ait in Oeconomico Xenophon) οἱ κακοὶ τὰς χώρας ἐργάζομενοι, ὅπερ τοῖς φρυγοῖς πρέποισται, τὸν τούτους διεύποντας λαοδίσσανται. Itaq; vt à vi & iniuria farta te&tacq; oppida tuerentur, nec vllā agricolæ, opificesve ignauia & inertiaeque sua causam prætenderent: rationem inuenerunt, qua securitatem subditis præstantes, eorum industriam acuerent: eoque modo, dum agrorum culturae & opificij singulorum animi intenti essent, cùm frugibus, tum etiam & alijs, quæ ad viictum cultumque corporis necessaria erant, regio quæque abundaret. Hoc consilio & hac mente, quorumdam Magistratum fidei vrbes, & regiones commitebant, alijs arcium custodiam cum præsidijs credebant, &c, vt Xenophon in Oeconomico ait, alios constituebant ἀρχοντας τὴν καπιτωποτανη τε, καὶ ἐργατῶν, similque, τὴν ἐργατηπεδεύθρον: alios verò, ἀρχοντας τὴν ἀποικιέων φρεγάν, quos & φρεγάρχους appellat. Illorum muneri incumbebat, διοριοις ἐπὶ καπιτωποτανη καὶ ἐργατῶν ἐκλέγειν. Et siquidem mandatum sibi munus Phrurarchus, seu Arcis custos, non obiret, nec ab urbis & regionis incolis vim iniuriāque propulsaret, eius nomen apud Principem deferebat: ac socordiæ incuriaeque reum postulabat, quod opus facere, & artes suas exercere, οὐδὲ ἀφυλαξτας incolæ non possent. Contrà, si Arcis præfecto securitatem & pacem ita conciliante, vt quilibet opera tutè exerceri possent, Præfectus urbi nihilominus ὀληρός ποτὲ καὶ ἐργον τὰς χώρας haberet, ignauimque desidere populum patere-

tur, cum, quasi impositam sibi à Rege personam, non ex fide, nec ex utilitate publica sustineret, reum Phrurarchus agebat. Atque ita alter alterum, si in officio male negligentè versaretur, obseruabat.

Iam verò Persarum Reges ius dicere consueuisse Ioseph. lib. xi. Antiq. Iud. cap. iii. ostendit. Ipsam quoque Semiramidem cum Regio capitis insigni, è folio, iura redditisse, Plutarch. & Euseb. declarat. Loci autem in quo Persarū Reges ius dicebāt, admirabilem ornatū philostrat. lib. i. de vita Apollonij, ita describit, φασὶ δὲ διδοράνη ἐπιτυχίην, τὸν φασὶ δὲ πλοῦτον θύτην πᾶν ὄφον, ἀνθέλει τὸν χρυσόν, οὐδενὸν δὲν εἰσασμένον, οὐ πεισίην αὐτὸν κατηρέφθην λέπω. κανακωτάτη δὲν λίδος, καὶ οὐενίατιδεν. Θεῶν τε αἴγαλματα, οἱ νομίζειν διδούται εὖω. καὶ χειροῦ σφιγγεται, καθάπερ δὲ αὔτερος. Μηδίζει μὴ δὲ βασιλεὺς εἴλειδα. χειροῦ δὲ λιγήσεις ξποκριμανται τὸ ὄφεια πέτταρες, τὼν αὐδρασταν αὐτῷ παρεγιῶσαν, οὐδὲ τὸ μητροῦ τοὺς διηράστους αἴρεσθαι. Κύπας οἱ μάρτιοι αὐτὸν φασὶν ἐμβοστεῖσθαι, φοιτῶντες εἰς τὰ βασιλεῖα, καλοστοὶ δὲ αὐτας θάντοι γλωσσας.

De capitalibus vero causis, ipsos etiam Reges persarumi, cognoscere statueréque solitos, constat: & quod in principe exigebat Claudianus, vt esset piger ad pœnas, ad premia velox, hoc mihi Persarum Reges præstissime videntur. Etenim recta secum reputantes via, nullam vñquam de morte hominis cunctationem, longam censi, propéque esse vt lubenter condement qui citò: neminem vñquam properè festinantère damnabant: nec inauditū quemquam, aut indicta causa, ad supplicium duci iubebant. Quamobrem vel grauissimorum facinorū & criminū reos, carcere per aliquod temporis spatium contineri, ac de criminibus obie-

etis interrogari curabant. Et ita, mora aliqua interposita, plerumque etiam quæstione habita, de capite sententiam ferebant. Quod Epiphanius lib. ii. cap. de Manichæis ostendit, de Mane loquens in hunc modum. *περιστήματα βασιλικές εμβάλλεται εἰς τὸ δευτερόν, οὐ τὸ δέκατον οἱ τοῦ πρώτου βασιλεῖς, τοὺς Σημεριανούς, καὶ τοὺς μείζονας αὐτῶν, τοὺς αποτύπωτα δρόντων, εἰσφέροντας: διὰ τοῦ πεντηκόπεδου θυντούσθι ταπετκήν φύφον, μεταβατάν τοὺς ἐπαπικειμένους σχετίζεται.*

Ac nec ob unum aliquod admissum, in reos, nocentesve facinoris cōuictos, animaduerti moris erat: sed ita demum, si comparatis eorum inter se, bene, vel malè, factis, mala præualere præponderareque liqueret. Quod ius Persarum moribus aut legibus comparatum fuisse, Aristides Orat. de paraphtegmate, in extremo, scribit. Et certe, inter reliqua Persarum instituta, hoc Herodotus laudat vel maximè, ποὺ μῆν αἴτινε εἶνεκα, μῆντον τὸν τὸν βασιλέα μισθέα φονέψιν, μῆντον δύον Ρέστεαν μισθέα δύον εἴσαντος οἰκετέων, διὰ μιᾶς αἴτιης μικρεστον πάθος ἔρδην, διὰ λογοτύμων, λευθεροῦ πλάκη τοῦ μετ' αὐτῷ διδικτυωτοῦ εἴναι τοῦ δύον ψυχουργούματον, σύνῳ τῷ θυμῷ κρατεῖ. Ergo si quem in periculum capititis, famæ, existimationis, adduci, eoque nomine in iudicium vocari contingeret: totius ante actæ vitæ ratio habebatur: & in iudicando, non minus ea quæ præclarè ac fortiter gesserat, quam ea quæ commisisse arguebatur crimina, perpendebantur, numerabantur, ponderabantur: & utrisque in libræ examine positis, vtram in partem lanx propenderet, ac vergeret, spectabatur. Et quidem, si rei in Rempub. merita, delictorū numero ac pondere superiora essent, Absolutio: sin fecus, Condemnatio sequebatur. Atque hoc

modo, publicæ, domesticæque quæstiones exercebantur: parique causæ cognitione adhibita, à Regibus & Magistratibus, & à patribus intra priuatos parietes, iudicia reddebantur.

At semel latam de capite sententiam, ne Regi quidem reuocare retractareq; licuisse, argumento est, quod Diodor. lib. xiiii. de Dario refevit, qui cùm Charidemum duci ad mortem iussisset, διδούς, ait, μετένοπτος, καὶ κοπεμένης ἐστιν, ὡς τῷ μετανιώσαντι: αὐτὸν τὸν διεστὸν τὸ γεννοῦ ἔξα τῆς βασιλείης ἔξιστας ἀγέντων καταστάσιαν. Cùm verò in aliquos lege agi, capiteque animaduerti iubebat Rex, hi zona prehensi, lictoribus, apparitoribꝫque tradi solebant, à quibus pretinus ad suppliciū rapiebantur. Testis Xenophon lib. i. *AraCæs.* Μετατοπικαὶ διαδόσεις Κύρου διά Σορτοῦ τῆς ζώνης τὸν Ορόντην, δημιουρότω, ἀπαντεις αἰαστάντες καὶ οἱ συγγενεῖς, ἵπτανται οἱ ξένοι αὐτῷ οἱς παρεστάχθι. Apertius Diodor. lib. xiiii. o. ἀρ. Δαρεῖος, διπλαζόμενος τῆς τὸν χαλεπίκου λόνης, καὶ τὸν τοῦ Πρώτην νόμον, παρέδω τοῖς ὑπηρέταις, καὶ περιστεξεντούσιαν. Eius etiam in quem Rex ira accensus, incandesceret, caput obnubi solitum, & ita è Regis conspectu subductum, Hebrei interpretes ad cap. vii. Esther notant.

Enimvero ad moratorium illam Regum in capitalibus iudicijs cunctationem, plerumque etiam humanitas accedebat. Ammianus Marcellin. lib. x x. inter cetera Valentiniiani vitia, hoc vel præcipue notat, quod ita erat effusior ad nocendum, ut nullum aliquando damnatorum capitis, eriperet morte: cùm multa imitari debuisset peregrina atque interna exempla. *Humanitatis, & pie-*
tatis: quas sapientes, consanguineas virtutes esse defi-

nunt: quod Artaxerxis proposito exemplo firmat in hunc modum. Artaxerxes persarum ille Rex potentissimus, quem Macrochira membra vnius longitudo cōmemorauit, suppliciorum varietatis, quas semper natio exercuit cruda, lenitate genuina castigans, Tiaras, ad vicem capitum quibusdam noxijs amputabat: et ne secares aures, more Regio, pro delictis, ex galeris fila pendentia praeclidebat: quae temperantia morum ita tolerabilem eum fecit & verecundum, ut adnitentibus cunctis multis & mirabilis actus impleret, Gracis scriptoribus celebratos. Quod breuiter Plutarchus in Apophthegmat. pestrinxit, his verbis. Αρταξέρξης ὁ Ξέρξης, ο Μακρόχειρ περοσταρθήσεις, διό τὸ πλὺν ἐπέραι χρεια μακροτέραν ἔχει, περοστης, τοῖς αὐλικούσιοις τῇ ικανοτάτῃ, ομφειαν ἐπάξει, αὐτὸν τὸ ποσμα μαστίγων, μαστίγεις διαδηματοποστορθήσις τιμάται; καὶ αὐτὸν τὸ πλὺν κεφαλήν ποσπλεγάσαι, πλὺν Τιαραντοποδήμων.

Ceterū erant apud Persas selecti Iudices, βασιλέος seu βασιλίου Δικαστοι vocati, qui ex cōsultissimis iuris Persarum legebātur: quorum erat perpetuus magistratus, nec nisi in demortui locum alias sufficiebatur. Hi ius, postulatibus reddebat, leges patrias interpretabantur, & ad eorum collegium controversiae omnes referebantur: quemadmodū Herodot. lib. iii. memorat, ea parte qua Cambyses de iure conubij cum sorore, huiusmodi Iudices consuluisse scribit. De rebus autem controvercisque omnibus Iudices hosce adiri Cyrus constituit, vt lib. viii. ap. παρ. Xenophon narrat. Plutarchus etiam in Artaxerxe, eum quæstionem de Darij coniuratione, his Iudicibus regis mandasse prodidit, & ab his illum capite damnatum. Atque in hoc Iudicium collegium ab Artaxerxe adscitum

cooptatumque Rhacocem Medū, quod aduersus filium tristem & acerbam summa cum seueritate sententiam dixisset, Alianus lib. 1. Var. histor. cap. xxxiiii. refert, ex quo & illud colligitur, eos provincias obijisse: quin etiam, Regem, quaquam iter faceret, comitari solitos, indicio est, quod Herodot. lib. iii. refert, in Cambysis aduersus Aegyptios expeditione, huiusmodi regiorum Iudicum decreto, morti addictos denos ex primoribus Aegyptijs, pro singulis Persis, qui à Memphitanis cæsi fuerant.

Curabant autem Reges, ut quam integerrime ius à Regiis istis Iudicibus diceretur. Quamobrem cùm ex eorum collegio unus, nomine Sisamnes, ob rem iudicandam pecuniam cepisse conuictus esset, Cambyses ex corpore eius detractam pellim sellæ intendit, in eaque filium eius iudicatum considerare iussit. Qua atroci & noua poena, ne quis postea Iudex corrupi posset, prouidit, quemadmodum Herodot. lib. v. & Valerius Max. lib. vi. cap. iii. scribunt. Ammianus Marcellin. lib. xxiii. attrigit, his verbis. Nam quod super sedere corio damnati ob iniuriam Iudicis, Iudex alius cogebatur, aut finxit vetustas, aut olim recepta consuetudo cessauit. Eadem certè de causa, & Darius, Sandocem nummarium iudicem, hoc iudicandi munere in comitatu suo fungentem, in crucem agi iussit quod pecunia corruptus male iudicasset, quemadmodum Herodot. lib. viii. scribit, πόλις δὴ περιπορ πυτεών βασιλεὺς Δαρεῖος, ἐν τούτῳ πιστὸς λαβὼν, αἴτιος ποτε, ἐόντε τῷ βασιλίῳ δικαστῶν, ὃν ὁ Σανδόκης ἦτι γρῦπασσος δικαστῆς ἐδίκασε. Apud Persas etiam Septemuiores fuisse, prudentes patrij iuris, legumque interpres, Ioseph. lib. xii. Antiquit. Iudaic. cap. vi. testa-

tur, eos τοὺς ἵπατούς Πέσσουν, οἱ τῷ νόμῳ οἰκητοὶ σχετικοὶ παραστῶν, vocans: quos Artaxerxem de coniugis suæ contumacia consuluisse, ibidem scribit. Eos Zonaras, Tomo. I. ἵπατούς Πέσσουν συμβούλους vocat. Et de consilij huius sententia, Esdram missum ad Iudeam inspiciendam, narrat Artaxerxis epistola, quæ Esdræ cap. vii. extat, in hæc verba. Αὐτὸν τὸ βασιλέως, τῷ ἵπατού συμβούλῳ αἴτιον λέγει δὲ θητὸν Ιερεῖαν. Ad quem locum Nicol. de Lyra, in libro, ait, Esther legitur, mons fuisse Persarū Regibus, ut in cunctis agendis vel discernendu, septem Consiliariorū consilio pertentur. Verum ille locus in septuaginta interpretum versione désideratur. At in veteri Latina Bibliorum interpretatione, quæ ad Hebreorum exemplaria facta est, habetur, in hæc verba, Vnde iratus Rex & nimio furore succensus, interrogavit Sapientes, qui ex more Regio ei semper aderant, & illorum faciebat consilio, scientium leges ac iura maiorum. Erant autem primi & proximi, Cathena, & Cethar, & Admatha, & Tharsis, & Mares, & Marsana, & Mamucha, septem duces Persarum, atque Medorum: qui videbant faciem Regis: & primi post eum residere soliti erat. Atque ut peccatis supplicia, apud Persas, ita, recte factis, præmia, honorisque extabant. Etenim eos qui sub se agebāt, non pœnatum modò metu: sed præmiorum quoque exhortatione, bonos efficerē cupiebat, omnes qui fortiter quid ac præclarè gesserāt, aut de Repub. bene meriti erant, largiter prolixeq; remunerabantur. Cui rei testimonio est quod de Zopyro Herodot. lib. vii. refert. Sapienter nimirum illi (quæ & Solonis sententia fuit, quemadmodum Cicero Epist. xv. ad Brutum scripsit) censebant, Rempublicam duabus repub. con-

tineri, Præmio & Pœna: Honore & Præmijs virtutem atq; industriam ali:generosos quoq; animos, ad labores strenuè capessendos, ad pericula pro patria adeunda, præmijs, honoribus, & gloria accendi. quis enim, ait ille, virtutem amplectitur ipsam, præmia si tollas? & ita, Mascani Xerxis Prætori, & Dorisci præfecto, annua dona ac munera, à Xerxe, & eius filio Artaxerxe, missa, quod cum ceteri Prætores Thracia & Helleponio viribus Graecorum pulsi essent, solus hic sede moueri, & deiici non potuerat, Herodot. lib. vii. refert.

Omnia sane in Rempub. merita, ac fortiter gesta, plurimū, apud Persas, ad honorum incrementa valuisse, Herodotus, lib. iii. demonstrat his verbis. καρπόντος εὐ ποστού Πέσσου, αἱ ἀγάθουργίαι, εἰς τὸ τεθύνον μεγάλος θυμῶνται. Magnoque adeo, apud Reges Persarum, viros egregios, in pretio habitos constat. Vnde Hyndanes Xerxis Prætor, Asianæque maritimæ oræ Præses, Spartanorum legatos Xerxi conciliare studens, hæc eis apud eundem Herodot. lib. v i i. proponit, οὐαὶ τῷ αἰς θητούσι βασιλεὺς αὐτοῖς αἰγαδοῖς Λυδοῖς εἰς εὔποτε καὶ τοῖς εὐαγγήλιαν Λυδοῖς εἶπεν, οὐαὶ τῷ κοινῷ οὐαὶ εἰς δοιντερόποιοι αἵτινες βασιλεῖς (διδοῦσι τῷ τεθύνον αὐτοῖς εἴδη αἰγαδοῖς) ἔκεισθε αἱ τιμῶν τοιχίαι γῆς Ελαύας, οὐαὶ βασιλεῦσι.

Nec virilem modò, verum etiam muliebrem virtutem remunerabunt. Matronarum certè, (quarum opera, vt Iustin. lib. i. refert, in prælio contra Altyagem actæ: à fuga constituerat) honori datum, legique à Cyro lata cætum, vt quotiescumque Rex peregre rediens, vel alicunde adueniens, Persepolim ingredieretur, singulæ matrone aureū ab ipso ferrent, scriptum reliquit Plutarch. in lib.

cui Titulus est, Γαρμηὸς Ἀρταξῆς. Cuius largitionis euitandæ gratia, rarius eam regionem Principes aliquot adiisse; Ochum verò qui ob auaritiam & fordes male audijt, eius ingressu abstinuisse, legitimus. Contrà, Alexander Persidem ingressus, mulieribus sollemnia munera persoluit, insuperque alterum tantum prægnantibus largitus est, vt idē Plutarch. in Alexandro narrat, inquiens, ἐλάκε τὸν νόμον τῆς γυναικείας, ὃς τὴν εἰδήσαν οἱ βασιλεῖς, οὐαντὶς εἰς Φέρος αἴφικοντο, διδόντες γυναικῶν ἔκαστην. Et hoc est, quod Xenophon lib. viii. de Cyri in Persidem profecitione loquens, Edare, ait, καὶ οὐδὲ Γέρωνς καὶ Γέρσον, οὐαντὶς καὶ νῦν ἐπι δίδων, οὐαντὶς αἴφικοντα βασιλεὺς εἰς Φέρος.

Sed nec paribus ob πολυτελείας præmia, apud Persas deerant. Nam cùm ad sobolem procreandam replendasque liberis ciuitates, maximè esse necessarium ducerent, proletarios munerariet: præmia quotannis publicè his qui liberorum numero familias auxissent, eoque modo, hominum adiunctione, imperium ampliassent, proponere consueuisse Reges, Strabo lib. xv. auctor est, his verbis οὐδεν. δέ τοι βασιλεῖς ἀλλα πολυτελείας, καὶ τὸν.

Præcipue verò gratos se, ac memores, Reges præstabant ijs qui bene de ijs meriti erant, quos, OROSANGAS, patria lingua, appellatos, Herodotus lib. viii. tradit. Etenim ne meriti cuiusquam memoria intercideret, solebant OROSANGAS. v. m. nomina in Commentarios referri: quibus Phylarchum adscriptum, multisque agrorum iugib[us] donatum, Herodot. eod. lib. narrat. Mardonchæ quoque, qui Eunuchorū coniurationem detexerat, nulla illico præmia Artaxerxes persol-

uit: tantum, autem τὸ ὄνομα, vt Ioseph. lib. xi. Antiquit. cap. vi. refert, τίς τὸν παρακαλεῖσθαι συγχρόνοις εἰναύσις ομειώσαται, vel, vt LXX. Interpretes, Esther cap. ii. aiunt, Επειδὲ εν καταχείσι τοι εἰς μητρούσαν εἰναύσις βιβλιοθήκη, ταῦτα τῆς δινοῖς μεριδοχαίς εἰναύσις. Proinde magna libertate & fiducia Sylloson Samius, Susa ascendens, et si nullum in aula notorem haberet, ad Regem Darium adiit, & in vestibulo Regiae, vt Herodot. lib. iii. narrat, constitit, καὶ τὸν, vt ille ait, Δαρεῖον Ευβάτην τὸν: quod ei antequā ad regni fastigium euectus esset, amiculum dono dederat. Aelianus quoque lib. xii. Var. histor. cap. xl. refert, Xerxem, in loco quodam deserto sitibundum, antequām venissent eius commeatus, proclamari iussisse in castris, vt si quis aquam Chaspianam haberet, eam Regi bibendam daret, inuenitum quendam qui pauxillum, idque turbidum, haberet: quod ille Regi porrexit: qui audiē biberit, καὶ Ευβάτην τὸν δόντα ἐνόμισεν, ὅτι ἀπάλληλον τοῦ θύρου, εἰ μὲν ἐκεῖνον διέρην. Thebanos quod Xerxi auxilia aduersus Græcos misissent, Diodor. lib. xvii. scribit, μάνοις τοῦ ἐμπλάκων ὡς Ευβάτης Κακάδης τοῦτο τοῖς βασιλέσσοις τοῦ Περσῶν: καὶ τοῦ βασιλέως τοῖς ωρεοβλεψιοῖς τοῦ θυελάρου Καθεδραῖς Σπόνοις. Democedi Crotoniati medico, cuius opera, ex ancipiiti morbo conualuerat, quam gratiam Darius rettulerit, Herodotus lib. iii. narrat. Vinculis enim quibus ab Oroote Sarropa, oneratus fuerat, liberatum, duobus aurearum compedium paribus donauit: deinde ad suas coniuges deduci eum iussit per Eunuchos, qui sanitati redditum, eius beneficio, Regem, nuntiantes, his verbis vñi sunt: ὡς βασιλεὺς έστιν ἡς πλεύ ψυχὴ οἱ απειδάκει: cuius officij remunerandi causa, vt ille subiicit, οὐ πονησται

αὐτῶν ἐκεῖνη, φιάληι τὸν χρυσὸν σων θηκὴν ἔθερέστη ποὺ Διμοκήδης ὅπε δὲ τὸν διὰ τὸν φίλον τὸν φιάλην ἀπέβασεν, οὐ τοις ἀποτιθόνται τὸν τοῦ φιάλην σπουδῆς ἐπέβυνος ὁ οἰκέτης, φέγγουα λιβ. Σκύτων, αὐτούρεζετο, καὶ οἱ γῆματα πολλὸν τὸν χρυσὸν συνελέχθη. Quibus verbis, quorum scopum non omnino attigisse videatur Interpres, Herodotus significat, Regis uxores Democedi Phialam statueribus, id est, ut Spidas explicat, aureis nummis, refertam, cum theca, dono dedisse, tam largo munere, ut nummos qui ex Phiala, mulieribus succutientibus, exciderant, Democedis affecta seruus colligens, magnam inde pecuniarum vim reportarit.

Præterea Democedem hunc, amplis ædibus Susis habitaſſe, Regi Dario conuixisse, Regia mēſæ adſediffe, affatimque ei omnia præbita, solo in Græciam reditu denegato, Herodotus eod. lib. scribit, his verbis οἴκον τε μέχιστον ἔχει, καὶ οὐ μοτὶς αὐτὸς βασικέτε ἔχειτε. ταλύ πέρος, τὸ εἰς Ελμενας απένει, ταττα τὸ δῆμον οἱ πατέρων. Hic ille est Democedes, quem Athenæus lib. xii. Atossa (filiæ Cyri,) vxoris Darij, quam mammarium dolore, cruciatuque sanauerat, artificio, redditum in patriam impetrasse, Crotonémque reuersum, illuc morari constituisse, refert. Vbi cùm Persa quidam, tanquam Regis mancipium, manu iniecta vindicaret, adfertores libertatis nactus est ciues suos Crotoniatas, qui detracta stola Persica, Prytanis appetitorē, ea induerunt. Ex quo, apud Crotoniatas more recepto inualuit, ut Persica veste amictus lictor, septimo quoque die, cum Prytane, aras & altaria deorum circumiret, non fastus aut insolentia causa, sed quodd veluti per ludibrium, ita Persis insultarent.

Abderitas etiam, vt ad ordinem redeam, bene de se meritos, Xerxes Acinace aureo, & Triremi aurea, donauit, referente Herodoto, lib. viii.

Interdū autem, Persarum Reges, si quos eximio ac præcipuo honore adficere cuperent, eos primis sedibus collocabant, eisque secundum à se locum adsignabāt. Proinde, vt est apud Plutarchum in lib. οὐ φιλαδελφίας, Xerxes, Ariameni fratri secum de regno contendenti munera mittens, ea, ab his quibus preferenda dabat, iussit commendari verbis hisce, Τύνις σε τινὸν θυμά Ξέρξης ὁ αδελφός. αὐτὸν βασιλεὺς κρίσις καὶ φίλος Πέρσαν αἰαχορεύθη, Αιδωστὶς οὐδενὶ πρῷ μετ' ἔστων εἴη. Dictis fides adfuit. Eum enim Regem factum, Ariameni fratri concessisse θυτέρα μετ' εαυτὸν Ξέρξην, idem ipse Plurarch. in Apophthegmat. scribit. Sic & Darius, ei qui propositam quaſtionē acutius soluiffset, pollicitur dicitur, μετ' αὐτὸν Ξέρξην παρεδίπλω, vt est apud Ioseph. lib. xi. Antiquit. Iud. cap. iii. vel, vt Esdræ cap. iii. Διάπερον καπνίαν δαρεῖς. Proinde, quemadmodum vtrubique refertur, vt quod se daturum receperat Darius re ipsa præstaret, Zorobabelem, cuius sententia vicerat, alloquens, Συλλεκτοθηκὸν δὲ μοι, dixit, teste Iosepho: vel, vt apud Esdram cap. iii. ἔχειδρος μου καθήκον. Estheris quoq; cap. iiij. de Aman talia scribuntur, Μετὰ Κύρατον ἐδέξασεν ὁ βασιλεὺς Αρταξέρξης Δαρεῖον αἷμαδαδον τυγχανον, καὶ τὸ φιλοτελεῖον τοῦ φίλων αἴτησεν. καὶ πατέρες οἱ ἄλλοι παρονεώνων αἴτησεν. Ήτας τορπες παρονεάτερον ὁ βασιλεὺς ποιησαν. Eademque de eo Iosephus lib. xi. Antiquit. cap. vi. narrat. Præterea Artaxerxis litteras adducit, quibus Aman hoc elogio ornabatur, καὶ δὲ διὰ Θρασούλου καὶ Αιαχοσούλου πατέρων τοὺς παρονεάτερον μοίσαν δέξεις καὶ πατέρας ἔχοντος, καὶ μετ' εἷς δευτέρους, εἴσοι πτέριν καὶ βε-

Εάντοις Αμαίν περιμονήσεις τούτοις ξανθέσι μοι. Similiterque cap. IIII. Esth. Αμαίν διηπεδίαν τῷ βασιλεῖ, id est, ut Ioseph. lib. II. Antiquitat. cap. VI. loquitur τὸν διεπέπαν εχόντα τῷ βασιλεῖ πολὺ. Eidemque Regem dedisse περιπέτερον καὶ ηγέρας τῆς βασιλείας, refertur, cap. V. Esther.

Osculum etiam quandoque dabant ijs, quos honore prosequebantur: & ita, Darium osculo exceperisse Zorobabelēm, legimus apud Iosephum lib. XI. Antiquit. cap. III. & Esdra, lib. III. cap. III.

Artaxerxes vtique Hippocratem, ad se, nominis eius fama impulsus, euocans, præmiisque propositis alliciens, hoc ei litteris suis, qua inter summī illius medici epistolā extant, pollicebatur, ijsdem eum honoribus fruirurū, quibus præstantissimi quique Persarū: futurūmque eum in ἀναμνήσεις. Sed & qui post Artaxerxem in Perside regnarūt, si quem Græcorū in suas partes trahere, & ad se pellicere studebant, hoc ei Epistolis chirographi vim habituris, promittebant, ὡς μελέων ἐπιτομή, περὶ αὐτῶν, Θεματούσις; quemadmodum Plutarch. in Themistocle tradit. Ac planè reliquis peregrinis habitos horores, ad eorum quibus Themistocles adfectus fuit, fastigium amplitudinē; non accessisse, idem Plutarchus eodem loco ita scribit, ἀλλὰ τὸν αἰ πρατή, τοῦς τὴν ἀλλοι σοκάς ξένων. οὐδὲ καὶ κυνηγούσων βασιλεῖ μετόχο, καὶ τὸ οἶκος φύγει τούτων. οὐτε καὶ μητέ τῷ βασιλεώς εἰς ὅψιν, καὶ θυέδαις οιωνίτης * σφραγίδα δὲ τῷ μαζητῷ λόγῳ, τῷ βασιλείως κελθόντως. Assyriorum etiam rex Combabo amico, fidei quam expertus erat remunerandæ causa, hæc apud Lucianum in lib. de Syria dea, pollicetur, μεγάλη διηρεψεις, επιστολή, καὶ δρυγος ἀπλε-

τος, & ἐθίστης Ασσυρία, & ἵπποι βασινόνιοι, απτέξει δὲ παρ' ἕρμας αὐτοῦ ἐστρατεύεσ; οὐδὲ τὸς απτέξει σε ὁ φύος, οὐδὲ τῷ γενναρί αἷς θριζόμενοι.

Quibus præterea siue honoribus, siue præmijs, siue muneribus, bene merentes, aut qui gratia apud Reges valebant, adfici solerent, hoc loco commodè subiuncturus mihi videor.

Ac primum, Medica Veste donari, summo apud Persas honori ducebatur. Proinde Othali vni ex septem Persis Magicidis, qui primus consilium cædis illius inierat, aliisque sex coniuratos in societatem adscierat, communī consilio præmium decretum esse, ut posteri Medica quotannis veste, de publico, donarentur, Herodot. lib. III. auctor est. Acanthios quoque, quod in fossa fodienda quam fieri præceperat, strenuam operam nauiscent, alacréisque se ad bellum, & ad omne obsequium paratos exhibuissent, Xerxes Medica veste donauit, ut idem Herodot. lib. VII. refert. Medicas vtique vestes, Persidi prius incognitas, amicis Cyru largitum fuisse, exindéque ad Persas hoc vestis genus translatum, Xenophon lib. 8. παρ. narrat. Medicam autem olim appellatam vestem, quam posteriora sœcula, sericam nūcuparunt, Procop. lib. I. de bello Pers. tradit his verbis αὐτὴν δὲ θειὴν μέταξα δέ ήτος εἰώδειος πλὼι εἰδῆται ἐργάζεσθαι, λῷ πάλαι μὴ Επιλεγει, Μηδικὴν καλούσι, νῦν δὲ, Σηκειν οὐρανούσι. Interdūmq; Δωροφοειν vocitatae, Άλια. lib. I. var. histor. cap. X X I I. docet. Inter cetera enim quæ à Persarum Rege, exterarum nationum legatis dabantur, munera, recenset σολεῖα Μηδικήν ὄνομα δὲ addit τῇ σολῆ, Δωροφοειν Hesychius Δωροφοειν, εἰδῆς αὕτη λέγεται λῷ βασιλεῖς Πρᾶτον διηρέται. Athenaeus lib. I.

φυείδεινδις, & Φύμια λαζών, & Σβετίον τελείμονος, ορθή κελδονη ὑπόκουοντο. Mithridati etiam ob egregiam in bello, aduersus Cyrum, nauatam operam, præmia hæc dedit Artaxerxes. ὡς καλιπού μὲν ἐδῆται Καύτιος, Μιθριδάτης δὲ βασιλεὺς ἐδικεῖσθελα δὲ Σβετία, & Φέλια: πόλιος δὲ θέσιος ὁ Ακρωτηνός, ἥμαρτεον σε ψεύτελον ἀποτελοῦσκεν, ut Plutarch. in Artaxerxe memorat. Datamen quoque, ob eam rem, quod Theium Dynastē Paphlagoniæ captum ad se perduxisset, Artaxerxes ita remuneratus est: optima (ipsa met enim Aemiliij Probi verba ponam) *veste contextit, quam Satrapæ Regij gerere consueverant: ornauit etiam Torque atque Armillis aureis, ceteroque regio cultu.*

Atque hoc ornamentorum genus à Medis, & Babylonij, originem duxit. Testis Iosephus, apud quem, lib. x. Antiquitat. cap. ii. Balthasar Medorum Rex, per præconem pronuntiari iussit, Qui cunque litterarum, quæ in pariete scriptæ erant, sententiam explicasset, daturum se ei Σβετίον τελείων χεύσεον, (sive, χεύσεον τοι τὸν αὐχένα σπειρόν) τοῦ πρεφετᾶ ἐδῆται φορεῖ, ὡς οἱ δὲ χαλδαῖον βασιλεῖς, Sulpitius Seuerus, de Daniele, lib. i. sacræ histor. Nam et Nabuchodonosor eum regno præfecerat, et Balthasar *veste purpurea, et Torque aureo donatū, tertium regni principem constituerat.* Tertullian. in lib. de Idololatri. Igitur *purpura illa, et aurum, cervicis ornamentum, eodem more apud Aegyptios et Babylonios insignia erant dignitatu, quo more nunc pretexta, vel Trabeæ, vel Palmata, et Coronæ aureæ sacerdotum provincialium: sed non eadem condicione.* Tantum enim, honoris nomine, conferebatur his, qui familiaritatem Regum merebantur. Vnde et *purpuriati Regum vocaban-*

tur à purpura, sicut apud nos à toga candida, Candidati.

Porrò ad aureos Torques, Acinaces, Armillas, etiam aurea equorum fræna accedebant: cuiusmodi ornamentorum audiissimos Persas extitisse, Dio Chrysostom. Oratio. ii. de regno ita scribit. καὶ καὶ φρέγεται χρυσοφοεῖς ἐπαγγῶν δὲ Ομηρος, & Τάστα εἰς πόλεμον, Φελιαν τε ψεύτελον δὲ Σβετίων. ἐπ δὲ χρυσοῦ φαλάρητον χαλινῶν δοῦλα Τειγ Προτος φασιν δηπιδεύμην. Vnde inter Persicos nobilium virorum cultus, Curtius lib. iii. aurea vase, & aureos frenos ponit. Huiusmodi autem aureis frenis instructos equos, χρυσοχαλίνοις Græci vocant. Xenophon lib. viii. παρδ. οἱ δὲ αὐτῷ Κύρος πρεφόμενοι ὑποτιτρέψαντο χρυσοχαλίνοι. Et ita quoque Crafso, Equum χρυσοχαλίνον, Surena iussu adductum, Plutarchus in Crafso, narrat. Nec singulares tantum equi, eo modo ornabantur, verum etiam qui curribus, rhedisive iungebantur. Inde χρυσοχαλίνον Σφρα, Esdræ cap. i. Virgata autem fuisse Equorum Regiorum strata, Xenophon lib. viii. παρδ. docet.

Atque huiusmodi erant honoratorum, apud Persas, insignia, quæ utique Hippocrati pollicebatur Artaxerxes, cùm futurum eum ιστημον Τειγ δεῖσος litteris suis denuntiabat. Idemque sentit Plutarchus in Themistocle, cùm ait eum, Κύρον, οὐ μοια Προτον Τειγ δεῖσος: quod genus loquèdi usurpans Plato in Alcibiade. i. Ταῦθι θέλον, ait, οἱ δὲ δοκεῖσθαι τοι βασιλέα δεῖσον.

Interdū Reges, his quos amore & benevolentia cōplectebantur, aut quos demereri studebant, opida aliquot fruenda donabant, ex quorum reditu alerentur, & ea quæ ad victum cultumque corporis necessaria essent, sibi pararent. Et ita, Pythag-

chum Cyzicenum à Cyro septem vrbium redditum donatum, Athenaeus, prompto ex Agathoclis libris testimonio, refert. Demaratum etiam Lacedemoniorum Regem, regno, patriaque pulsum Xerxes ὑπεξαπ μεχαλασί, ἢ γένιον τὸ πόλιος ἔδωκε, vt Herodot. lib. v. i. ait. Plutarch. in Alexand. ιαχράς δὲ τῆς μαχης φυγάμενος, ἀνίκνετο ὁ καλούμενος Αλέξανδρος, ἐς Δαρεῖον ἤσθεν, σώσεικα κρήμας, ἐς τοῦ Γρανικοῦ χειμῶνα. Sanè cum Darius, priuatæ adhuc fortunæ, amiculo, (quod πύρρινος λανθάνει, Herodotus huius historiæ parens, lib. iii. vocat) Sylosontis Samij delectatus, curiosiore contemplatione fecisset, vt vltro sibi, & quidem à cupido, daretur, postea regno potitus, quam grata muneris illius æstimatio animo eius hæsiasset, ostendit. Totam namque, vt Valerius Max. lib. v. cap. ii. scribit, vrbem, & insulam Samiorum, sylosonti fruendam tradidit. Sylosontem autem illum Polycratis Samij tyranni fratrem fuisse, ab eoque priuatum reliquit, Strabo, lib. xiiii. ait: additque. Δαρεῖος δὲ τῷ Χριστοῖς χαλεπούμενος εἰσῆπε, ἵνε πεπονιστεν εἴκενος φορονταὶ ιδῶν (οὐπω δὴ εἰσασθενε) ποτε βασιλεύσαντος αὐτοῦ λαζεῖς δέρον, οὐ περινίδαι; Älian. Variæ Histor. lib. iii. cap. v. Καὶ Δαρεῖος δὲ ὁ Τσάσσου τοῦ Συλοσοντος λαζεῖον ιμάπον, ἐπ ιδίων τοῦ, ὅτε ἡ Ιουρασίη εἴληστη τῆς βασιλείας, ἔδωκεν αὐτῷ τῆς πατεροῦ τοῦ Δαρείου, τῆς Σάμου. χεύσας χαλκείων, φάνης οὐ. Non enim, vt eleganter Valerius ait, Prerium rei æstimatum, sed occasio liberalitatis est honorata; magisque, à quo donum proficietur, quam ad quem perveniret, prouisum. Cuius historiæ qui pleniorum cognitionem desiderabit, poterit ex ipso fonte, id est Herodoti lib. iii. situm explere.

Nonnumquam etiam vrbes complures in aliamenta donantes, eas ita partiebantur, vt pani præbendo, vrbis vna: vino suppeditando, altera: obsonijs, alia, attribueretur. Cuiusmodi liberalitatis genus erga Themistoclem exercuisse eos, historiarum monumentis proditum est. Quod princeps scripsit Thucydides, lib. i. his verbis, μημένον μὴ αὐτὸν scilicet Themistoclis, εἰ Μαγνησία, δέ τοι τὸν αὐτοῦ, τῇ αὐτοῦ θεῷ ήρχη τῆς χώρας, δόντος βασιλέως αὐτοῦ, Μαγνησίαν μὴν, δέρον, οὐ προσφέρε πετρίκοντα τοι λαντα τὰ ἐνιαυτοῦ. Λάμψακον δὲ, δίον (εἰδίκει τῷ πολυοὐδεῖν τῷ πότε τοῦ) Μιουντα δέ, οὐφον. Hunc fecutus Strabo, lib. xiiii. de Myunte agens, ταῦτα, ait, οὐφον λέγεται Θεμιστοκλέος δονήσις Ξέρξης, δέρον εἰ Μαγνησίαν, δίον δέ, Λάμψακον. Diodor. Sicul. li. xi. de Xerxe, εἰδωρόσιν, ait, εἰ δίπολος (videlicet Themistocle.) γε πόλες τρέχει, τοῦτος οὐλέφων, οὐ πόλιαν τοι βλέπεις: Μαγνησίαν μὴν τὸν δέρον τοι Μακεδόνες, πλεῖστον δέ τοι τὸν Ασίαν πόλεων ἔχοντα τὸν, εἰς δέρον: Μιουντα δέ, εἰς οὐφον, ἔχοντα πάλαιταν δέρον θεῖον. Λάμψακον δέ, οὐ πελόφυτον ἔχοντα χώραν πολὺ, εἰς δίον. Quibus, interpretis vice, Ämilius Probus, è Latio prodies, accedit: cuius, de Themistocle, in eius vita, verba sunt hæc, *Magnis muneribus ab Artaxerxe donatus, in Asiam rediit, domiciliūmque Magnesia sibi constituit. Namque hanc vrbem ei Rex donauerat, his vissus verbis, quæ ei panem præberet: ex qua regione, quinquaginta ei Talenta quotannis redibant: Lampacum, unde vinum sumeret: Myuntum, ex qua obsonium haberet.* Vnde adhibenda interpretatio est his ce ciudem Plutarchi, lib. de Fort. Alexand. verbis, φυγὴν ἐποχεὶς διαρέων μεχάνων εἰς τοῦ βασιλέως, γε τοῖς πόλεσι ἴσωσφόροις ἥμεροι, τοι μὲν εἰς σῖτον, τοι δὲ εἰς δίον, τοι δὲ εἰς οὐφον. Verum in eo Probus à Strabone, & Diodoro, itidemque Plutarcho in Themistocle.

stoclē dissidere videtur, quod non à Xerxe, vt illi, sed, cum Thucydide, Themistoclem, ab Artaxerxe, muneribus, quibus de agimus, donatum, scribit. Quod discidium facile componi potest. Ille enim Probi, Artaxerxes Mnemon, Xerxis quoque nomen obtinet. Μυοῦς autem, vrbs Ioniae fuit, quemadmodum Stephanus Philonis auctoritate, & Apollodori, primo Chrōnicorum, scribit, citatis ex Strabonis XII, verba hæc, quæ habentur circa finem, ὡς τὸ θεῖον Μαγνησίαν ἡ Μυοῦποτα: quæ mirum est conquisiſſe illum, cum potuſſet certius & clarius testimonium petere ex alio Strabonis lib. XIII. loco, in quo eſt, πόλις Μυοῦς, μία τῶν Ιωνῶν: Videat ergo Thucydidis interpres, quo auctore fre-
tus, Μυοῦπα, πόλιν eſſe Καετας, scripſerit.

Quidam addunt, non in Cibarium modo, sed & in Vestiarium, atque adeo in Stratūm, quo, vt Virgil. lib. III. Aeneid. loquitur, *membra reponeret*, Themistocli Xerxem, vrbes nominatim concessisse Plutarch. in Themistocle, Στράτου πόλις οἱ αὐτοὶ λόρδοι τῆς Ελλήσαι λέγονται, εἰς δὲ τὸν καὶ οἶνον καὶ ὄφον, Μαγνησίαν καὶ Δάμιακον καὶ Μυοῦπα. δύο οἱ διαταραχητοὶ οἱ Κυζικεὺς Νεαπόλις, καὶ Φανιας, Γρίκοτις, καὶ Γαλατοκηφιν, εἰς στρατιώνα καὶ αὐτοχθόνια. Athenaeus lib. I. ὅτι Θεμιστοκλῆς τὸν βασιλέας ξέβει παρεκπήτον Δάμιακον εἰς οἶνον, Μαγνησίαν οἱ εἰς δέ τον, Μυοῦπα οἱ εἰς ὄφον, Πρίκοτις δὲ καὶ Παλαστινην, εἰς στρα-
τιώνα καὶ μανούν. Id quod & Interpres Aristophanis in Equites, ad versum, Ο Θεμιστοκλέος τῷ δαίμονι, &c. adnotat: cuius verba, post tot classicos auctores, adscribere superiuacuum censerem, nisi leuidensis mendi tollendi causa: Apud eum enim ita scribi-
tur, οὐχειστέος οἱ βασιλεῖς, παρεκπαντοὶ τοῖς τρεῖσι πόλεσι. Μα-
γνησίαν εἰς οἶνον: Δάμιακον, εἰς οἶνον: Μυοῦπα, εἰς ὄφον. οἵτινες

Κλεανθης, οὐ Πρίκοτις εἰς στρατιώνα, οὐ Παλαστινην, εἰς στρα-
τιώνα. vbi, pro Κλεανθης emenda, ex Plutarcho, Nean-
thes. hic est enim Neanthes Cyzicenus, Historicus,
quem Attali ſeculo vixiffe, Athenaeus lib. XV. tra-
dit: qui Ελληνον libros cōplures scripſerat, quorū
tertium, ac quintum, citat idem Athenaeus lib. III.
& XIII. ſextum etiam, lib. VII. Ac ne cui in ſupra
citatis locis ex varietate nominis Περκότης & Περ-
κόπης error objiciatur, ſciat, auctore Stephano, v-
tramque scripturam rectam eſſe: eāmque Troadis
vrbeſ, olim Περκότην, poſteā Περκότην appellatam
Timagoram etiam ab Artaxerxe ijs muneribus,
honoribūſq; cumulatum, quibus nullus vñquam
Græcorum poſthominum memoriam fuerat, A-
thenaeus lib. II. ita ſcribit. Αρπαξέρξης οὐκειλωρός ἐδω-
κεν αὐτῷ διαφέροντα τὸ καίλος, οὐ τὸ μέγαθος, καὶ καίλης αρ-
χυρόποδε. ἐπιμήκης καὶ στρώπατα τολυτεῖ, καὶ τὸν Καποράσοντα:
φάσιν, ἐπι δημιαδῆς ποὺς Εμλιας Καποράσοντα: καὶ δηλὶ τὸ
Συνέσινον αρχιον τοπελέτη οἱ Κρητες, τούτοις ποὺς βασιλεῖα φυγα-
γησαν: ὅπερ αὐτοὶ τετέπορον τὴν Εμλιαντεῖην, αὖτις δὲ οὐ δέ στε-
πορ. Paulò aliter Plutarchus in Pelopida, de eodem
Timagria, οὐ γάρ μόνον χρυσούς, οὐ δὲ αργυρεούς, ελαῖες, διῆσα καὶ
καίλης πολυτεῖ. καὶ στρώπατα δεράποντας, οὐδε, Εμλιαντεῖον δημιαδῆς
μόνον. ἐπι δὲ βοὸς οὐδεποτε, καὶ βικόλοτες, οὐδὲ τοσὶς αρρένων
τινὲς γάλακτον βασίεις δειμόρος. πέλος δὲ κατέβαντες δηλὶ τολυτεῖαν
ἐν φορείῳ κομιζόμενος, καὶ πάντας Γαλάτας τοῖς κομιζομοι μαδες
ἐπειδὴν τοῦτο βασιλεύει. Timagoram autem hunc, Cre-
tentem Athenaeus appellat, cūmque Themistoclis
imitatione incēsum, ad Artaxerxem ſe ſe contu-
liſſe narrat. Plutarchus verò, ab Atheniensibus Le-
gatum ad Artaxerxem miſſum, ac poſt redditum,
quod ingentia illa ab Artaxerxe munera cepiſſet,
merito damnatum, capite penas luifſe, in Pelopida

scribit, Verum ut illius cupiditas infamata, ita ex diuerso pelopida continetia summe laudata, quod in ea re modum tenuit: ut qui non in totum Artaxerxis muneribus morosè abstinuerit, sed ijs duntaxat, quæ Xeniorum, amicalisque tessere, modum excedebant. Hoc enim sibi vult Plutarchus (quod non oinnes Interpretates capiunt) cum de Pelopida in eius vita ait, οὐδὲ δέ πάρα γένεται οὐδὲ μηχανήσθαι τοις λόγοις φιλοφρονών, δέξαμνος. Idem Artaxerxes, Antalcidæ Laconi coronam capitâ detraictam, dein, vnguento pretiosissimo delibutam & perfusam, misit, ut Dipnosophistar. Athenaeus lib. II. scribit. Ad hæc, lectum argenteis pedibus, εἰς σφραγίδας γύρων τοις φορον δράμου, γύρων δρυμοῦ, γύρων χρυσοῦ σκαριδίου, καὶ φιάλας λιθοκολλητοῖς χρυσοῖς γύρων αργυροῖς δὲ μεγάλοις ἐπιστολοῖς γύρων κρατῆρας γύρων πατέρων ἐπιστολοῖς, γύρων πατέρων ἐπιστολοῖς: χρυσοῖς τοις θεαματινοῖς, χωρὶς τοῖς εἰς τὸ βασιλεῖδα καὶ τὴν ιερανὴν διδοθένοις. Ταῦτας γεφαντοπέδας τῷ βασιλεῖστον. εἰς τῆς καλυρόμηνος σφραγίδας πεποιηθέντα, eidem Artaxerxem donasse, Athenaeus lib. II. refert. Plutarch. in Pelopida, de Artaxerxe. καὶ τοις δοῦλοις μάλιστα τῷ Ελλήνων Ανταλκιδῶν οὐμῆσαν τὸ λακεδαιμονίον, ὅποι τὸν στέφειν, ὅποι τὸν πελεκάνειν, βαῖοις εἰς μύρον, ἀπέσχεν. Idem Plutarch. de Artaxerxe, hæc in libro vitæ eius scribit, τὸν Ανταλκιδῶν τοις πατέροις εἰς Γέροντας αἰσθάνεται. γύρων λαβαῖν εἴσα τῷ αὐτῷ οὐρανῷ τοις στέφειν, γύρων βαῖοις εἰς μύρον τὸ παλυτελέσαντον, καὶ πέπιπτον, ἐπειρυῖ τῷ Ανταλκιδῷ, γύρων πατέρες εἰς θαύμασαν τῷ φιλοφρονών.

Sed & Exercitu donari, eximij apud Persas domi loco habebatur. Auctor Herodot. lib. IX. in narratione de Xerxe & Artaxynta, in qua ait, Ρυσικὸν δέ κάρπη, οὐ στρῶς, δέρπον.

Verum omnium regiorum munerum præstan-

tissimum erat, Mola aurea. Et ita Megabyzo cuius maximè opera Babylonem ceperat, Xerxes præter alia multa, Molam auream dono dedit, sex Talenta pendentem. Quod apud Persas omnium Regiorum munerum pretiosissimum fuisse, Ctesias in Persicis scribit.

Interdum autem Reges, his quibus gratificari volebant, potestatem faciebant postulandi, quæcunque liberet. Sic Xerxes, ut est apud Herodot. lib. ix. Artaxynta consuetudine delectatus, εἰπεῖν τοις αἰτοῦσιν, οὐ βούλεται οὐδὲ θέλει τοις αἰτοῦσιν, πατέρα τοῦ πεζεοῦ αγητούσαν. Assucus etiam Estherem, ut eius historiæ cap. V. refertur, ita interrogasse dicitur, ποτὲ δέ Εσθήρ, γύρων τοῦ Κυροῦ ποτὲ αἰτημένη, εἴσαται τῆς βασιλείας μου, γύρων ζευς. Quod & Iosephus lib. XI. Antiquitat. cap. VI. narrat his verbis. τοις δέ Εσθήροις εἰκένθυσεν αὐτῷ δημοσίᾳ ποτὲ βούλεται: μισθεῖσα τῷ αὐτῷ οὐρανῷ, μισθεῖσα τῷ μέρος τῆς βασιλείας εἴθενται λαβεῖν. Demarato quoque Xerxem permisisse petere quod vellet, Seneca lib. VI. de Benefic. cap. XXXI. scribit. Quod Plutarchus in Themistocle sentit, cum Demaratum iussum ait, αἴτιος τοις δημοσίαις.

Sanè in eo sollemni & anniversario epulo, quod à Regibus eo die quo imperium suscepérant, præbebatur, cui Persicum nomen erat Tycta, nefas erat Regi quidquam eorum, quæ inter pocula postularentur denegare, quemadmodum Herodotus lib. IX. tradit.

Posterioribus quoque Persarum temporibus, eodem etiam modo liberales se & munificos Reges erga bene merentes exhibuerunt. Testis Procopius libro primo de Armenio quodam, cuius magna extabant in Pacuvium Perfa-

rum Regem merita, agens. οὐδὲ αὐτὸν ὁ πατρὸς ρυγεῖ, οὐδὲ
οὐδὲ βούλοιτο αἰτίας, οὐδὲ τις, οὐχ εἰσαπέβησος δῆτὴ οὐδὲν οὐδὲς αὐ-
τὸν αἰτήσου. οὐδὲ διότοι οὐδὲν θύμεθαι οὐδὲν. & ibidem de Ia-
cobo Cyro recluso. Κακάδην, μὴ οὐδὲν αἴτεν τὸν αἴθρα εἰκέ-
λθον οὐδὲν αὐτῷ βελοφόρῳ εἴη: γενικαὶ οὐδὲν μερι-
αὶ αἰτήσου. καὶ τὸ γενενθυσαρύθρος οὐδὲν οὐδὲς αὐτὸν αἴτη-
χει.

Sed & Regem designatum, ab eo qui designauer-
rat, donū petere moris erat; & διδόνει πνεύματος θέριτα
αὐτῷ οὐδὲν. auctor plutarch. in Artaxerxe. Ita-
que cùm Aspasiam Cyri pellicem, quam Artaxer-
xes vxorem duxerat, cedere sibi patrem, Darius,
Rex ab eo designatus postulasset, Legis apud Per-
fas sancte religioseque seruata vinculo, polliceri
coactus est: Sed cùm honestè negare non posset
quod temerè promiserat, arte promissum elusit, vt
cum eodem plutarcho Iustinus lib. x. scribit.

Denique, liberalitate & munificentia Persarum
Reges animos subditorum sibi deuinciebant. Ma-
ximas enim largitiones fecisse eos, Xenophon lib.
viii. παρατείνει. In Donatiuis vero suis, quem
ordinem, modumque tenerent, idem Xenophon
Oeconomico exponit: cuius verba ipsa subieci,
φασι δὲ τινες, οὐταν δέ τις οὐδὲν οὐδὲν βασιλεὺς, τοῦτον μὴ εἰσκαλεῖν
τοῦ πολέμου αἰχθοῖς καροντάς, οὐ οὐδὲν οὐδὲν πολλὰ φρονᾶ, εἰ
μηδὲν εἰν οὐ αριθμοτες. δεύτερον δὲ, ποιεῖ καπακούλαζόντας ταῖς χώ-
ραις δειλεῖς, καὶ ἀργοτες ποιεῖσθαι, λέγοντα, οὐ οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν
διωργητοῖς, εἰ μηδὲν διατελέσθαι.

Lautia vero, seu sollemnia munera, quæ Legatis
exterarum gentium ad se missis, Persarum Rex
præstare solitus erat, huiusmodi erat, vt Aelian. lib.
i. Var. hist. cap. xxii. tradit, Ταλαρτον μὴ εἰκάσω Βα-

ευλαΐον έπιτομου αργυρεία. Τάλαρτα δὲ, φιάλαι δέντος αργυραῖς
τιμάται δὲ τὸ Τάλαρον τὸ Βασιλιόντον, δέντος καὶ έσδυτον τον
μινᾶς Αθηναῖς. Φελιά πε, η Ακινάινη έδιδυνη Σεβεστήρ: μηλαν
Δαρεικῶν άλεια Ταύτα: καὶ τολλι, εἰς αὐτοῖς, Μιθρην, σομα
δέ τη τολλη, Δωροφορεῖν. Supra alias autem Graeciae le-
gationes, Thebanam, quam Pelopidas obiuit, Ar-
taxerxem, ipsius præcipue Legati admiratione
morum, plurimi fecisse, Plutarchus in Pelopida
trudit.

Reges Persarum hospitium quandoque cum
iis apud quos diuerterant, contrahere: quandoque etiam, societatem & amicitiam cum alijs
gentibus inire ac iungere consueuerant. Et ita,
Xerxes Pithij Lydi μινεριβος, bono quoque
vultu, & oratione delectatus, apud Herodotum
lib. vii. inter cetera quibus eum ornat, ξένον, ait, τε σε
πιθηματικόν, καὶ τοῦ ταπείρου Λαπονίων, παρ' οὐρανῷ δαιδαλοῖς
τοι εἴπει κακίας. Xenophon lib. de Agesilai laudib.
litteras refert Agesilao, à Rege Persarum allatas
αφεξενίας καὶ φιλίας: posteaque Agesilaum ait Παῦλος Βε-
σπέλιος Σενίδης, aspernatum. At Pelopidas, legatus
à Thebanis ad Regem Artaxerxem missus, cùm
alia quæ petierat, impetravit, tum hoc, τοῦς ημερούς
παπεικούς φίλους νομίζεσθαι βασιλέως: vt Plutarchus in
illius ducis vita scribit.

Hoc loco, de Regij iuris iurandi conceptione,
sollemnique fidei Regum vinculo, recte atque ordine
mihi video esse dicturus. Persarum Reges
per Mithrem, hoc est, diuinum Solis numen, jura-
bāt. Plutarch. in Apophtegmat. Artaxerxem Mnē-
monem, Νη τὸν Μίθρην, Iurantem inducit. Qua ver-
borū formula ciusdem Artaxerxis iuriurandū con-
cipitur, ab Aeliano lib. i. Varie hist. cap. xxxiiii.

Xenophon etiam in Oeconomico, Cyrum minorem ijsdem conceptis verbis iurantem facit, in hunc modum, ὅμως τὸν Μίθρων. Apud Q. Curtiū lib. IIII. Darius, solem hunc Mithrem, sacrumque & eternum invocat ignem, ut militibus suis, dignam vetere gloria, maiorumque monumentis, fortitudinem inspirarent. De hac autem Iuris iurandi formula sensisse viderur Valerius Maxim. cùm lib. IX. cap. II. ait, Dariū sanctissimo Persis iure iurando obstrictum.

Reges vero, Dextra data, fidem suam obstringebat, eratque hoc sanctissimum fidei pignus: & ut Diodorus Siculus lib. XVIII. loquitur, οὐδὲν αὐτὸν βελεψοντα πέπει τοῖς Πέρσαις. Proinde, ut ibidem Diodorus narrat, cùm Sidonios aduersus Regem Artaxerxem rebellassent, Mentor, qui in ea ciuitate opibus auctoritatique pollebat, sibi cauens, Thessaloniam famulorum fidissimum ad Regem, gratia hanc ab eo inire studens, misit, qui ei nuntiaret, sibi in animo esse, Sidonios populares suos prodere, & cù. eo in bellum aduersus Aegyptios proficisci; fortemque ac fidelem operā ei polliceretur, ut qui locorum gnarus esset. Quem nuntium grato animo Rex accepit, defectionisque se Mentoris gratiam facere, ac veniam dare dixit, dummodo promissa impleret: dona quoque amplissima daturum se receperit. At Thessalio, nudo Regis sermone minimè contentus, insuper, fidei vinculum, Dextram Regis postulauit, hoc ei à domino nominatim mandatum esse dicens. Quam rem in contumeliam Rex accipiens, quasi dicto suo fides non habercetur, in dubiumque verba eius vocarentur, continuò à licitoribus rapi Thessaloniam, & vltore gladio feriri iussit. At ille, cùm facturum quidem Re-

gem quod ei libuisset, exclamaret, sed Mentorem cui ea omnia præstare quæ pollicebatur, in promptu erat, nihil prorsus effecturum, quod Rex ei fidem dare detrectasset, percussit eo dicto animum Regis, qui poenitentia ductus, sententiam mutauit, reuocatōq; Thessalioni Dextram porrexit, & eum abire permisit. Xenophon in lib. de Agesilai laudibus, Κόπος οὐδὲν παφλαγών αρχῶν βασιλέων μηδὲ θύμην Δεξιὰν πέμποντι. Sic fide data, Artaxerxem sibi Mentorem conciliasse, Georg. Gemistus pletho narrat lib. II. his verbis, Μέρμησε δέ, οὐδὲ η Δεξιὰ σοώσαι, πειρασθείσε. μετά τοῦ αὐτῆς τοῦ θύμου Γέρους πίσις. Darius certè, multis vulneribus à Cognatis confossus, cùm, spirans adhuc, ab uno ex Alexandri miliribus, quem captiuus Persicae lingua peritus comitabatur, ex voce, indigenam adesse cognouit, perferri quedam Alexandro iussit, & in his hæc; Quod ad necis suæ vltionem pertinebat, iam non suam, sed exempli, communemque omnium Regum esse causam: quam negligere illi & indecorum esset, ac pericolosum: quippe cùm in altero, iustitia eius, in altero, etiam utilitatis causa versaretur. In quam rem, νικικὸν πινόν fidei Regiae, Dexteram se ferendam Alexandro dare, dixit: posteaque, porrecta manu, expiravit. Et hoc est quod Plutarchus in Alexandro, Dariū, data Polycrati manu, in his nouissimis vocibus defecisse refert. Αλέξανδρος διδάσκων τὸν γέλειν, Αλέξανδρος δέ οἱ γειοι, τῆς εἰς μυτιζεῖσθαι κατάγοντος παρὰ τοὺς ἔμοις, διηκένειας, ἡ τούτῳ διδάσκων τὸν Δεξιὰν οὐδὲν. Sed & apud Xenophon. lib. III. παρ. Kύρ. Cyrus Gobriam alloquēs. Εἶπεν θεούδονος διδάσκων τὸν τούτῳ ἡ λαμβάνει τὸν Δεξιάν. Καὶ δὲν μην μόρτυρες ἔστωσαν. Eodemque modo,

obfides Hyrcanij Cyro fidem dant, & accipiunt. Nam cum Cyrus eos interrogasset, num haberent quo fidem obligarent, & vera se dicere testarentur: ipsi vicissim καὶ σὺ, aiunt, ήμεν δέλνε πεποιησόντων, ἢ Δεξιάν δέργαντα φέρειν, ἢ τοῖς θύσιοις θύσαντα δέργειν αὐτοὶ λαβεῖντες τὸ δέργον. εἰ τὸντον, τὸ πιστὸν δίδωσιν αὐτοῖς, ήμεν, εἰσὶν ἐμπειρῶσιν αἱ λέγονται αἱς φίλοις ἢ πιστοῖς χρήσονται αὐτοῖς. Idem & apud Parthos receptum fuisse, Ioseph. lib. x viii. Antiq. Iudaic. cap. xii. ita scribit: ὃ δὲ Αρτέμιος τοὺς πεποιησόντας θεοὺς ἐπάρινετο, μετὰ δὲ κακὸν δράσαντι αὐτοῖς καὶ τὸν δεξιόν εἴδεσσον. ὃ δέργον μέντοι καθέλει τοὺς ἐκείνου βαρβάροις παρεδόμα τὸ θεροῦν γένεται ποιεῖ δέργον οὐδὲ δέργον ψυχοτρόπον πε, δεξιάν τοῦτον δέργοντας θύσαντας οὐδὲ πισεύγηντας οὐδείς τοις δέργοντας, εἰ πιστοῖς δέ αἱ φρατεῖς δέσμοις φύσονται, παρεῖται εἰ ταυτόφατον δέργοντας.

Ex quibus lumen accipit, quod Q. Curtius lib. vi. scribit, Alexandrum, fidem, quo Persæ more accipiebant, Nabazani dedisse. Idemque, lib. viii. de eodem Alexandro, Lætus, ait, simplicitate Barbari, Rex Dextram, fidei sua pignus, dedit.

Ceterum, ut ad ea quæ restant gradum promoueamus, Venatu sæpè Persarum Reges exercebantur, eique rei studiose operam dabat. Nec singularis modo mensibus, semel atque iterum, verum etiam sæpius, venatum proficiscebantur, medium custodum corporis partem secum ducentes, Xenophon lib. i. παρδ. ὅταν δὲ έξιν βασιλεὺς ὅτην θήραν, οὐδὲ τὸν ιππόταν τῆς φυλακῆς. ποτὲ δὲ τὴν πολάριν τὸ μηνός. Hoc à Cyro ideo institutum, id est lib. viii. παρδ. tradit, quod eiusmodi exercitationem ad militarem proximè accedere, & ad bellicos labores preferendos affuefacere, diceret. Ut enim belle à Cicerone scriptum est, Venatio ad similitudinem bellicæ disciplinæ

exercemur. Cuiusmodi corporis exercitationem in Principe summè laudat Plinius in Panegyr. in quo Traianum adloquens, Quae enim, ait, remissio tibi, nisi lustrare saltus, excutere cubilibus feras, superare immensa montium inga, & horrentibus scopulis gradum inferre, nullius manu, nullius vestigio adiutum. Et mox. Olim hæc experientia iuuentutis, haec voluptas erat: his artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feras, cursu cum audacibus, robore: cum callidus, astu: nec mediocre pacis decus habebatur, submota campis irruptio ferarum, & obfitione quadam liberatus agrestum labor. Vsurpabat gloriam istam illi quoque Principes, qui obire non poterant. Vsurpabant autem, ut domitas fractasque claustris feras, ac deinde in ipsorum quidem ludibrium emissas, mentita sagacitate colligerent. Huic (videlicet Traiano) par capiédi, querendique sudor, summéque & idem gratissimus labor, innuenire. Eandem etiam ut bono principi aptè convenientem, Dio Chrysostom. Oratio. i i r. de Regno valde commendat his verbis, οὐδὲ αἰχάδος βασιλεὺς, καὶ λίσσον δὲ δύρεμα ιῆσσαν, Κυρηνεῖσθαι. καὶ τότο μελίσσα χειρὶ διὰ τὸ μῆλον πᾶντα γένεται φαμαλεθέρον: οὐ δύναται οὐδεῖσθαι, τὰ πολεμίαν δὲ αἰπαντα δοκεῖσθαι: καὶ τὸ πεποιησμένον δέργον, διαβάσκον, δὲ οὐθίσασθαι πολλὰ τοῦ δέργου θηλῶν, οὐ καλλιμανοῦσθαι, οὐ ψύχονται θηλῶν, πολλάς δὲ οὐ λημοῦσθαι ψύχονται θηλῶν, οὐδὲ τε τὸ θηλαριόν οὐδὲνται καρποτρέψιμον.

His igitur de causis crebro, & magna alacritate, magno etiam comitatu, frequentique iuuentutis concursu, Venatio peragebatur. Quod & Parthorum Reges factitasse accepimus. Proinde Germanici morte nuntiata, Regum Regem ad indicium maximi luctus, & exercitatione venandi, & coniunctu Megistanum, abstinuisse, quod apud

Parthos iustitij instar est, Suetonius in Calig. cap. v. refert. Darium autem Rēgem in venatu fera-
rum, Herodot. lib. iii. narrat, οὐδεποτε αὐτὸν πότι,
σφαγῆς τὸν πόδην, κακοῖς ἵχυροις ἐχεῖσθαι, οἱ δὲ οἱ αἰσθά-
νατος ἔξεχύροις τὸν πόδην ἀφένται. Verum quibus armis in-
structos esse oporteret Iuuenes qui Rēgem ve-
nanterem adsestabantur, Xenoph. lib. i. παγδ. ex-
ponit.

Venationis autem causa, tanta Canum Indico-
rum multitudo alebatur, ut ad præbenda ijs ciba-
ria, quatuor in Babylonis planicie, magni vici ad-
tributi essent, aliorum tributorum immunes,
quemadmodum Herodotus lib. i. tradit.

Non semper autem in campis apertis Reges
venabantur, sed & Viuariis inclusas feras agita-
bant. Sed enim vt laboriosam illam & martiam
venationis speciem Dio Chrysostom. laudibus
effert, ita mollem hanc, desidē & ignauam impro-
bat: propterea quod eo modo feras, velut carcere
clausas, in promptu potestatēque habentes Persæ,
non tantum earum inuestigandarum labore leua-
bantur, sed & extra omnem aleam positi, animos
indulgent vacui ab omni metu periculi, quod
adeunt qui se feris obijciunt, easque acrius infe-
quentur. Ipsamet Dionis verba, quibus Περσῶν
istam ἡρῷον vellicat, in mediū proferre non pigebit.
Ea sic habent, ἐκεῖνοι μὴν τῷ (de Persis loquitur.) Γα-
ρ εἰδεῖσθαι τολμαῖσθαι, οὐ πότε θεισμόντελον, οὐτοῦ εἰρκῆν, οὐ
μετατίθενται, οὐτοῦ μητοῦ πονέντε, μητοῦ αὖτον δεινωντας, οὐ
τοῦ αὐτοῦ, οὐτοῦ φοβούσθαι. οὐτοῖς δὲ αἰρησθεῖσι τοῖς δηλοῖς τοῖς δι-
πειν χραινοῦσι τοῖς δηλοῖς φοβούσθαι, οὐτοῖς δηλοῖς τοῖς συμ-
βιντοῖς αἰγαλοῖς. οὐτοῖς τῷ ἐποίει, οὐτοῖς οἱ πολεμικοὶ φασκοντες

τῇ,

τῇ, ἀφέτες πὸ τοῖς πολεμήσι μαχεῖσθαι τοῖς αἰχμαλώτοις οἵκει
αλεῖσθαι, ἐκπειναι. Nec alia Astyagis sententia fuit, qui
eiusmodi venatione nugas agi pronuntians, apud
Xenophont. lib. i. παγδ. causam hanc addit, οὐτοῖς τῷ
τοῖς τοῖς δοκοῖ τῇ, οὐτοῖς τοῖς δεσμέναι τοῖς ηπανοῖ. Impera-
toris quoque Gratiani in simili venationis genere
ignavia, nec maleuolorū sermones, in quos incur-
rit, nec Amm. Marcellini lib. xxxi. lingua no-
tāmque effugit. Nemini verò licebat sagittam, ia-
culum, telum ve in feras contorquere, priusquam
Rex animū ea voluptate expleuisset. Itaque cum
Regem Artaxerxem, inter venandum, leo ad ort-
us esset, periculīq; illius, quod à fera Regi immi-
nebat, propulsandi causa, Megabyzus bestiam eam
fese in pedes erigentem iaculo feriens occidisset,
indignatus Rex quod occupasset feram cedere,
antequam in eam telum misisset, eum decollari
iussit, quemadmodum Ctesias in Persicis refert.
Astyagem etiam, cùm venationi interesset, vetus-
se, ne quisquam feras iaculo peteret, ἀρτὺ Κέρπος ἐμ-
πλακεῖν βαλλω, Xenophon lib. i. narrat. Illam tamen
obseruantiam postea abrogaram supra docuimus.

Verum, quō promissi fidem impleamus, tem-
pus est, ut ad formam regendis Persarum prouinci-
cij datam, accedamus.

Vniuersum autem Persarum imperium, in Prae-
fecturas, & Prouincias, quas illi SATRAPIAS, ea-
rūmque rectores, SATRAPAS appellabant, distri-
butum erat. Herodotus lib. i. Η Ἀρχὴ τῆς ιερᾶς Γεωγραφίας
τὸν οἱ Πέρσαι Σατραπῖλον καλοῦσι. Rurisq; lib. iii. Αρ-
χεῖ, à Persis Σατραπισσον vocari tradit. Isocr. in Paneg.
οἱ καταβαῖνοντες αὐτὸν τὴν θελεσθαν, οἱς καλοῦσι Σατραπας.
Suidas, Σατραπεῖα, ιπαρχαῖ. Hesi. Σατραπῖα, Αρχὴ ιερᾶς Γεω-

X

λατην: Προτιν δὲ οὐ λέγει. Satrapæ etiam, χωρῶν ἀρχοντες vocantur in Artaxerxis Epistola qua Esther cap. viii. ponitur. Herodianus lib. v. à Cyro ad Darium usque qui ab Alexandro victus est, Asiam omnem μέχει Ioniae, καὶ Καειας, τὸν Σαβάπατος Προσκοῖς διοικεῖται scribit. Plutarchus in Themistocle, Πέρος ποὺς ἐπικέντησ ὄνουα. Σαβαπέων τῆς αὐτοῦ φρύγιας, & ibidem λόγου τοῦ Λυδίας Σαβάπηται εἰπεν. Philostratus lib. i. de vita Apollonij, Σαλεύσις ὁ θεῖος μεγάλων πυλῶν Βασιλῶν. SATRAPÆ autem verbo vtuntur Plinius, lib. v. cap. v. Curtius lib. iii. & vi. & Æmil. Prob. in Agesilao. SATRAPEN etiam apud Terentium Hæautontimor. Act. iii. Sc. i. Æmil. Prob. in Conone, & Curtium pluribus locis, legere est. SATRAPAS tamen ut plurimum, Curtius, Prætores vocat. Orōtem etiam Cicero lib. v. dc Finib. Darij Prætorem appellat. Justinus verò SATRAPER, Præfetum vocat. Velut lib. v. ad Tisaphernen Præfectum Darij Regis profugit.

In Satraparum verò, & Satrapiarum numero, non leviter variari notandum est. Darium quidem, primum, CCCLX. SATRAPAS constituisse, iisque tres summos SATRAPAS præfecisse, Iosephus lib. x. Antiquit. Iudaic. cap. xiii. tradit. Hic est Darius, Medorum Rex, quem Babyloniorum regno, Baltasarem Nabuchodonosoris nepotem exuisse, D. Hieronym. in Esaiae cap. xii. tradit. Quem Georg. Cedrenus, Artaxerxis quoque, Astyagis, & Nabogradi nominibus appellatum, Cyriique aquum fuisse, ait. Iosephus verò, Astyagis filium facit. Cui Danielis historia in Satrapiarum numero haudquam consentit. Eius enim libri, cap. v. refertur, eundem Darium, prouincia-

rum, quæ sub ditione eius erant, Præsides, seu SATRAPAS CXX. habuisse: qui quidem Triumviris, quibus ille summam rerum commiserat, actus sui rationem reddere tenebantur. At Darius Hyastaspis filius, ad commodiorem tributorum quæ gentibus sibi subditis imperabat, præstationem, alias alijs non finitimas modo, sed & longè locorum interuallo disiunctas nationes attribuens, ἀρχεῖ (quemadmodum Herodot. lib. i. 11. scribit) καπεστρατοῦ εἴποι, ταῦτα καλέουσι Σαβαπέας. Rursus, hunc ipsum Darium cxxvii. Satrapias fecisse, differtis verbis Ioseph. lib. xi. Antiquit. cap. xiii. significat, cum ait ipsum lautissimo conuiuio accepisse τοὺς τρία Μήδαν ιγνώσας, καὶ Σαβάπητος τῆς Προσίδος καὶ Τοπέρχας τῆς Ινδίκης ἀρχεῖ τῆς Αἰγαίου καὶ τοὺς στρατηγοὺς τοὺς πρᾶξι. Σαβαπέων. Quod & lib. m. Esdræ, cap. iii. confirmatur. Illuc enim narratur, Darium cœnam dedisse Σαβαπέος, καὶ Τοπέρχας τοῖς μετ' αὐτοῖς, οὐ πότε τῆς Ινδίκης, μέχει τῆς Αἰγαίου, οὐ τοῖς εἰκαπον καὶ εἴκοσι ἑπτά Σαβαπέας. Quem numerum ab Artaxerxe seruatum, Iosephus lib. xi. Antiquit. Iudaic. cap. vi. docet, his verbis, ἀρχελαβὼν δὲ τὴν βασιλείαν ὁ Αρταξέρξης, καὶ κοπανίσας τὸν Ινδίας ἀλχεῖς Αἰγαίου τῷ Σαβαπέων, ἐκατὸν εἴκοσι ἑπτά εἰκαπον δραχμῶν. Et alio eiusdem capituli loco, ἐκελεύσεις φέρετ τοῖς τρίᾳ Ινδαῖσι, τοῖς τε οἰκούμοις καὶ Αἴγασι, τὸν Ινδίκην, εἴας τῆς Αἰγαίου, πολ. Σαβαπέων ιησουφον. Estheris quoque cap. i. de eodem Artaxerxe scribitur, ἔτε δὲ Αρταξέρξης τὸν τῆς Ινδίκης ἐκαπὸν εἴκοσι ἑπτὰ χωρῶν ἐκάπτων. Eiusdem libri cap. viii. Epistola Artaxerxis ponitur cum inscriptione huiusmodi, βασιλεὺς μέχει Αρταξέρξης, τοῖς τρισὶ τῆς Ινδίκης, εἴας Αἰγαίου, ἐκαπὸν εἴκοσι ἑπτά Σαβαπέων, χωρῶν ἀρχειοι, χαίρει. Verum mihi non liquere ingenuè fateor, quæ Plato-

nis mens fuerit, cum de Dario lib. iii. de Legib. scribit in hunc modum. οὐδὲν οὐτὸς τοι αρχεῖ, καὶ λαβὼν αὐτὸν ἐξόρμος, διέλεπε, ἐπὶ μέρι τεμόρδυνος, οὐκ οὐδὲν ἐπ σημεῖρᾳ ὀνείρεστο λελεπτός. καὶ νόμοι τοῖς θεόνος σικεῖ, διότι ταῦτα καὶ πάντα εἰσφέρων. οὐκ τὸν τοῦ Κύρου θεορόδον, οὐκ ὑπέρετο Πέρσας, εἰς τὸν νόμον ἐνέδυν, vel ut alij legunt, ἐνέδη. Falluntur certe in huius vocis, ἐξόρμος, interpretatione, qui eam ita accipiunt, quasi septimus in Perside regnauerit Darius. Non enim ordine, & numero, Rex Persarum septimus, sed, ex septem Magorum intersectoribus, unus, reliquorum suffragijs Rex renuntiatus & appellatus est. At qui me angit scrupulus in sequentibus verbis positus est. Illam enim quam à Dario factam ait Ἀρχεῖς εἰς ἐπὶ μέρη partitionem, nec probabili quidem qua mihi satisfaciat, coniectura adsequi adhuc potui.

At postquam Parthi rerum potiti sunt, illas persarum Satrapias, in duodeviginti Regna diuise-
runt: ex quibus vndeclima, Inferiora, reliqua septem, Superiora: appellabantur. plin.lib.vi.cap.xiii. Nan-
que Persarum Regna, quæ nunc Parthorum intelligimus, inter duo maria, Persicum & Hyrcanum, Caucasijs iugis attolluntur, vtrinque per deuexa laterum. Idem eiusdem lib.cap. xxv. ipsa Persis, aduersus occasum sita, obtinet litora D. L. M. passuum: etiam in luxum dunes, in Parthorum iampridem translata nomen. Et mox Regna Parthorum duodecim sunt omnia. Ita enim dividunt Provincias, circa duo, (ut diximus) maria: Rubrum, à meridie, Hyrcanum, à Septentrione. Ex his, vndeclim Superiora dicuntur: incipiunt à confinio Armeniæ, Capi-
que litoribus: pertinent ad Scythas: cum quibus ex aequo degunt. Reliqua septem Regna, Inferiora appellantur. Enimvero, ab uno Satrape interdum plures Pro-

wincie regebantur: Sic, Lydiæ Ioniæque eundem Satrapam, Æmil. Prob. in Dataine, & Arrian.lib.i. commemorant. Hierodot. quoque lib.iiii. Oroetum, νόμοι, τὸν τοῦ Φρίγιον καὶ Λιδίου καὶ Ιωνίου, obtinuisse refert. Sed & Xerxe regnante unum eundemque τῆς Συνέας, καὶ Φωνίας, καὶ Σαμαρίας ἐπαρχοι fuisse, ex Iosepho lib.xi. Antiquit. cap. viii. & Esdræ, iii. cap. vi. pater: quibus in locis ἐπαρχοι appellatur, qui aliâs Satrapes. Similique modos, quas alij Σαρανθιοι, Plutarch. in Apophthegmatis, ἐπαρχοι vocat. Isocrates in Panegyrico, Ecatomniem qui Satrapiam Cariæ obtinebat, καὶ τοιούτου vocat, ut Harpocration, in decem Rhetor. Lexico interpretatur. Curtius lib.v.de Alexandro, uxiorum deinde gentem subactam, susianorum satrapæ cōribuit, Pharnabaso autem summum imperium maritimæ ore Darium dedisse, Q. Curtius lib.iiii. narrat. Cuius ora maritimæ Satrapem, Sardibus morari & confistere consueuisse, Paisanias in Laonicis docet. Solebant vero Satrapæ filijs Regum decerni, ut ex Herodoti lib. vii. & Xenophon. lib. i. Avaro. appareat. Darium vndeque, Cyro, minori natu filio, ciuitates, quarum Præfectus erat, testamento legasse, Iustinus lib.v.narrat. Hystaspem etiam Artaxerxis filium natu minorem, quo tempore pater ab Artabano obtruncatus est, obtinuisse τὸν εὐ βαρέοις σαρανθιοι, Diodor. Sic.lib.xi.refert.

Satrapæ ergo prouincijs præerant, eorumque fidei & curæ prouinciæ committebantur. Horum vndeque muneri & officio iucumbebat, prouincialibus imperare, eorum utilitatibus propicere, tributa cogere, primisque custodibus stipendia exsoluere: & quidquid insuper fa-
k iij

Et hoc opus esset, effectum dare, & ut Xenophon lib. viii. pag. ait, ἀρχὴν τῆς ἐνοποίηστον, καὶ τὸν δι-
σμὸν λαμβάνοντας, τοῖς τε ταχθοῖς φρυγοῖς δοῦλαι μετόν, ἐδί-
λο πλένει οὐ, πιστὸν εἶναι. Huiusmodi prouinciarum Præsi-
des, Regem de toto prouinciarum quas regebant
statu, certiorem faciebant: litterisque & per nunti-
os, ut se res haberent, significabant. Mandatis
enim, quæ illis dabantur, continebatur, ut prouincias
ita regerent, vti è re publica, fide & religione
eorum esse videretur. Quibus etiā imperasse Cy-
rūm, ut quoad eius fieri posset, ea omnia imita-
rentur, sequerentur, obseruarent, quæ ipsum age-
re viderant, Xenophon ibidem scribit.

Porro in consilium à Persarum Regibus s A-
T R A P E, & prouinciarum præsides, adhibeban-
tur. Id ex eo apparet, quod Esdræ lib. iii. cap. iii.
scribitur. Εκάλεσε τοὺς τοὺς Μεγιστάνας τῆς Προΐδος, & τῆς
Μιδίας, καὶ Σατράπας, καὶ γραμματίους, καὶ Γούρχας, καὶ υπά-
ταξ, καὶ ἑράκοτες εἰ τὰ ζημιατικά. Esther quoque cap.
viii. Υρχοτες τὴν ἐπωνόμην, ἐγήσεται βασιλεῶς memorantur.

Cum vero Reges Persarum, aliquos in consiliū
adhibentes, eos adsidere iubebant, in medio loco
ipsos cōsedisse docet Lucian. in Nauigio, se uotis,
his verbis, ἡγέρει, καὶ μέσον, ὃς νέας βασιλεύσει τὴν Προΐδην,
ἐπιτιθεται αὐτῷ συμπαρεσθῆτιν αὐτοῖς βελώπου. Sed & à
prouincialibus coli & obseruari Satrapas, Persis
placuisse, Xenophon lib. viii. pag. ita scribit,
οἱ καὶ τὰς Αἴτιας ταῦτα βασιλεῖ ὄντες θεοποίουσι ταῦτα τὴν Δράγ-
μανην Σηπας. Quinetia pro foribus Prætorij stetisse in
prouincijs, iuuenes bene ac liberaliter educatos,
qui Præsidum mandatis parerent, eosque venatū
proficiscentes comitarentur, idem Xenophon
cod. lib. demonstrat. Satrapas autem è publico an-

tonas accepisse, indicio est quod Philostratus lib.
i. de vita Apollonij, vinum his cottidie præbitum
narrat.

Eos etiā Regios sub se Scribas habuisse, quibus
inter cetera quæ ad eorū munus pertinebant, reci-
tanda dabantur literæ quæ à Rege mittebantur,
apparet ex Herodoto lib. iii. Satellitio quoq; in-
structos, & satellitibus stipatos huiusmodi Satra-
pas fuisse, idem eodem lib. ostendit. Oroëtem
enim Lydia Ioniæque præfectum, vt ille ait, Χλω-
ρότειν ἐδρυφόρου. Ceterum Satrapis in fide & offi-
cio manentibus, castéque & intégrè munus suum
obeuntibus, non temerè successores dabant: vt à
peritis & astuetis, facilius prouinciae contineren-
tur. Artaxerxes tamen regnum ordinans, Φίλιππο-
χόντων Καππαριτούς Τούς δημοτεῖας ἔχοντας τοὺς αὐτοὺς αἵμεστοι.
Ἄριδέ εἰσαντι φίλων Κηπαριτούς Τούς δημοτεῖας τοὺς Κα-
ππατούς, quemadmodum Diodor. Sic lib. xi. scribit.
Nec verò αὐτούς, aut ἀντιπάθεοι huiusmodi Satra-
pæ erant, quinimmo, si prouincias Phanatiæ expi-
lasse, prouinciales spoliasse, vexasse, pecunias ex-
torsisse, aut aliâs male versati esse dicerentur, Re-
petundarum postulari poterant, conuictique, non
remoueri modò, cum existimationis macula ar-
que nota: sed etiam grauiter in exemplum coērceri-
& pro delicti modo plectri, solebant. Alexander
quidem, vt Arrianus lib. vii. narrat, Abulidem Su-
siorum Satrapen, & Oxatrem eius filium, quod in
Susios multa auare, ac superbè commisisse perpe-
trasseque deprehensi essent, occidi iussit. Eiusdem
Alexandri aures, prouincialium de Satrapis que-
relis patuisse, ex eo apparer, quod idem Arrianus,
lib. vi. narrat, Orxinem Persidis præfectum, quod
k. iiiij

phana spoliasset, sepulchra violasset, multosque Persarum iniuste pereisserat, damnatum, & in crucem actum, Peuceste in locum eius suscepto.

Contrà, qui probè laudabilitèque prouincias rexerant, & à Rege gratiam inibant, & alijs super alios honoribus dignitatibusque cumulabantur. Vnde eueniebat, ut nihil magis bonis Præsidibus ad sequentes honores prodeisset, quam peractus optimè Magistratus: eaque ratione, Magistratus, Magistratus: honore, honor petebatur. Etcū omnia benefacta in luce collocari iuvet, vberimū virtutis industriaque suę fructū, fortes viri capiebant, Regem biene functi administratiq[ue] muneris, testem & consciū habere. Ac planè verè Plinius Panegyrico adserit, vtile ac salutare esse Præsidib[us] prouinciarum, hāc habere fiduciam, paratum esse sanctitati, industriaque suę maximum præmium, iudicium Principis, suffragiū Principis, additque, ante Traiani imperium, si quis quid beneficeret, Cæsarem nescisse, aut si scisset, testimonium non reddidisse: Ita eadem illa (inquit) seu negligentia, seu malignitas principum, cum male consultis impunitatem recte factis nullum premium polliceretur: nec illos à criminis, & forde, nec hos deterrebat à laude. At nunc si bene aliquis prouinciam rexerit, huic quæsita virtute dignitas offertur: pateretur omnibus honoris, & gloriae campus.

Licet autem summarū Satrapis, quorum spectatam fidem habebat, potestatem Reges concessissent, in eorum nihilominus Satrapias aliquem ex principibus viris, quotannis, cum imperio velut Inspectorem mittebant: qui Satrapis, si qua in re auxilio egerent, opem, & suspectias ferret: ipsos

etiam si negligentius in officio versarentur, coercent, curua corrigeret, & quæ è republica esse vi-derentur, ordinaret: si minus, ad Regem referret, vt malis quibus prouincia premeretur, suo arbitrio mederetur: quorū in prouincias aduentu, gau-dio exultas plebs, tanquā ipsiſ prouincijs præsen-tiā sua, Rex ea bona circumferret, Regis Filium, Fratrem, Oculū, in eas terras descēdisse, sermonibus iactabat. Qua de re ipsamet Xenoph. ex lib. I. pag. verba apponā. Εφοδευθεὶρ κατ' ἐνιαυτὸν αὐτοῦ, ἔργα πεμψα εἴ-χεν ὃς λαζαρίης τῆς Σαβατῶν ἀποκοινώσας δένται, ἀποκοινεῖ. οὐδὲ οὐδὲ εἰς ζῆν, Κοφρούζη. Ιωάννης πες οὐ δεσμοῦν φορᾶς αἰδηγῆς τῆς ἐνοίκου φυλακῆς, οὐ όπως οὐ χώραι ἐργασίης, οὐ διῆρος πάντη σπε-γμάτων απόχελτη. Κατὰ πάντα κατευθέπεις, Ιωάννης μὴ μή διωνται, βασιλεὺς αποκεντρούσας οὐ δέ αἰσχον, βασιλευεται τοῦτον απαγγειλεται. οὐδὲ οἱ πολλαῖς λεγόμεναι, οὐ βασιλεώς γεος καταβαίνει, βασι-λεώς αἰδελφος, βασιλεώς οφθαλμος. καὶ εἰσοπτὴν ἐκφαντικούς δηποτῆς οὐδὲ διαφέρειν εἰσιν. Αποβεπτευγάδε ἐγένεσος αὐτῷ: πόθεν δὲ βα-σιλεὺς κελθει. Quinetiā præter Satrapas, qui toti prouinciae præserant, quidam Vrbibus & oppidis: quida vero earundem vrbū Arcibus præficiebantur. Nec enim vni eidēmq[ue], Vrbis, & Ακροπλεως, sive Ar-cis, custodiā mandabant: sed alij erant, Vrbium, alij, Arciu, Custodes: quod Xenophō in Oecono-mico perspicue tradit. Hoc enim pro certo po-nens, atque statuens, non minus fategisse Reges Persarum, όπως οὐ μη ἐργασίην τῶν καπικοωτῶν, οὐ επως δι φυλακῆται ταῦτα τῶν φρεσσωτῶν: addit, καὶ εἰσ οἱ αὐτοὶ οἱ Αρχοντες διεπεπλεύσοι εφ εκαπέρων, εχ οἱ αὐτοὶ, αλλοι μὲν διφοιοι τῶν καπικοωτῶν ταῦτα τῶν εργαστῶν, καὶ δισμοις εκ τούτων εκ λέγονται. οἱ δὲ αρχοντες δι φρεσσωτῶν φρεσσῶν.

Alijs planè Vrbium, alijs Arcium custodiā ad-tributā fuisse, indicat Curtius lib. v. his verbis, Rex,

Perfidis fines auditurus, sua urbem Archelao, et praefidium trium millium tradidit: Xenophilo, arcis cura mandata est. Eodem lib. Alexandrum, arcis Babylonis Agathone praefidere iussa, cum DCC. Macedonum trecentisque mercede conductis: Praetores qui regioni Babyloniae, et ciuitati praefessent, Menatam & Apollodorum reliquiss, narrat. Arrianus quoque lib. iii. Alexandrum Sufianis reliquiss Satrapen Abuliten, φρυράρχον δέ, ἐν τῇ ἀκρᾳ τῷ Σετων, Mazaram, narrat. Diuersa verò Praefecti Vrbi, & Custodis Arcis, munia erant, & ille quidem, οὐ ἐνοικῶντας Αρχοντα, καὶ τῷ ἑργῳ θηριδιούμφος, defixos tam in Agricultas, quam in Opifices qui in sordida, Sellularia que arte versantur, & in illam omnem ciuitatum fecem, oculos habebat: id agens, & sedulò curans, ut quam quisque nosset artem, in hac se exerceret, & ne inertio otio, vrbis, regionisque incolæ, marcescerent. Atque ut liberè, ac tutò, animoque otioso & ab omni periculi metu vacuo, pro se quisque diligent agrorum culturæ, vrbaniisque artificijs operam impenderet, ad officium Arcis Custodis pertinebat, ne quam oppidanæ à praefidiariis militibus, vel ab hostibus, iniuriam acciperent. Praefectus ergo vrbis rationem otij negotiique ab unoquoque exigere necesse habebat, rationibus & ipse reddendis Regi obnoxius. Eius enim culpa Agricolarum, artificumque desidia, atque ignavia imputabatur, si modò ab illis Phrurarchus, id est arcis custos, iniuriam propulsasset. Etenim, εἰν φρυράρχος μὴ ιανᾶς τῇ χώρᾳ αριγή, agricultaque vel opifices non possent ἐργάζεσθαι οὐδὲ τὸν αὐτολαβῖσθαι, eius rei periculum Phrurarchus praestabat. Quapropter Αρχοντος seu Praefecti muneri

quoque incumbebat phrurarchum officij sui admonere, cessantemque aut detrectantem, reum ἀφυλαξίας apud Regem agere. Vicissimque, si παρέχυντος τῷ Φρυράρχῳ εἰρήνην, οἱ Αρχοντοι τὸν πεπρέχυται καὶ αρχὸν τὸν χώραν, eum Phrurarchus socordiæ reum postulabat. Ita alter, quasi obseruator actus, alterius, erat: deteriorisque status tam ciuitatum, quam vicorum & pagorum qui ad eas pertinebant, in alterutrum eorum culpa rejicebatur: denique si pecora derelinquerentur, agricultura desereretur, mercatorum negotiatio conquiesceret, artes βανανοκαὶ (quas Crœsus apud Xenophon. lib. vii. παρ. πηγας τῷ καλῶν, verissime appellat) iacerent, huius vel illius vitio ea res adscribebatur. Satrapen verò in prouincias missum, tam Φρυράρχον, quam Αρχοντας οὐ ενοικῶντας, personam sustinuisse, & vtriusque partibus functum, Xenophon in Oeconomico scribit. Satrapes ergo, ne quid ex horum vel illorum Magistratum desidia vrbes regionesve, detrimenti caperent, videbat: rusticæ & vrbanae plebi consulebat: communique & publicæ vtilitati inferiens, omnibus æqualiter hominibus securitatem præstabat. Officio quoque Praefecti vrbis continebatur, tributa exigere, & ut ea ex fide penderentur, sollicitè attendere. Nec verò quidquam tributis decidedere, aut deperire, poterat, agris qui in eius tutela erant optimè cultis: & opificibus bellè opus suum facientibus. Cyrus etiam, ubi primum φρυροις καὶ φρυράρχοις vrbibus à se subactis imposuit, his præcepisse, ἀλλοι οὐδὲ πλυντεριουσιν, εἰ δὲ πίγιοι θεοῦ ζει, Xenophō lib. viii. παρ. scribit.

Hos amplius, quietis quoque publicæ ac securitatis, tuendæ causæ, per regiones ac prouincias, stationes militum dispositas habebat, quibus Tribunus præterat, qui, χλιαρχος τῷ καὶ τὸν χώραν φυλακῶν, vocatur à Xenophonte, lib. viii. πατέρ. Porro tam Chiliarchi isti, quam Arcium phrurarchi illi, non à Satrapis, sed ab ipsomet Rege cōstituebantur, cui vni parebant, nec alterius cuiusquam dicto audientes erant. Hoc ideo constitutum, vt si quis Satraparum, vel fastu elatus, vel opibus, aut clientium multitudine fretus, res nouas moliretur, aut se insolentius gereret, aduersarios paratos præsto haberet, qui eius conatus frangeret, & vim reprimere possent. Auctor idem Xenophon lib. viii. πατέρ. qui hoc tradit in hēc verba, οὐδὲ μόνον εἰ ταῦς ἀκραις φρεστράχοις, οὐδὲ ταῖς χλιαρχοῖς τῷ καὶ τὸν χώραν φυλακῶν διῆγεν ἐσωπός εἰσιντον αὐτοῖν. Καίτη δὲ προφερεῖτο, οὐδὲν ὅπις, εἴπερ τῷ Καζάνων ὕποτον καὶ πλήντος αὐθεντικότερος, καὶ τοποχρήστη μη πειθαρχη, οὐδὲν αὐτοπλοις ἔχοι εἰ τῇ χώρᾳ. Et aliquot interpositis, αἵς δὲ πρετερούσι, οὕτως ἐπι καὶ νῦν βασιλεῖς εἰσὶν αἱ εἰ ταῦς ἀκραις φυλακαῖς οὐ οἱ χλιαρχοὶ τῷ φυλακῶν οὐ βασιλεῖς εἰσὶν κατεστητές, οὐδὲ τοις βασιλεῖς λατογεγαμμένοι. Atque hisce velut frenis cohibendam Satraparum potestatem censuerunt.

Quinetiā Philostratus in Apollonij vita, lib. i. οὐ βασιλῶνος ὄροις Φρεστραῖ à Rege cōstitutam refert, οὐδὲν οὐ περιβάθετη τοις μη ερωτητοῖς εἰστὸν τε καὶ πόλιν, οὐδὲν ὅπις πλην.

Habebant autem Persarum Reges in singulis prouincijs Aerarium, Aerariisque præfectos: Etita, Tyridatem pecunia quæ ex una Satrapea redigebatur, custodem, Curtius lib. v. memorat. Eodemque libro Bagophanem arcis Babylonicæ, & Regie

pecunia eius regionis custodem, Alexandro obuiam egressum narrat. Extat Darij Epistola apud Ioseph. lib. xi. Antiquit. Iud. cap. iii. qua sumptus ad templi Hierosolymitani constructionem, εἰ τὴ βασιλικὸς Γαζοφυλακίς τῷ φέρων τῆς Σαμαρείας, suppeditari mandat. Apud eundem Ioseph. eiusdem lib. cap. v. Xerxes Esdræ præberi iubet sacrorum sumptus, εἰ βασιλικὸς Γαζοφυλακίς. Εάque de re scripsisse se τοῖς Γαζοφύλακίς τῆς Συνέτας καὶ τῆς Λονίκης. Sic & Esdræ cap. v i. ab Artaxerxe Edictum ad omnes qui thesauris suis, trans flumen, præpositi erant, emissū, vt quidquid ab eis Esdras sacerdos, Scriba legis Dei celi, postulasset, illico præstaretur. Strabo lib. xv. Persarum Reges, licet Susa valde ornassent, nihilominus etiam coluisse Persepolin, & Pasagardas scribens, addit, illiç Gazam & Thesaurum Regum fuisse. Pasagardis quoque, Κύρος τὸν τελέσαν θησαυροὺς recōditos Arrian. lib. iii. scribit. Pecunia ergo quæ thesauris inferebatur, Custodes habebat. Cuiusmodi pecuniam, GAZAM, Persico sermone appellatam, non est ignotum. Q. Curtius lib. iii. Ante solis orium, pecuniam Regiam (G A Z A M Persic vocant) cū pretiosissimis rerum, efferrī iubet. Póponius Mela lib. i. cap. xi. In Palestina, est ingens & munita admodum, GAZA: sic Persæ ærarium vocant: & inde nomen est, quod cum Cambyses armis Egyptum pateret, huc belli & opes & pecuniam intulerat. Hesychius, Γαζα, τοῦ Πέρσας, βασιλεία, ή οἱ εἰ τῷ πολλῶν φέρουσι φόροι. Suidas vero, Γαζα, ηποτρόπη interpretatur. Seruius in lib. i. & ii. Æneid. GAZAM, Persarum lingua, census, & diuitias, significare notat; & esse numeri singularis tantum. Huiusmodi autem æratij præfecti, & hi quibus GAZÆ cura credita erat, Γαζα-

φύλακες, vocatūr à Iosepho lib. xi. Antiquit. Iudaic. cap. i. & i i i. & Γαζοφυλακοῦπες à Diod. Sic. lib. xvii. Regiae pecuniae custodem vocant Æmilius Probus in Datame, & Q. Curtius lib. v. Vetus Bibliorū interpres, in Esther cap. iii. Arcariū Gaze vertit.

Porrò fidem propè excedit, ingens, & immensa auri vis quam thesauris Darij reconditam, historiarum monumentis proditum inuenio. primū enim in Damasci Gaza, summam pecuniae signatae, fuisse Talenta duo milia & sexcenta: facti argenti pondus, quingenta æquasse, Curtius lib. iii. scribit. Idem lib. v. post Darium secundo prælio victum, Arbelæ, Alexandro tradita refert, Regia supellestili, & quattuor millium Talentum Gaza repleta. At Diodor. lib. xviii. Sectione ii. ἀρχεῖς θάλαττα τεχνήν, Arbelis reperta narrat. Sufis verò per deditonem receptis, Alex ander, ut idem Diodorus eodem lib. refert, δέ περ αὐτοῖς χνουσδ ἐγκρίψεις ὡς τεθαυτωμεῖαν θελαῖται. καὶ ἐπαναχθῆται θελαττα χνουσδ, χαρεσκήνεα Δερεκοὶ ἔχονται. Plutarchus quoque περιανομέναια θελαττα νομίσκαπται, & præterea δύλεια καπισκόβιον καὶ πολυπλειον ἀδινέητον καὶ πορφύρας ἐρμονικῆς θελαττα πεπακούσια, Sufis inuenta, in Alexan. vita scribit. Eo loci etiā Arrianus lib. iii. ἀρχεῖς θελαττα εἰς πεπακούσια, fuisse, narrat. Curtius lib. v. vi. verò urbem (Sufa intellige) intravit, incredibilem pecuniae summam ex Thesauris egesit L. millia Talentum, argenti non signati forma, sed rudi pondere. Multi Reges tantas opes longa ætate cumulauerant, liberis, posterisque, ut arbitrabantur: quas una hora in externi Regis manus intulit. Erat enim Sufis & Persépoli sanctius ærariū, in quod, præsidij causa, tantas opes à Cyro, ad Darium usque, Reges intulerant. Testis Diodorus

lib. xviii. his verbis, τῶν, ἐκ πολλῶν χρόνων, οἱ θεοῖς λαοῖς διετήρουσι, τοῖς διαφέλοις τῆς πόλης ἀποικόντες αἰτοῦς καταφυγαῖς. Idem eodem libro de Persepolitanis thesauris, οὗτοι, ait, οἱ Κύροι ποτε βασιλεῖσιν, μέχρι τῆς ιπποκειμένων καιρῶν προσμένων τῷ ποτε φερόντων, ἔχοντες αρχύμενον τε καὶ γενέσιν. Itaque in Persepolitana arce, Alexandria, διάδεκα μιλιά διετελεῖσαν, εἰς αρχὺς εἰς λόγον ἀγριεύει τὸ γεωτύπον inuenisse refert. Curtius in eius urbis Gaza, fuisse, Centum, & viginti milia Talenta, ait. Accessisse ad hanc pecuniae sumam, captis Pasargadis, sex milia Talentum. Denique, post Darium tribus prælijs victum, direpta eius, Damasci, Gazam, abhuc X L. milia Talenta clausa, reperta fuisse ab Alexandro, Iustin. lib. xi. scribit. Strabo etiā lib. xv. χωρὶς τὸ Βαθυτάνιον, ἐπὶ τῷ στρατηγῷ, αὐτὰ τὰ εἰς Σούσσας, καὶ τὰ εἰς Περσίδαν, τέλος μισθίδες. Τίνες δέ, καὶ πότε λέγονται. Αλλοι δὲ, πάντα παντοῖς συναχθῖνται, τοῦτο δεδώκεσσι εἰς Εκάτανα, οἷς καὶ δέκα μισθίδες θελατταν. Ταὶ δὲ Δερεῖα φυσένται, οἷς Μιδίας συνεκκριμέναια, Τάλαττα ὀχλαναχθῆσι. quin & Athenaeus lib. x i i. ex Chare Mitylenæo refert, cubili Regio contiguas, ad caput, fuisse ædes, quinque lectis instructas: in quibus auri Talenta quinques mille, perpetuò adserabantur. Id Ceruical Regium appellabant: Cubilis verò pedibus, alias ædes trium lectorum capaces, vbi argenti talentorum tria milia erant deposita: quas, sub sellium, scabellumve Regis appellabant.

Illa verò infinita auri vis, immensa Regum Gaza, è tributis conficiebatur & conflabatur. Strabo lib. xv. Persarum Gazophylacia ab Alexander direpta, narrans, addit, ἀπότομος χρόνος ἀπεπλήρων, οἵς ἀδεσμολόγησαν Πέρσας τὴν Ασίαν. Idem eodem

libro, inter ea quæ Persis ἔθνα fuisse tradit, εὐστοις, ait, ἐκεῖτο τῷ βασιλεῖ τὴν τῆς ἀκρας, ιδία ποιῶντας ἀσκην, καὶ θυσιώροις, καὶ τριζεύσις, αντεργάτων φόρων, τυσσομένα τῆς οἰκονομίας. Plane Cyro & Cambysē regnantiibus, nulla dum Tributa, Stipendiāque, gentibus, quæ ijs parebant, imposita erant: sed munera duntaxat Regibus ferebantur. Primus Darius Hystaspis filius, cùm totum Persarum imperium in prouincias Satrapiasque diuisisset, Tributum singulis indixit. Auctor Herodot. lib. iii. Sed & Strabo lib. xv. τὸν δὲ διγράφαν τῆς φόρου, Δαρεῖον ἔχει. Quod ut rectum est, ita, quæ apud eundem auctorem sequuntur, τὸν μακρόχειρα, καὶ κάλιστον αἰθρόν, πλεύτη μηνος τῷ βεργάνων, euertuntur à Plutarcho, & Emilio Probo, quos si duces sequamur, nō iste Darius, sed Artaxerxes Xerxis filius, eo habitu corporis cùm esset, Μακρόχρος cognomen inuenit, ἵγε τὸ τινὰ ἐπέχει χειρα μακροπέχειν ἔχει, ut plutarch. in Apophtegmat. scribit, id est, ut idem initio vita Artaxerxis Mnemonis exponit, dextram sinistra longiorem. Vnde & Longimanus à Latinis appellatur. Sed hæc obiter dicta sint. Ad Darium redeamus. Is prudenter cogitans, neque quietem gentium sine armis, neque arma sine stipendijs, neque stipendia sine Tributis haberri posse, Persæ Tributa imposuit. Onera enim imperij (ita quippe ex Plinij ore loquor) ut, pro utilitate publica, Tributa institui, ita singulorum iniurijs coegerunt. Horum vtique à Dario indictorum tributorum causa, Persæ cùm Cambysem, Domini, Cyrum, Patris appellacione ornarent, Darium, Institorem, seu Propolam vocitarunt, ut Herodot. lib. iii. refert. Κάστιλος enim, quo verbo Herodot. vititur, Suidæ est, μαθεολεῖς

, autem Interpreti Aristophanis in Pluto, est, ὁ καὶ τὸν κούλων πωλῶν, ὁ οὗροι νῦν λεγόμενοι Καστιλοι· quem ab ἐμπόρῳ, καὶ παλικαρπίᾳ & αὐτοπώλε, separat: eorumque verborum differentias exponit. Eustathio vero μεταβολεῖς, sunt, οὐσιῶν καὶ ἀγρίτων, & τῶν τε οὐτων, οἱ αὐτὰ καταλάσσοντες.

Quanquam æquum se, & moderatum, Darii, in Tributi descriptione prestatit. Nam, ut Plutarch. in Apophtegmat. scribit, τις φόρος τοὺς ὑπηκόους τεξτας, μετεπιμέτρα τοὺς περιόδους τῷ ἐπιρρχῶν, & τοὺς τῷ φόρῳ ἡρώτους, μη βαρεῖς εἰσιν. φυσικῶν δέ, μετέτιοις ἔχει, ἐκελεύει, πελεῖν τοὺς ἥμισους, ἔκεισον. Ionibus autem subactis, qui aduersus Darium rebellauerant, Artaphernes Sardium Praeses, per Parasangas, (ita enim Persæ tricenna stadia appellabant) conferre iussit tributa: quæ, ut ab Artapherne imposta fuerant, suis etiamnū temporibus ærario à prouincialibus illata, Herodot. lib. v. i. refert. Tributarias autem functiones in viginti partes, Darius distribuit: quarum enumerationē ac distributionē Herodot. lib. iii. ponit.

Horum tributorum colligendorum gratia, Reges, in singulis prouincijs φορολόγους habebat, ut ex cap. iii. & iiiii. Edræ, patet, & φορολογουμένους, ut Diodor. lib. x vi. Negotium etiam Satrapis, aliisque qui in Magistratu, potestatē erant, datum ut à prouincialibus, ex fide Tributa pensarentur, supra ostendimus.

In summa autem, subductis rationibus, in Regium fiscum, ex annuis tributis, quaterdecies milrena, quingena sexagena Talenta Euboica, Herodoto teste, quotannis redigebantur. Iustinus vero lib. xiii. Alexandro, in annuo vextigali tributo, Tricena millia Talentum fuisse refert. Persarum pla-

ne agri immunes erant, ut Herodot. lib. III. ait.

Tributa autem arcæ inferri non solebant: sed eorum condendorum ratio ea erat, quam Herodot. lib. III. exponit. Liquefactum enim aurum, argentumque, in fistulas fidelias infundebatur: expletæ mox fideliaæ subinde frangebantur, ex eoque auro argenteo, quoties pecunia Rex indigeret, tantum concidebatur, quantu[m] usus postulabat.

Enimuero præter tributa ac stipendia, singulis regionibus quæ sub Persarum Imperio erant, aliquid ad alendum Regem & eius exercitum, indictum fuisse, Herodot. lib. I. significat his verbis, βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ εἰς Τύφλον αὐτῷ πε, καὶ τῆς σπαρτῖς, ἀρχαιρηταὶ πάρεξ τὸ φόρος, γῆ πᾶσα ὅσιοι αρχῇ. Strabo lib. x v. de Regibus Persarum, περιέδρυσε τὴν ἐκ πολὺ τῆς ἀρχείας, αρχέων, ἐκ δὲ τῆς μετοχίας, ἀνθρώπους ἔτιστι χώραν ἀπό τῆς θραμματοῦ φαρμακοῦ, καὶ τούτην ἔργαν, ἥποι ποιοῦντα θραμματαὶ οὐκοίσι. Atque ita ab Armenijs, equos tributarios illatos, Xenophon lib. IIII. Avarcijs. ostendit, Ανηράτων, inquiens, πῶν καρδίαν οὐχὶ τὸ φρέσιοντος ἐρμηνεώς, πιστὸν οὐχεῖ. οὐ δὲ ξένον ὅπις Αρδηλία. οὐ πάντας ἡρώταν. Καὶ ταῦτα τηρεφοντο. οὐ δὲ ξένον, ὅπις βασιλεῖς μετοχοί. Ex duodecim autem, quibus annus constabat, mēsibus, Babyloniae Satrapéa, mēsibus quatuor, Asia vero vniuersa, reliquis anni partibus, Regem alebat: subiicitque Herodotus eo quem supra laudau loco, Tritachmæ Artabasi filio, quem Rex ei tractui præfecerat, quotquot diebus, singulas argenti plenas Artabas præstitas. Ad hæc, erant ei peculiares equi, præter bello destinatos: admisarij, octingenti, cum equarumi, à quibus admittebatur, sexdecim milibus: nam singuli à vicenis admittebantur. Præterea canum Indicorum multitudo alebatur, ut Supra diximus.

Enimuero Persarum Reges, ut Xenophon lib. VIII. παρ. Kúp. docet, Ministros, seu officiales quosdam, habebant qui Regum Aures, & Oculi, appellabantur. Apuleius lib. de Mundo, aulæ Persicæ festum ex Aristotele describens, sed inter eos, ait, Aures Regiæ, & Imperatoris Oculi, quidam homines vocabatur: per quæ officiorū genera, Rex ille ab hominibus Deus esse credebatur, cum omnia, quæ vbi cuncte gerentur, ille Otacustarum delatione discebat. Aristides Oratio. Panegyr. Cyzicena. Οὐδὲν τὸν Πέρσαν βασιλεὺς εἶδον οὐδὲφορον κακοῦθεα τὸν κατούμενον βασιλεῶς οφθαλμὸν καὶ βασιλεῶς ὄψα. Aristophanes in Comedia quæ Αχεροῦ inscribitur. Κείγων, ait, ἀγροῦ φυτευταῖσι τὸν βασιλεῶς οφθαλμὸν: ad quem locum Scholiastes, οὐ ποιεῖται ποιεῖται Σαβάπας, διὸ ὃν πάντα οἱ βασιλεῖς ὕποπτοι. οἱς βασιλεῶς ὄψα, οἱ ὄπακουστα, διὸ ὃν αἰσιός τε οφθαλμὸν εἴσεται πανταχοῦ, οἵς οἱ συμμάχοις χεῖνται. Cittatique Aristotelis ex lib. II. Politic. locū, quo, velut rem absurdā, plurium Oculorum, & Aurium, obsequia ridet. Dio Chrysostom. Orat. III. de Regno, οὐδὲν Πέρσης ἔται ηντα οὐδεν, οφθαλμὸν βασιλεῶς λεγόμενον, οὐ τόπον οὐ τοποθεῖον αὐτὸπειτε αλλὰ οὐ τὸν ὕποπτον χρηντανον οὐρον οὐ ποτὲ αὐτὸν βασιλεῶς οἱ φίλοι πατέτες εἰσὶν οφθαλμοί. Suidas, οφθαλμὸς βασιλεῶς, αλλὰ τὸ μέγα μεωμένος οφθαλμὸς βασιλεῖ. οὐτοι δὲ ἐκάλουσι ποιεῖται Σαβάπας διὸ ὃν πάντα οἱ βασιλεῖς ὕποπτοι. οἱς βασιλεῶς ὄψα ποτὲ αἰσιός διὸ ὃν αἰσιόν τα οφθαλμὸν εἴσεται πανταχοῦ. At Tzetzes histor. Chil. x. cap. CCC L. huius vocis interpretationem largius porrigena, à Persis ait οφθαλμὸς βασιλεῶς vocatus, ποτὲ οφθαλμόποις αὐδρας ηθεργότες. Heliodor. lib. VIII. Περσῶν γε βασιλεῖς αὐτοῖς οφθαλμοὶ η Ακομή, ποτὲ αὐτοῖς θύμος οὐ ποιέσων, οὐ συγχωνεῖς ποτὲ τῆς θύμος μεταποιεῖσι. αλλαζόμενοι τὸ πτερινότας αὐτοπτῶσι. Atque hunc

Magistratum in Artaxerxis comitatu, gessit Artayris, ut Plutarchus in Artaxerxe scribit. Aeschylus quoque in Persis, Xerxis Alpistum, Xerxis ὄφελοι, memorat. Ad quem locum Interpres, οἱ Περσῶν ἡδὲ βασιλέως ἔλον δύο πνεῦσι ὡς ἐπέτρεπον τὸν τῆς κοινῶν ὕπηρον. οἱ δὲ βασιλέως ἐκάλων ὄφελοι μούσι. Ibidemque ex quorundam sententia ait, ad Oculi Regij officium pertinuisse, ἀεθμοῖς τὰ στρατεύματα. Ad eos utique qui Aurium Regiarum paribus & munere fungebantur, Apollonium, cùm propter vestitus nouitatem, tūm quod venerari Regis statuam recusaret, perductum, Philostrat. lib. i. de vita Apollonij narrat. Idem alio loco. Σατερίπης δὲ ait, τῇ φρεσὶ, εἰς τούτην ἑπτακόλιον βασιλέως πέρι οἵμαι ὄφελοι μούσι. Oculorum autem & aurium Regis Persarum munus erat, obseruare & audire quid vbiique toto Regno dicetur agereturve, & ad Regem referre. Quòd siebat vīs vbiique locorum pro præsenti haberetur. Idque consequutum esse Cyrum beneficijs & honoribus adficiendo suos, narrat Xenophon, lib. viii. παρ. Nam dum is amplissimis muneribus eos qui oportuna & cōmoda ei retulissent, renuntiasserintque, muneraretur, perfecit ut multi sedulò inspicerent, auscultaréntq; ea que ē re principis fore existimarēt. Hinc factum est, ut vulgo iactatū sit, Persarum Regem multos habere Oculos, Aurēsq; multas. Regibus planè hanc aurium & oculorum copiam non decessit, quæ non vera modò perferat renuntiérque, sed & insuper aliquid de suo cumuli, seu auctarij loco, addat, Lucian. de mercede cōducti. ita scribit, οὐτα τῷ γε ὄφελοι βασιλέως πολοὶ, οὐμάνον τὸ θυγῆν ὄφαντες αλλ' αἱ τις περισσεύσαντες, αἱ μὲν νυσταὶ δοκαῖεν. Igitur cohortem, Reges Persarum habe-

bant, quæ decem milibus Equitum Persarum, quos Αθανάτης id est IMMORTALES, vocabant, constabat. Hesychius Αθάνατοι, πάντα iππεῖν, παῖδες Γέροντες, μωεῖον αἰδεράν. Suidas, Αθάνατοι, μωεῖοι Γέροντοι θητεῖδοι. Curtius, lib. ii. Proximi ibant, quos Persae IMMORTALES vocant, ad decem milia. Cultus opulentius Barbaræ, non alios magis honestabat. illi, aureos Torques, illi vestem auro distinctam habebant: manicataeque tunicas, gemmis adornatas. Confirmat & hunc Immortalium numerum Procopius lib. i. de Bello Persico. Hoc autem nomine, eam ob causam appellabantur, quod in demortuorum, eorumve qui morbo spongico laborantes, causariam missiōnem meruissent, locum, alijs sufficerentur, integro semper manente numero, quemadmodum Herodotus lib. vii. docet in hunc modum. Εκαλέσον δὲ Αθάνατοι οἱ φρεσὶ οὗτοι ὅπλα τὴν αὐτέων ὄβεληπτε τὸν αεθμὸν, ἢ θεατὸν βιαστὶς, ἢ νοστὸν, οἷος αἱρετούσι τοῦ ζήνοντο οὐδαμά, οὐτε πλεῖον μωεῖαν, οὐτε θαυματερόν, κόσμου δὲ πλεῖστον παρεχόντο οὐδὲ πατέτων Γέροντοι, τὸν αὐτὸν αετοὺς ἔστεν. Unde Pausanias in Phocicis, Gallorum TRIMARCIIS, οἳς μύκησαν τὸν Γέροντον αειθμοῦ τὸ μωεῖον, οἱ ἐκαλοῦσθαι Αθάνατοι, institutam fibi videri ait. Hoc tantum intererat, quodd in eorum, qui in acie cederant locum, Persæ quidem, confecto demum prælio, alios succenturiabant. Galli vero, in pugna ipsa, cæsis, vel saucijs Equitibus, integros sufficiebant: confestimque, nulla interposita mora, Equitum deficientium numerum supplebant.

Fuisse autem, ex omni Persica gente delectoriū Equitum turimā istam, indicat Herodotus, qui Immortales hosce, μωεῖος Γέροντος θυτελεγμένοις, lib. vii. vocat: item Diodorus Sicul. cùm lib. xi. ait,

περιστέμενοι τοῖς ἡθῶν θηλέοις, οὐνομαζούμενοι Αθανάτοις, καὶ δοκιμάταις ταῖς αὐδραγαθίαις περιστέψονται. Vnde Suidas in Αθανάτων interpretatione, eos μυστίους Περσῶν θηλέοις definit.

Non ex alia verò, quam ex Persarum gente, in has vexillationes conscriptas fuisse, præter supra ciratos locos, indicio est, quod Herodotus lib. viii. ait, Mardonium à Xerxe præmissum, delegisse sibi, Πέρσας πάντας, τοῖς, Αθανάτοις, καλεομένοις. Polydamentem autem à Dario euocatum, tres ex hac Immortalium cohorte, singulari prælio, Susis occidisse, Pausanias Eliacor. lib. ii. narrat.

Ex his verò, qui in Immortalium numeros relata erant, Doryphori, seu hastati, mille, iisque fortissimi ac præstantissimi, legebantur, qui quòd aurea mala, hastis, præfixa, ferré, Μιλοφόροι vocabantur: de quibus Athenaeus lib. xii. ex Heraclide Cumano hæc adducit. Ήσαν δὲ ὅντες (videlicet Μιλοφόροι) τὸ Δορυφόρων, καὶ οὐδὲ πάντες Γέροι, οὐτὶ τὸ σεκάχον μῆλα χυνταὶ ἔχοντες, μέλιτοι τὸ σεκύμον, σεκινδὺν ἐκλεγόμενοι εἰς τὸ μείον Γεροών τὸ Αθανάτων κατακύμων. Quem Athenæi locum Eustathius in lib. ix. Odyss. attigit. Hesychius, Μιλοφόροι, δεκαπέντε περιστοῖς τοῦ βασιλέως. Diodor. lib. xvii. Sectio. i. παῦσαν δὲ τούτης, οἱ Μιλοφόροι παλλοὶ τοῖς αὐδραγαθίαις, καὶ τὸ πάνθος. Eorum etiam Arrian. lib. iii. mentionē facit. Themistius Oratio. v. οὐ πολὺ δορυφόροις αὐτὸν αὐχμοφόροις, οὐ Μιλοφόροι χυνταὶ ἐκαλέμφοι.

Non temerè autem, aut sorte, conscriptos fuisse eiusmodi Melophoros, verū Αετινόλω, Athenaeus ait. Hoc quid valeat explicat Moschopulus, οὐδὲ οὐδὲν, in hunc modum, Αετινόλων ἐκλέγει, οὐταν καὶ τοὺς εἰσίους ποιεῖται τὸν ἐκλογήν.

Melophoros autem in aula excubasse indicat

Athenæus lib. xii. De Regalibus enim concubinis, & Regum consuetudine cum illis, loquens, ait, ξέπται δὲ αὐτοῖς καὶ πολάμις οὐ βασιλεὺς οὐ τῆς Μιλοφόρους αὐλῆς. Αὐλὴν vero, idem Athenæus lib. v. olim significasse εὐαπτερόδορον πόπον, scribit. νῦν δὲ, ut subiicit, τὰ βασίλεια λέγεσιν Αὐλέας, οὐτε πομεγάλοις ἐχόντις ποσφοροῖς οὐ πατέροις τόποις, οὐτε τὸ φερευλέας καὶ τοῦρκομάρος τοὺς Δορυφόροις τοῖς βασιλεοῖς. Idē Athenæus lib. xii. ex Clearcho Solensi tradit, à Medis ad Persas trāfisse Μιλοφοεῖα, μὴ μόνον ὃν ἐπανόν προφείσαν, δῆμα καὶ τῆς τὸ δορυφορούπολις βυφῆς, εἰς ὄσυνθλον φραγμάτας ἵσταμενα. Νικατεῖ πόρῳ ὡς ἐπιπερὶ τοῦ φερευλέαρος ἀμά καὶ μεταποτος αὐτῇ τοῖς τούτοις προφύτευσι τοῖς πάντας λόγχαις καθαπλιομένοις ἀρχύταις ἀποφέρουν.

Alexandrum quoque post Darium viēctum, horum Melophororum satellitiovsum, Älian. lib. ix. Var. histor. cap. iii. ita scribit. Καὶ τοσσοὶ μόνοὶ Πέρσαι πεντακόσιοι, οἱ παλέμφοι Μιλοφόροι, οὐδὲ αὐτοὶ (scilicet Alexandri πολεῖς) ἐπὶ εἰσιτεῖσαν, πορφυρᾶς καὶ μηλίνας ηθηρίου σολατ. Quod & Athenæus lib. xii. ijsdem propè verbis ex Phylarcho refert: ex quorum locorum collatione, didici, médosē in Aldina Athenæi editione scriptum, ποικίλιασιν ἐπιπεπτούμενοι πολυπλέσιν, cùm legendum sit ἐπιπονηθόν. Et quod Athenæus, οὐεκίσποις, ab Äliano δόρον dici, portandum est.

Persarum porro Reges, latus tam ab externis quam domesticis hostibus, magnō stipatorum satellitūmque agmine muniebant, qui Δορυφόροι & Αἰχμοφόροι, passim à Græcis auctoribus ideo quod hastati essent, appellantur: Αἰχματι enim eos, cum Acinacibus gestasse, apparet ex Herodoto lib. iii. qua parte Oræta cædem narrat. Huiusmodi au-

tem satellitum, quibus corporis custodiam mandabant, cohortes, ex Persarum potissimum gente conscribebantur. Corporis enim custodes, non alios quam populares suos, sibi adsciscabant, quos & inuiolatam fidem illis præstitisse Q. Curtius lib. vi. docet, apud quem Nabarzanes, in suis ad Alexandrum literis queritur, agitasse Darium custodiam corporis sui, cōtra ius fasque peregrino militi, tradere, damnata popularium fide, quam per ducentos annos inuiolatam Regibus sui præstitissent. Quanquam Darium, cui Ochus nomen erat, ex Hebreis tres adolescentes spectatae fidei, corporis custodes habuisse, Ioseph. lib. xi. Antiquit. Iud. cap. iii. & Sulpius Seuer. lib. ii. histor. Sacr. scribunt. Hi sunt, qui Esdræ lib. iii. cap. iii. τρεῖς νεάνιοι Σαμαπύλαχες, οἱ φυλάσσοντες τὸ σῶμα τῆς βασιλέως, dicuntur. Atque his spiculatores, Regiam, ut Aemilius Probus in Damme loquitur, tuebantur.

Pro foribus certè Palatij excubasse eos, ex ii. & iii. cap. Esther, & Iosepho lib. x i. Antiquit. Iud. intelligitur.

Cyrum etiam sibi, ex Persis decem milia Spiculatorum conscripsisse, qui noctu interdiūque Regiam custodirent, cùm ipse intus otium ageret, Xenophon lib. vii. ita scribit. Δαμασκίνοις οὐδὲ Τύνιοι (scilicet Persarum) μετόις δορυφόροις, οἱ πάκλῳ φύλοι τυκλός καὶ ὑμέρας ἐφύλακτοι πολεῖ τὰ βασιλέα, ὅποτε ἔσται ράσσεται; ὅποτε δὲ ἔξει ποιεῖ, ἔνθεν γέ εἴδει πεπαχμένοι ἐπορθόντο. Eāmque custodiā diligentiā seruatam ad suavissime tempora, subiicit.

His corporis custodibus, Præfectus dabatur: cuiusmodi præfecturam gessisse, Ariochem, Ioseph. lib. x. Antiquit. Iudaic. cap. xi. tradit, cùm de Da-

niele loquens, ait, πελέσιν Αειόχω, τῷ πιὸ ἀβλητοφυλάκιν τῆς βασιλέως ἀρχῇ πεπιστευμένῳ. Eodemque munere Arrabanum funditum, in Xerxis comitatu, Diodor. Sicul. lib. xvii. docet, qui cum τῷ Δορυφόρῳ ὑφηγούμενον vocat. Duo etiam Eunuchi, Αρχαπελάχες Regis, memorantur, cap. iii. Esther.

Porrò honori non modico ducebatur, in huiusmodi spiculatorum, & custodum corporis numeros referri. Existimandi copiam præbet Ioseph. lib. xi. Antiquit. Iudaic. cap. iii. qui de Zorobabeli, cui vetus cū Rege Dario amicitia intercesserat, Σαμαπυλαχεῖν, inquit, αὐτὸν μετάδιψαν σύνοικοι οἱ ξεῖνοι, απέλασεν δὲ οὐ πατέ θυμός. Alexander quoque, ut Diodorus Sicul. lib. xvii. loquitur, Τοὺς δηπαρεσάμης τοιαῦταν δορυφορεῖν ἔπαξεν, ἐν οἷς λιβύης δὲ Δαρεῖος αδελφὸς Οξασπην.

Reges ergo magna Satellitum manu stipabantur: eorumque latera, obiecti ac circumfusi Stipatores, defendebant, qui incurrentibus periculis se opponerent. Curtius lib. iii. ipsum Regem dimicatum, tria milia delectorum Equitum, affixa corporis custodia, sequebantur. Horum etiam Σαμαπυλαχῶν nocturnis excubijs somnum Regis muniebāt, ut Xenophontis paulo ante adducta verba testantur. Vnde apud Iosephum lib. x. Antiquitat. cap. ix. de Rege scribitur, φυλάπεται δὲ ταῦτα χειροσωτῶν, γέ αἰσαντεὶ δεδεμένων ταῦτα τὸ φόρον, κατεπιτείν πόρον οὐδεὶς πολυά, ποιμάνειν, οὐδὲ τὸ ιδίων αιταχεῖσθαι, ποιεῖ διώγμα τασσόντας, ἀλλ' ἐν ἔργον κήρουμένοις, αἰσιούσι τὸ φυλακῆν τὴν βασιλέα οὐτα τασσομένη.

Tutissima quidem Regum custodia, in eorum, qui parent, animis ac benevolentia posita est: quo satellitio stipati, securam Principes, omni amoto metu, vitam degunt: animoque tranquill-

Io, liberé cibum ac somnū capiunt: alioquin omnia tutā timent: ipsisque rerum experimentis cognoscimus, verissimum esse quod Imperator Marcus Philosophus, apud Herodian lib. i. prædicat, ό Δορυφόρων φρεστάν μαγιώ ρύθμην τὸν Αρχοντα, εἰ μη περιπέρχοι οὐδὲ ιππικάν δύνονται. Hoc vnicō Traiani exemplo confirmāsse coniūctus ero: Gratissimum enim Senatui populōque Romano fuisse, Plinius in Panegyr. ait, quod ille primo statim die, latus suum credidit omnibus. Neque enim, adiicit, stipatus satellitum manu, sed circunfusus vndeque, nunc Senatus, nunc equestris ordinis flore, prout alterutrum frequentiæ genus inualuisset, silentes quietosque lectores tuos subsequerebare. Et mox. Quanto nunc tutior, quanto securior, eadem domus, postquam eius, non crudelitatis, sed amoris excubij, non solitudine & claustris defenditur: & quid ergo? Nos discimus experimento, fidelissimam esse custodiām Principis, ipsius innocentiam. Hæc arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere. Sed tamen, ad ingenitam Persis erga Reges suos venerationem, etiam, salutis & maiestatis causa, corporis custodes accedere, placuit. Eoque exemplo aliarum gentium principes, eiusmodi Custodibus latus tegendum censuerunt.

Ex illis autem Δορυφόροις vnum, sellæ aureæ pedibus Regis, è curru descendantis, subiiciéda causa, regium currū sequi solitum, docet Athenæus, lib. xii. ex Dinone narrans, Regem Persarū nunquā currū desiliisse, sed semper, pedibus sellæ aureæ impositis, descendisse, sic vt nunquam solum continget: addit, ἀντος (scilicet Regi magno) γενους δίφρος ἐπέθετο: & πότῳ δηπειργων κατέβη. & ο βασιλέως Δορυφορος εις τὸν εἶπεν.

Regij autem stipatores, &s non merebant, sed à Rege annonas capiebāt, eisque, ex Regalis mensæ reliquijs, vt supra diximus, cibaria præstabantur. Quemadmodum enim apud Græcos, mercenarijs militibus in stipendium pecunia numerabatur, sic Persarum satellites, annonas, à Rege, in stipendijs rationem accipiebant. Quod Athenæus lib. IIII. docet, in hæc verba, οὗτοι πλεῖσα πότιν τὴν ιερείαν, καὶ τὴν σπίτιαν, οἵτινες βασιλεῖς, τὴν δὲ Δορυφόρων καὶ τὴν πλατεῶν πόντον ἐκφέρεται εἰς τὸν αὐλινόν, καὶ ιδεῖν ἀπαυτα, μετέλεις ποιήσατες τὴν πρεσβύτην τὴν αρχαντίαν ήσας διαφοραῖς παντα. οἵτινες δὲ οι μισθοφόροι εἰς τὴν Επαύλην μετὰ αρχέων λαμβάνονται, οὐποτι ποτα ποτα ταῦτα ταῦτα τὴν Βασιλέως εἰς τὸν πόλον λαμβάνονται.

Ceterum inter eorū ordines qui Regum lateri proximi erant, quidā Συγγενεῖς, id est, vt Curtius lib. III. & IIII. & Iustinus lib. x. in extremo, loquuntur, COGNATI, vocabantur. de quibus eiusdem Curtij ex lib. III. verba apponam. Exiguo interuallo, quos Cognatos Regis appellant, decem & quinque milia hominum. Hæc vero turba, muliebriter propemodum culta, luxu magis, quam decoris armis, conspicua erat: Doryphori vocabantur. Diodor. lib. xvii. Sectio. i. Δαρεῖος τὴν λαοὺς κέρατος ἡγούμενος, σωματικαὶ εἴχε Συγγενεῖς, ιππῆς κηπελέοις ταῦς δρεπάς καὶ δύοις, χλιοῖς πελειλημένοις εἴλη. istos etiam Συγγενεῖς, acie instructa, circa Darium locatos, Arrian. lib. III. refert. Sed & Curtius lib. ix. Darium decem legatos Cognatorum principes, ad Alexandrum misisse, refert. Et idem Arrian. lib. VII. Et ita Συγγενεῖς quoque accipe apud Diodor. lib. xvii. in quo est, καὶ τὸ φίλον καὶ τὸ Συγγενέον επιέχει (de Dario sermo fit) ποὺς Διδέταις, ὃν Τεῖς μόρι ποὺς αρμοζόσις ἡγεμονίας κατημένεις, ποὺς δὲ μὴ ἔσωπος μηδενικόν περισσεύειν. Hos Diodori Arrianique interpretes,

minus peritè, *Confanguineos*, reddunt. Honorariam verò appellationem huiusmodi fuisse, nec ullo sanguinis iure, aut aliquo naturali cognitionis vinculo, competijsse, ex eo planum sit, quod, inter cetera victoriae præmia, tribus satellitibus hoc quoque Darium proposuisse, *Kai Συγγενής μου*, vel, εμοί, κανθάρου, Esdræ lib. III. cap. IIII. & IIII. & apud Iosephum lib. XI. Antiquit. cap. IIII. legimus. Alexandrum etiam hoc Cognatorum nominis honore, Persas quosdam adfecisse, Arrian. lib. VI. narrat his verbis, παλέσσειστο, ἦ Γροῦν τοις ὅπλαισιοις, τοις πιημονίας αὐτοῖς τὸ πέχεον διένεμε. καὶ δόσις Συγγενεῖς απτφωε, τούτοις δὲ νόμοιον ἐπόκτισε φιλεῖν αὐτὸν μόνοις. Quæ res Maccedonum animos non leuiter offendit: quorum querelas Callinices perferens, ita cum Alexander, apud eundem Arrianum expostulat: Πρῶτον μὴ θυεῖ ἀντιπόνους σωτῆρι Συγγενεῖς καὶ παλαιῶποι Πέρσου συγγενεῖς, Αλεξανδρεῖς, καὶ φιλοῦσι τοις Μακεδονοῖς διόπι πεινεταὶ τοις πρώτοις. Cui satisfaciens Alexander, αὖτις μάζα πέφη ξυμπάνταις, ἀμαρτητοῖς Συγγενεῖς. καὶ πότε, οὐ πούπους, οὐτα καλέσω. Quo dicto, Callinices, θεοπλεγματικοὶ, εφίλησεν αὐτὸν, καὶ διπερ δῆμοις φιλησαντες θέλουσε. Vnde colligitur Cognatos istos Regis, non adoranda tantum purpura ius habuisse: verum, & ad oris osculum admissos. Peculiarem etiam à Rege, his Cognatis cænam datam, quæ Συγγενεῖς dicitur vocabatur, cui extraneus nullus adhibebatur, supra docuimus.

Erant & principes quidam viri ab honoris æqualitate ὄμοιοι appellati, quorum apud Xenophonem lib. I. & II. παρ. non semel fit mentio. Hi assiduò pro foribus regiæ stantes, præstò erant ad obsequia, manentes donec à Rege dimitteren-

tur. Chrysanthem namque Persis auctorem fuisse censendi, ἀντίμοις δὲ παρεῖναι ὅπῃ Σύρας καὶ παρέχειν αὐτοῖς γεῦσας, δηποτεύταρ, ἔως αὐτοῖς Κέρας, Xenophon lib. VIII. παρ. scribit. Proinde, ut subiicit, ἐφοιταν ὅπῃ πατέρας Κύρου, οἱ ἐν προισι σωτῆρις ποιοις καὶ τὰς αἰχμαῖς. Idē lib. VII. οἱ Γέροις ὅπῃ ποιεῖς ἀρχῖοις τοῖς ὄμοιοις εἴργαν tradit. Regiæ foribus adstare, cōsisterēque, ex Cyri præcepto, πρ̄ceres & primates omnes, apud Persas vſu receptum fuit. Ideoque apud Plutarch. in Themistocle ὅπῃ Σύρας appellatione, non corporis modo custodes, ut quidam interpretātur, sed purpuratos ac Torquatos quoilibet accipe. Quod perspicue idem Plutarchus in Pelopida, docet, ἐπιπτει inquietes, τοῖς ὅπῃ Σύρας Σατράπαις καὶ στρατηγοῖς καὶ ἡγεμόναις ὄφεις. Σεῦμα καὶ λόγον παρέχει. Sic cap. XXX. Esther, Omnes serui Regis, qui erant pro porta Regis, ut habet vetus versio. Nam Seruos omnes appellatos eos qui in aulico aliquo officio Ministerioque versabantur, non dubium est: quos ad fores Palatiū considerere, & morari consueuisse constat.

Persarum etiam & Parthorum proceres, ac purpuratos, MEGISTANAS interdum appellari obseruandum est. Esdræ namque lib. III. cap. III. legimus, rescriptum, πάντας Μεγιστάνας τῆς Μιδείας καὶ τῆς Ράσιδος πάντας τοὺς Μεγιστάνας τῆς Ράσιδος, & Μιδείας, καὶ Σατράπας, καὶ στρατηγοῖς, καὶ ποτάρχοις. Daniel. quoque lib. III. πάντα Ναβαχοδονόσορες Κατέστη ἐν σπουδῇ, καὶ εἶπε τοῖς Μεγιστάνοις ἀντ. Iudith. cap. II. Nabuchodonosore, σωτεράτερος πάντας τοὺς θεοπονταῖς ἀντ., καὶ πάντας τοὺς Μεγιστάνας ἀντ. in Euangel. D. Marci cap. VI. Herodes dicitur cœnam exhibuisse, τοὺς Μεγιστάνους ἀντ. καὶ τοὺς χιλιάρχοις. Ioseph. lib. XX. Antiquit. cap. II. de Arrabano in regnum restituto, καὶ Αρταραῖς οὕτω δι' Ιστάνου πάλιν εἰς τὰς

ἀρχὴν καθίσταται τοπίον αὐτῆς ἐμπεσον, οὐτὶ ποὺ Μεγιστᾶς. Alexander Aphrodisi. in Topic. ὁ πύλης ὁ ρεγέμβρος τοῦτο βασιλέως, οὐτὶ θεὸς Μεγιστᾶς. Hesychius, Megistāes, οἱ εἰς ταῦτα οὖν. Quod nomen Latini quoque auctores vīlu suum fecerunt. Nam & Megistanas Babyloniōs, Q. Curtius lib. v. dixit: & Suetonius, in Caligula, cap. v. Parthorum regem, in luctu, Megistānū conuictū abstinuisse, refert. Tacitus lib. xv. Annal. Megistanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, pepulit sēdibus.

Fuit & apud Parthos Persas, celso dignitatis gradu, Magistratus, qui SVRENAS vocatur: quo in officio positos, noui Regis frontem, patrio gentis more, Diadematē reuinixisse, proximūmque à Rege locū obtinuisse, iam in trāsitu docuimus. De cuius Magistratus auctoritate, potestatēque, fastu etiam Regalique magnificētia eius, qui hoc officium, quo tempore Craffus à Parthis vicit, cæsusque est, gerebat, integrum plutarchi locum, quem supra strictim attigi, subiectere operā pietum censui. Verba in Craffo sic habent, οὐδὲ τὸτε ίδε τὸν παχόντων ὁ Σερπίων διὰ πλούτου εἰδὼν γένεται, μηδ' βασιλέα σείνερος, αὐτότερος δὲ τὸν δρυοτητὸν τῷν καθικαῖν, οὐ Πάρθων τοφέτος. ἐπειδὲ μεγάλη γένεται Κραφτός, οὓς οὐδεῖς ἔπειρος. Κέιλινον δὲ καθικήσας τούτῳ φορέμβρος Καριδίοις, ηδὲ διεκαστασιάνικας επιτελεῖ τὸν Γαλανίδων. ιππεῖς δὲ καπτεφευξίοις χλιοῖς, πλειονεσ δὲ τοῦ πονιφων παρίπεμπον. εἰς δὲ ποὺς σύμπαντας ιππεῖς ὄμοις πλατεῖς τοὺς διδύλιους, μελιανὶς σπουδόντας. καὶ γένεται μὴ οὐδὲ, ξερῆς εἰκένητο, βασιλεῖς θυμόμβων Γαρθῶν, ὅπησέντα τὸ Διαδηματοφέτος. Eadem & in Appiani Parthicis curiosus lector inueniet: absque vlla vel syllabæ vnius varietate, nisi quod pro διγά, διγάς, pro διγότητη,

νιδητη, pro ὡς οὐδεῖς, ὄσος οὐδεῖς, scriptum est. Strabo lib. x v. Σιναναὶ εἰς Κεσσως διεφθάρη δόλῳ ληφθεῖς ίπαν Σερπίων τὸν Γαρθῶν τερπτον. Tacitus lib. vi. Annalium sed ubi diem ex die prolatabant, multis coram ετεροποιοῦσιν adprobantibus, Surena, patro more, Tihidatem insigni regio euinxit. Quod genus loquēdi, idem lib. xv. usurpans, simul ait, Diadematē caput Tiri-datis euinxit. Mansisse etiam ad sua usque tempora, hanc Magistratus huius dignitatem, Ammianus Marcellin. non semel docet. Sic enim lib. XXXIII. Surena, post Regem, apud Persas, pro merita dignitatis. Rursumque lib. xxx. Aduenit Surena, potestatis secundæ post Regem. Eodemque lib. Surena datum à Sapore Persarum Rege negotium, refert, ut ea quæ Victor Comes, & Vrificius suscepserant, armis repeteret. Zozimus lib. III. οὐδὲ Σερπίων (Δρῆσ δὲ την πατερα Γρούμης οὔνομα) λόχου εντονούσης &c. Et iterum eodem lib. Σερπίων τὸν άλλος οὐδὲ διωδειπορούσης οὔνομα Ιζέπεμψαν. Inuenitur & SVRENÆ nudum nomen, apud Suidam: cui tamen in vocis huius interpretatione, vox fauibus hæsit.

Reges porrò Ianitorem & Ostiarium habebant. πολυρόν vocat Herodotus, lib. III. ubi de Sylo-fonte ait. Κεπεῖς τὸν περιθεατὴν βασιλῆος οἰκιαν, καὶ ἐφι διαρέει διρήσει, οὐαντῇ τοι τὸν αἰούσους ὁ πολυρός τοῦ βασιλεῖ, cui imperat Darius, αἴτον παρέχετε έστι, ίνα εἰδέσθε τὴν θέλων λέγεται. παρῆγε ὁ πολυρός τὸν Συλοσάντα. Quintam pro portis Palati, excubias, corporis custodes agebant. Quæ res, septem Persis consilia de Magorum cæde agitantibus, negotium facessere videbatur. Dario enim censenti, noctu adorientes, adgrediendosque esse, Othanes dubitatio-

nem ita mouet, καὶ οὐ πέρ τινα πάντας ἐπειδὴν εἰς τὸ βασιλεῖα, καὶ ὅπου γίνεται αὐτοῖς φυλακαὶ τῷ δὲ στέστασι σύνδεσμον καὶ αὐτὸς, εἰ μὴ ἴδειν, ἀλλὰ σκούσας, ἀδέσπειτο περισσόδημον. Cui responderet Darius, ὡμεῖς δὲ τοῦ φυλακαὶ τοῖς κατεστάσις, εἴσασι χειλεπτὰ παρελθεῖν. τόπῳ μὲν τῷ δρόῳ μέσων ἐόντων Κιών, οὐδεὶς δέσπις οὐ παρίστηται.

Post istos qui atria seruabant Ostiarios, quique primo aditu arcebant eos, quos summoendos censebant, occurrebant alij foribus Regiae adstantes αὐτοῖς εἰσφέροντες, quos Latini auctores Internuntios vertunt: per quos adeuntium desideria, preces, postulationesque ad Regem perferebantur. Ordinem hunc Ostiariorum, Excubitorum, Admisionaliumque, nō obscurè patefacit, Herodot. lib. i. 11. narrans vii Magi à Septem Persis oppressi fuerint. Καταδεόμοι τῷ δρόῳ οἱ φύλακοι μῆδος τοὺς Περσῶν τερρότος, καὶ οὐδὲν πιστὸν τοπεύοντες δέ τοις εὐδέλημα, πατέσσαντες, τοῖς πρώτῃ χρεωδήσοντο, οὐδὲν ἐπιχρήταντες. επὶ τε δὲ καὶ παρβλήσοντο εἰς τὸν αὐλῶν, οὐκέποτε ποσὶ τοῖς Αγγείοις εἰσφέροντο Εὐνούχοις, οἱ σφέας ισόρευον δέ, τη διλοντος πόνον. ἢ διατερέοντες ποντοῖς, ποσὶ Πολυρροῖσι απέτελον, ὅπεριας παρηκαν. Eandēmique facti seriem breuiter recitans Zonaras, Annalium Tomo i. οἱ δὲ ἐπὶ τῇ μηδρᾳ εἰς τὸν ὄδηγὸν τὸν Εργάσιον μαδόντες, ὥρισαν μὲν διεύθυντες τὸν βασιλεῖα καὶ εἰσῆσαν, πατέσσαντες τῷ φυλακῶν μηνινούσι. μηδοῦσι τῷ δρόῳ τὸν ωδροῦσιν μὴ μηδρῶν. παρελόντες δὲ εἰς τὸν αὐλῶν, ἐνέπυχον τοῖς Αγγελιαφόροις Εὐνέρχοντος, οἱ σφέας ἤρωταν, ζητῶντες οἷοισι, ἐκπλανούντες τοφοτούρην οἴνην. Cuiusmodi οἱ Αγγελιαφόροις officio apud Cambyses functum Prexaspem, Herodot. lib. i. 11. ita scribit. λέγεται πότε εἰπεῖν αὐτὸν (de Cambysē verba facit) τοῦτος Γρηγόριος, τὸν εἰπεῖν τε μάντιστα, καὶ οἱ τοῦ αγγελιαφόρους εἶνται.

per hos Internuntios Responfa his à quibus adi-
bantur,

bantur, Reges dabant. Iustinus lib. i. de Ninya Ni- ni & Semiramidis filio. Raro à viris visus, in femi- narum turba consenuit: posteriquaque eius, id exemplum sequuntur. Responfa gentibus, per Internuntios dabat. Mo- ris utique fuisse apud Persas, ad ducat, φύλακας γενιαλέ- δεις, ἐπειδὴν καρόν χρηματζίς, Heliodor. lib. viii. hi- stor. Äthiopic. tradit.

CHILIARCHVM etiā fuisse, πότε τοι εἰστηρεκίας εἰσο- μῆται τῷ βασιλέ, καὶ τοῖς διερθροῖς εἰσάγονται, Älian. lib. i. Var. Histor. cap. xxi. ostendit. Plutarchus in Themistocle, ἐντὸντος Αρταξερχού τῷ χριστῷ, λέγων, Επει τούτῳ, βουλευθεὶς δὲ ἐπωνύμῳ βασιλεῖ τοι εἰσερχομένων. Eius quoque Chiliarchi, seu Tribuni, par- tes fuisse, exterarum gentium legatos, ad Regem missos, aut eos qui cum Rege agere vellent, ad cūmque quoquo modo adfectabant viam, admitten- ter, τοι εὐλογίαν sine hoc admissum, Ämil. Prob. in Coloniæ, docet. Illuc enim refert, Cononé à Phar- nabazo, ad Regem Artaxerxem, Tisaphernis, qui ab eo defecerat, accusandi gratia, missum, primum, ex more Persarum, ad Tithraustem Chiliarchum, qui se- cundum imperij gradū tenebat, accessisse: sēque ostendisse cum Rege colloqui velle. Hoc Chiliarchi, munere Bagoam Eunuchum, in Artaxerxis aula, functum, Diodorus lib. xvii. refert. Sacam etiam Astyagis pincernā, Admisionalis partes obijisse, Xenophon lib. i. παρδ. significat his verbis, οἱ δὲ Σάκας αἴστη καλός τε ἀντέτηχε, καὶ πηλεύ ἔχων τοφοτούρην τοῖς διερθροῖς Αγνάκοις, & ξανθοφλέντες οἱ μηνινούσι. Λόγοι δοκεῖν θεοντούρην. Eaque gratia Sacam διητοῦσαν θε- tisse, accessuque & aditu prohibuisse eos, qui in- tronmittendi non esse videbantur, ibidem ait. Reges autem, perfici sermonis ignaros Græcos,

per Interpretem audiebant: atque ita, Sylosontis Samij verba, à Dario exaudita, Herodotus, lib. III. refert. Γαρ ἡ δι πλερός τὸν Συλοτῶντα, τούτῳ δὲ εἰς μέσον ἕπωντες οἱ Ερυθροί, οὐς τε εἴη. Themistoclem quoque, ubi primum in Artaxerxis conspectum colloquiūmque venit, per Interpretem locutum, Plutarchus in Themistocle scribit. Sic etiam cum peregrinis egisse Reges, indicat Herodot. lib. III. sermones à Dario, coram Græcis, habitos, cum Indis, narrans, his verbis, παρεότων τῷ Ελληνῶν, καὶ δι' Ερυθρούς μεταδιδόντων τῇ λεγόμενᾳ.

Habebant & Reges, Cubicularios, quos Plutarchus in lib. περὶ ἱματίου. Καπινομάσας: Diodorus vero Sicul. lib. xv. & idem Plutarch. in Apophthegmat. Καπινομάσας, vocant.

Ad domestica autem Ianitorum, Cubiculariorum, & eorum qui à Responsis, & à Poculis εἰνται ministeria, Eunuchorum opera uti consueuerant. Cyrus enim intelligens se custodibus corporis egere, & homines nusquam facilius capi, quam cibulentis, & potulentis, balneis, somno, lecto, existimauit sibi fidissimos ad eam rem esse diligendos. Itaque spadones ad eiusmodi officia adsumpsit, & ut Xenophon. lib. vii. παρ. tradit. Ἀρξάρχος Σέρσης Θυρωρὸν, πάτρας τοῖς τοι τὸ ξανθὸν σῶμα θεαπευτῆρας, ἐποιήσαντο Ευνούχους. Diodor. Sicul. lib. xi. Αρακονωστρόφος δὲ τὸν θηρευτὸν περὶ Μιθριδάτεων τὸν Ευνούχον, διὰ τοῦ Καπινομάσης τὸ βασιλέως, καὶ τὸν ανειωτέτινον ἔχοντα. In Hebræo etiam codice lib. Esther cap. ii. Bagathen & Tharen Eunuchos, Ianitores fuisse, & in primo palatiū lūmine resedisse, refertur. Spadonum certe fida ministeria, Philostrat. lib. II. de vita Apollonij, prædicat. Quod genus hominum

odio habuisse, Imperat. Alexander Seuerus dicitur. Eunuchos, enim, ille, (ut in eius vita à Lampriadio relatū extat) nec in Consilijs, nec in Ministerijs habuit: qui soli, Principes perdunt: dum eos more gentium, aut Regum Persarum, volunt vivere: qui à populo, etiam amicissimum principem semouent, qui Internuntiū sunt, aliud, quām respondetur sepe referentes, claudentes Principem suum, & agentes, ante omnia ne quid sciat. Et alio eiusdem libri loco, Eunuchos, ait Lampriadius, de ministerio suo abiecit, & vxori, ut seruos, servire iussit. Et cum Heliogabalus principium Eunuchorum fuisset, ad certum numerum eos rededit: nec quicquam in Palatio curare voluit, nisi balneas feminarum: cum pleroque Eunuchos rationibus, & procreationibus, praeposuisset Heliogabalus, hic illis & veteres sustulit dignitates. Idem, tertium genus hominum Eunuchos esse dicebat, nec videndū, nec in yisu habendum à viris, sed vix à feminis nobilibus. Denique ait noluisse Alexandru, ab aulicis suas vendi dispositiones: quod factum fuerat sub Heliogabalo; cum ab Eunuchis omnia venderentur, quod genus hominum, inquit, idcirco secreta omnia in Aula nosse cupiunt, ut soli scire aliquid videantur, & habeant, unde vel gratiam, vel pecuniam requirant. Dij boni, quantum diuersus Alexander ab illo cuius principatu, Omnia cesserunt, Eunicho Consule, mōstra.

Eunuchi quoque circa Reginas erant, quemadmodum ex Curtio lib. IIII. liquet. Idēmq; probatur, Esther cap. iii. his verbis, ἀδελφὴ τοῦ Αχαρέων τὸν Ευνούχον αὐτῆς, διαπεσίνες αὐτῆς. Eoque respexisse videtur Terentius, Eunicho, Act. i. Sc. 2. cum ait, Eunuchum dixti velle te: quia sola vivitur bis Regina. Hos etiam pellicibus & concubiniis Regis, custodes adhibitos, supra ostendimus.

Insuper, Persarum Reges, Scribas, habebant, quos Γραμματεῖς βασιλίου, Herodot. lib. III. vocat, Γεγματῖς vocantur; Esdræ lib. I. cap. III. & Esther cap. VIII. & apud Ioseph. lib. XI. Antiquit. cap. VI. Scribæ Darij meminit Q. Curtius. Huiusmodi Scribas pralij interfuisse ut ea describerent, Io. Tzetza, Histor. Chiliade I. his quos de Xerxe conscripsit, versibus docet. Χρυσοῦ δρόνων καθήδρος, ὡς τὸν γαμαζάν. καὶ Γεγματῖς παισιπο, μέλοντες τούτων γράφειν. Per hos Edicta & Rescripta conscribebantur, & ad prouinciarum Præfides dirigebantur, ut appararet ex cap. IIII. Esther. καὶ ἐκάθισται οἱ Γεγματῖς ἦ βασιλέως, μηδὲ πεφτα, τῷ πεισαθέσθαι, καὶ ἔχειν φανεῖν εἰπεῖν οἱ Λυδοὶ, Τοῖς Διπλωτῆρις, ὃ τοῖς δράχοις καὶ πάσοι κούπαις.

Rursusque cap. VIII. Εκάθισται δὲ οἱ Γεγματῖς & cet. καὶ γέραφι Τοῖς Ιαδαῖοις ἔρεφι δὲ, μὴ βασιλέως. Ioseph. lib. XI. Antiq. cap. VI. μεταπομοθέπται οὐδὲ Τοῖς βασιλικοῖς Γεγματῖς, εἰκέλει γέραφι Τοῖς ἔθνεσιν τοῦτο τῇ θείᾳ.

Hoc loco libert interponere, et si seiuinctum ab instituto orationis cursu est, ut, quaque verborum formula, Rescripta, Edicta, Decretaque Regia, & ut Plautus loquitur, *Basilicæ editiones*, conciperentur.

Edictorum & Rescriptorum initiji ferè adscribi solebat, βασιλεὺς ἐπως, seu Κύρος, λέγει. Et ita, apud Iosephi lib. XI. Antiquit. Iudaic. cap. I. in Edicto Cyri, Κύρος ὁ βασιλεὺς λέγει. Eiusdēmque lib. cap. III. in Rescripto Cambysis, βασιλεὺς Καμβύσης λέγει. Sic cap. V. Esdræ, Οὐνως εἶπε Κύρος ὁ βασιλεὺς τῇ πόλει. Similitérque Xerxis ad Pausaniam Epistola, quæ à Thucydide lib. I. refertur, principium habet huiusmodi, Κύρος λέγει βασιλεὺς Ερέχτιος. Herodotus

lib. V. Darij ad Histiam litteras adducit, hoc modo conceptas. οὐταῦτος, βασιλεὺς Δαρεῖος & δε λέγει, Εγώ φροντίζω, &c. Sic etiam Judith. cap. II. Nabuchodonosor Holophernet ὅρκος εστήσας τῆς διωμέως, affatur: Ταῦτα λέγει ὁ βασιλεὺς ὁ μεγας, ὁ κύριος πάσους τῆς γῆς. Ιδοὺ σὺ Κέλεβος εἰς ταφάσι παντας τὴν λήψιν, &c. Eandēmque illis téporibus, verborū formulam, alijs principibus placuisse, Herodotus lib. III. docet: de Amasis loquens in hunc modum, οὐαὶ τοις ἐς βασιλεὺς ταῦτα, επίστεται εἰς Σάμον. Αμασις Πολυκράτει πρᾶτε λέγει. Orætis quoque ad Polycratem Samium epistola, hanc habet inscriptionem, apud eundem Herodot. eodem lib. Οροίτης Πολυκράτει πρᾶτε λέγει.

Artaxerxes vtique Officialibus suis rescribens, εἰρήνην γὰρ πάσου, illis precatur, Esdræ cap. III. Vicissimque Præfides Dario scribentes, eiusdem Esdræ cap. V. Epistolam ita inscribunt, Δαρεῖος τῷ βασιλεῖ ἀρτίου πάσου. Darij quoque litteræ, quas scipissime cū, πάσι Τοῖς λαοῖς, φυλαῖς, γλώσσαις, Τοῖς οἰκοδοσιν εἰς πάσου τῇ γῇ, Danielis cap. VI. refertur, initium habebant huiusmodi, Εἰρήνην γάρ πάντων διδούσην. Εκ περούπου μου, εἴτε δέκα τῇ εἰς πάσου ἀρχῇ τῆς βασιλείας μου, &cetera.

Artaxerxis autem Decretum, Esdræ cap. VII. refertur in hæc verba, Εγώ Αρχίστατα βασιλεὺς, ἐπικεγώνων πάσους τοῦτο γάρ εἰς, τοῦτο πρέπει τῷ ποταμῷ.

Sanctionem vero Cyrus, suo de sacris Hierosolymitanis præcepto, si quis aliter, seu aduersus ea fecisset, subiuxit huiusmodi, Τοῖς δὲ αὐτοκούσιοντας τούτων ηγανταστας, πατερωναθηναγοραντοι βασιλεῖς, & πατερας αὐτῶν ηγαντοι βασιλικάς, quemadmodum Iosephus, lib. XI. Antiquit. cap. I. refert. Eandēmque Sanctio obliquis verbis, apud eundem Iosephum lib. XI. cap. IV. ita citatur, Τοῖς δὲ αὐτοκούσιοντας τούτων επισταλεθέντας, συλλη-

Litteræ verò quas Persarum Regibus eorum officiales & ministri scribebant, his plerumque verbis inchoabantur, *γεωργίαν την βασιλέων*, ut ex cap. *III.* & *v.* Esdræ apparet, vel, ut est apud Iosephum lib. *x.* Antiquit. cap. *II.* *Γνάθαν σὲ χόν.*

Præter Scribas ordinarios, qui Regibus erant ab Epistolis, alium fuisse qui *πολιτεῖαν τὴν αρχαιότηταν*, siue *τὰ πρωτότοπα*, in scriptis redigeret, apparet ex Iosepho, lib. *x.* Antiquit. Iud. cap. *II.* & *III.* Ac planè actis mandari, & in commentarios referri, quæcunque suis temporibus memoratu digna gererentur, statuerenturque, Reges curabant: quemadmodum Diodor. Sic. lib. *II.* de Ctesia agens, indicat. Sic, Eunuchorum aduersus Regem Artaxerxem conspirationem, indicio Mardochai detectam patefactamque, iussit Rex, ad memoriam posteri temporis sempiternam, literis mandari, & in Bibliothecam Regiam reponi, Esther cap. *I.* Cuiusmodi libri, *χαροπίματα* vocantur à Iosepho: & *βέβλος ψιφιμητριαπονος*, cap. *III.* Esdræ, & *γεράματα μητρόσαντα τῆς ἡμερᾶ*, Esther cap. *VI.* Eos libros adiri, inspicique, re ita exigente, consueuisse, Iosephus lib. *x.* Antiquit. cap. *II.* ostendit. Illuc enim prouinciales Magistratus Samariæ à Cambysè petunt, *βηπονέην τὴν πατέρων βιβλία*. Quibus ille ita respondet, *Εἰκέλθουα βηπονέαν τὴν πατέρων μονόν βιβλίαν καὶ μέρην οὐ πόλις ἐχθεστι βασιλέων αἵτινες γεγνηθότι*. Darium quoque monitum à Satrapis, vt eosdem commentarios consulenter, eiusdem libri cap. *III.* narrat. Ibidemque Zorobabel Satrapas rogat, vt ad Darium scribant, *διπλας ὀπινοτελεύτας τὴν βασιλέων ψιφιμητρα*, inueniat à Cyro mandatam fuisse Scribæ, templi instauratio-

nem. Eodemque loco, de Dario, *Προσέπαξεν ἐν τοῖς βασιλεῖς ψιφιμητρας ζητηθέντας τὸν βασιλέα τούτων*. Sic & cap. *III.* Esdræ, Scriba & alijs, Artaxerxem rogāt, *ἴνα ἐπονέψαται ἢ βέβλω ψιφιμητριαπονος*. Eodem rerum gestarum commentarios, sibi quandoque legi & recitari Reges iubebant, vt indicat Ioseph. lib. *x.* Antiquit. Iud. cap. *VI.* de Artaxerxe loquens his verbis, *τὸν γεράματα ποιήσαντα τοὺς τῆς πολιτείας ἄνδρας βασιλέων τὴν ψιφιμητραντα τὴν ιδίαν πορείαν μαζευώσουσιν ἀντα,* *περιστέλλεν*.

Huiusmodi autem Commetarios de rebus quæ in Cyri tempora incidenter, Ecbatanis inuentos, idem Ioseph. lib. *x.* Antiquit. cap. *III.* narrat. Nam cùm Darius iussisset Regios huius generis libros, ad rerum gestarum fidem, conquiri: *Θύρην*, ait ille, *ἐν Εκβατανίοις, τῇ βαρφῇ τῇ ἐν Μιδιᾳ, Βέλιον, ἐν τῷ Κάρδε τῇ αναγεγραμένα, Εν τῷ περιφέτῳ τῆς βασιλείας ἔπει, Κέρπος ὁ έποιεις τελέθεις*, & reliqua. Quanquam Esdræ cap. *v.* Darius monetur Cyri commentarios requirere, *ἐν τῷ οἴκῳ τῆς γαζῆς βασιλείων*. Secundum quæ, eiusdem lib. cap. *VI.* Dario scribitur, *καὶ ἐπονέψατο τὸν βιβλιοθήγαν, οὐν γάζα κεῖται ἐν βασιλείᾳ*. In Medorum tamen arce repertos eos Commentarios refert. Ex his, vt locum hunc concludam, efficitur, Persicos Reges, Scrinia Memoriae, & Epistolarum, item Bibliothecas habuisse. In illo autem Esdræ loco, qui Hebraicam linguam callent, Bibliothecam, *domum thesaurorum*, interpretantur, traduntque duplicitis generis Bibliothecas extitisse. Vnas, in quibus libri qui ad sapientiam & doctrinam pertinebant, adserabantur: Alias verò, in quibus Ratiociniorum publicorum codices, & ad rem nummariæ pertinentia volumina, reponebantur.

Iam Archiatros in comitatu suo Persarum Reges habuisse, quibus se liberosque suos in ægritudine corporum committebant, ex Herodoti lib. III. liquet. Et quidem peregrinorum, non etiam indigenarum, Medicorum opera vfos Reges Persarum, argumento sunt, Ægyptij illi Archiatri, quos, & ibidē Herodot. refert, Darius ob imperitiam, & quia morbo suo, non æque atque Democedes Crotoniates, medicinam fecissent, in cruce agi iussit: quibus tamen Democedes capitallis huius inscitæ veniam impetravit.

Medicas vtrique artes in Ægypto inclaruisse, eoque nomine Alexandriam vel maximè nobilitatam, Ammian. Marcellin. lib. XXII. testatur. Etenim eam vrbeim, olim liberalibus studijs floruisse, ac ne suis quidem temporibus, in eadem vrbe, doctrinas varias filuisse narrans, adiicit, Medicina autem (cuius in hac vita nostra, nec parca, nec sobria, desiderantur vita nostra ad minicula crebra) ita studia augentur, in dies, ut licet opus ipsum redoleat, pro omni tamen experimento sufficiat medico, ad commendandam artis auctoritatem, si Alexandra se dixerit eruditum.

Porrò de Democede, Archiastro, præter Herodotū videndus Suidas, & Io. Tzetzes Historicor. verū Chilia. III. cap. XCVII. In hoc Persicoru Archiastrorū ordine, & numero, non infimū locū Ctesias Gnidius tenet, quem Persicarum rerum bonū auctorem, in primis, indicū tacitus præterire nō possum, à me ergo is hoc μυμόσων feret, quod ei Iubens, merito, do dicōq; Hunc Artaxerxis Memonis Archiastrium fuisse, prælioque quod inter ipsum & Cyrum fratrem commissum est, in-

terfuisse, atque adeo curasse vulnus Regi a fratribus inflictum, constat ex Xenophonte, lib. I. Aya-
cas. & Plutarcho in Artaxerxe. Xenophōtis verba
qua & Plutarch. strictim attigit, sunt, πάγι, vide-
licet Cyrus minor Artaxerxem fratrem, καὶ τὸ σέρ-
νον, καὶ ἡ περιστορή τὸ θάνατον, αἱς φυσὶ Κινιας οἰδεῖς, ηγή-
ιασθεν αὐτὸς τὸ σῆμα τοῦτο. Et mox, δύοσι μὲν τῷ αὐτῷ βα-
σιλέᾳ απέπτενον Κηνιας λέγει: παρ' ἐκείνῳ φέρεται. A quibus
Diod. Sicus dissentēs, in Cyri minoris partibus,
Ctesiam fuisse, eoque pralio captū, in Artaxerxis
potestatem venisse, & propter artis præstantiam,
a Rege ad curam corporis adsumptum, lib. II. ita
scribit, Κινιας δὲ ὁ Κνίδιος, οὗς καὶ Ηπείρου πλὴν χρόνοις
ὑπῆρχε, καὶ τὰ Κύρια ἔργατα τῷ Αρταξέρξῃ πιναξελφόν.
Φύροβον δὲ αἰχμαλωτος, εἰ δέ τὰ ιστορικὰ θητησύμενα μίστη-
φεντις τὸν τὸν βασιλέως, ἐπιτακτεῖται ἐπι μετέλεων προφύρμος
τοῦτο αὐτὸς. Τόπος οὐδὲ φυσὺν, ἐκ τοῦ βασιλικῶν μηθεραν, εἰδί-
οι Πέρσας τὰς παλαιὰς περιέχεις, κατά πνανόμοι, ἐχον ταυτικα-
γένειας, πολυτελεσμονῆται τοις καθί οὐκαστα, & σωπαξανθρο-
πιὰ ισοτείας εἰς τοις Επιλιαστένεισκεν. Strabo, de Gnidio
Loquens, lib. XLI. έντελθεν δὲ γε Κινιας, διαβόσις μὲν
Αρταξέρξῃ, ουγείσι φας δὲ τὰ Σηνεκα, καὶ τὰ Γρισκα. Ex-
stat & apud Suidam, de Ctesia, elogium huius-
modi, Κινιας, κληοτέρχου ή Κινιούχου, κινιοσιαλέγεις δέ οἰδέρνε-
σσει, εἰ Γέρσας, οἱ Αρταξέρξῃ, πόν Μηνίμονα κατέτινε. οἱ σω-
ζαντεις Γέρσας εἰς βιενίτης εἴποις καὶ τεινοι. Præterea οὐδὲ τοῦ
καὶ οἱ Ασσαν φόρων, libros scripsisse εἴναι, Athenaeus lib. X.
docet: quorum tertium lib. II. laudat. Apud Sto-
bœum quoque, Serm. XC VIII. eiusdem de Monti-
bus liber X. citatur. Vnus in huius Ctesiae historia,
fidē desiderat Plutatchus, qui in Artaxerxe fama
eius non parcit his verbis, Κινιας, οἵς ἔστι φιλόπημος
τοῦ, δέ όχι τίθον φιλολαίσον, καὶ φιλοκλέαρχος, οἷς πνας, εἰ τῷ διη-

Iam Archiatros in comitatu suo Persarum Reges habuisse, quibus se liberosque suos in ægritudine corporum committebant, ex Herodoti lib. III. liquet. Et quidem peregrinorum, non etiam indigenarum, Medicorum opera vfos Reges Persarum, argumento sunt, Ægyptij illi Architri, quos, & ibidē Herodot. refert, Darius ob imperitiam, & quia morbo suo, non æque atque Democedes Crotoniates, medicinam fecissent, in cruce agi iussit: quibus tamen Democedes capitulis huius inscitæ veniam impetravit.

Medicas vtique artes in Ægypto inclaruisse, eoque nomine Alexandriam vel maximè nobilitatam, Ammian. Marcellini. lib. XXI. testatur. Etenim eam vrbem, olim liberalibus studijs floruisse, ac ne suis quidem temporibus, in eadem vrbe, doctrinas varias siluisse narrans, adiicit, Medicinae autem (cuius in hac vita nostra, nec parca, nec sobria, desiderantur vita nostra ad minicula crebra) ita studia augmentur, in dies, ut licet opus ipsum redoleat, pro omni tamen experimento sufficiat medico, ad commendandam artis auctoritatem, si Alexandræ se dixerit eruditum.

Porrò de Democede, Archiatro, præter Herodotū videndus Suidas, & Io. Tzertzes Historicor. ver suū Chilia. III. cap. XCII. In hoc Persicoru Archi atrorū ordine, & numero, non infirmū locū Ctesias Gnidius tenet, quem Persicarum rerum bonū auctorem, in primis, indictum tacitus præterire nō possum. à me ergo is hoc μυημόσων feret, quod ei lubens, merito, do dicōq; Hunc Artaxerxis Mne monis Archiatrum fuisse, prælioque quod inter ipsum & Cyrum fratrem commissum est, in-

terfuisse, atque adeo curasse vulnus Regi a fratriis inflictum, constat ex Xenophonte, lib. I. Ayac. & Plutarcho in Artaxerxe. Xenophōtis verba quæ & Plutarch. strictim attigit, sunt, πάντα, vide licet Cyrus minor Artaxerxem fratrem, καὶ τὸ σέρ νον, οὐδὲ περιώνει τὸ θάνατον, αἱ φυσὶ Κινιας οἰαῖσσε, οὐδὲ οὐδὲ αὐτὸς τὸ τραῦμα φυσί. Et mox, ὁποῖοι μὴ τῇ αὐλῇ βα σιλανταί εἰσιν Κινιας λέγει: περ' εἰκῇ φαρὲτος. A quibus Diод. Siculus dissentieis, in Cyri minoris partibus, Ctesiam fuisse, eoque prælio captū, in Artaxerxis potestatem venisse, & propter artis præstantiam, a Rege ad curam corporis adsumptum, lib. II. ita scribit, Κινιας δὲ οἱ Κινίδος, οἵ τις καθ Ηρίδην μὲν χρόνοις ὑπῆρχε, καὶ τὰ Κύρου ἔργαται ἐπὶ Αρταξέρξεων τῷ αὐτελφόνῳ. Φύλαρμος δὲ αὐχειλωπος, & δηλι τὸν ιαπεικὸν θησινίμων μαστιφάρις ιστὸν τὸ βασιλέως, ἐπιτακτήσας ἐπι μετέλεσ πηφύλαρμος οὐτοὶ αὐτοὶ. Τόπος οὐδὲ φυσί, ἐκ τοῦ βασιλικοῦ μηθεραν, ἐν αἷς οἱ Πέρσαι τὰς παλαιὰς φρεγές, κατὰ πνα νόμοι, ἐγχον στινεπτα γμέας, πολυτελεγμονήσι τοι καθίκαστα, & σωταξαδιμον τὸν ιστειαν εἰς τοὺς Εμπλωτας θεεντειν. Strabo, de Gnido loquens, lib. XI. έγιπτον δὲ οὐ Κινιας, οἱ ιαβόνοις μὲν Αρταξέρξεων συγγείας δὲ τὰ Σηνεκά, καὶ τὰ Γρασκά. Extat & apud Suidam, de Ctesia, elogium huiusmodi, Κινιας, κινιούρχον ή κινιούρχου, κινιδούσιαζές οἱ ιαβόνοις, ἐν Γέρσων, & Αρταξέρξεων, τῷ Μηνιμονα κακούσια. η σωτε ραγή, Πέρσαις οὐδὲ βιελοῖς εἴκοσι η πειστ. Præterea οὐδὲ τοῦ καὶ οὐδὲ Ασιαν φόρων, libros scripsisse εὗ, Athenaeus lib. X. docet: quorum tertium lib. II. laudat. Apud Stobæum quoque, Serm. XCIII. eiusdem de Montibus liber x. citatur. Vnus in huius Ctesiae historia, fidè desiderat Plutatchus, qui in Artaxerxe famæ eius non parcit his verbis, Κινιας, οἵ εοικε φιλόπιμος οὖν, ηγετῶν φιλολάκιον, η φιλοκλέαρχος, οἱ πνας, οὐ τῷ διη-

γιότ, χώρας ἐστιν τὸ δέδων, ὃν δῆς γρύομενος, πολλὰ γέ καὶ μηδικότεται Κλεάρχους, γέ τῆς λακεδαιμονος. Hippocratem utique summum medicorum, quibus ad se praeceps alicere Artaxerxes tentauerit, laudata non semel à nobis eius Regis Epistola declarat.

In domestico etiam Regum ministerio fuisse quosdam qui horas nuntiarent, indicat Iosephus, lib. xi. Antiquit. cap. vi. cùm de Arraxerxe, loquens, ait, περὶ εἰναῖς νυκτὸς ὥρας, τῷδε τῷ δὲ οὐτα τεταχθέντω, ἐπωθήσετο. μαζῶν δὲ, ὡς ὄφρος ἔστιν, οὐδὲν. Alios præterea fuisse Vesti Regali excipiendæ destinatos, disertis verbis tradit Curtius lib. iii. Proximum inquietis, his (scilicet Cognatis) agmen, soliti Vestem excipere Regalem.

In publicum vero prodeuntes Reges, cum alijs anteambulones multi, tum etiam Σκηπίδος χοι, id est, Sceptrigeri, anteibant, quemadmodum Xenophō lib. viii. παρ. docet. Cuiusmodi aulici muneris, id est Xenophon lib. i. Αρελάσωες, mentionem facit, narrans, Cyro minore mortuo, τῷ Εὐρωδχοὶ δὲ τοῦ οἱ Σκηπίδος χοις τὴν θελητανίαν, ὅνομα δὲ Αρπαπάρης, ἐστὸν ἐπαποθίνεται τῷ νεκρῷ: quem Xenophontis locum Aelianus lib. vi. de Animalibus, cap. xxv. citat. Sed iste autem in equis, Sceptuchos istos magno numero, eōisque Peltaros (pelta cetrata haud dissimilis est, ait Luius lib. xxviii.) præfuisse etiā ijs aliquem non infimam fortis, Xenophō duobus lib. viii. παρ. locis docet: in quorum uno est, ἐφείποντο δέ οἱ τοῦτοι αὐτὸν Σκηπίδος χοι, εφ' ἵππων κεκοσμηθέντοι τῷ τοῦ Περσῶν ἀμφὶ τοῖς τελακοποῖς. In altero vero, γαδέπαις δὲ τῷ Σκηπίδος χοὶ ἄντα. Ραβδόφοροι, etiā & Οπλοφόροι Astyagis, Athenaeus lib. xiiii. memorat. Nec vero Stratores à quibus equis imponerentur, Regibus defuisse, arguit Xenophon

lib. iii. Αραβάσ. his verbis, ὑπαρχος εἶ αὐτὸς Λῦ Τηνεταζός, οὐ τούτοις φίλος γρύομενος: καὶ ὅποτε παρεῖν, εἰδεῖς εὐστέλεχον τὸν ἵππον διέβαλλεν.

Ex Ministris etiam Regijs unus hospitum recipiendorum curam gerebat, quem πόλι ξενίων, Plutarch. in Apophthegmat. vocat.

Postremò multa officiorum, munera ministeriorumque aulicorum & procuracyrum genera, principalibus vīsibus deseruientia, instituisse Cyrus, Xenophō, lib. viii. παρ. Κυρ. refert: veluti Dispensatores, Actores, Susceptores, Arcarios, Procuratores patrimonij & rei priuatæ, qui redditus eius colligerent, & sūptibus suppeditarent, quos θεοτόκων θεοδεκτίης, & κινητικῶν φύλακας, vocat. Item Curatores Operum, quos Εργῶν διοικεῖ: nec non Curatores domus Regiæ, qui ea quæ ad viestum pertinebant, procurarent, quos τοις εἰς τὴν διαγνωσθητέων Επιμηγματας appellat. Alios etiam qui Equorum & Canum curam gererent, quos ιππων, οὐκ ρῶν Επιμηγματας vocat.

Ceterum Cyrus cursum publicum instituit, quo mutatis ad celeritatē equis, per veredarios, breui temporis momento certior fieret omnium quæ in remotissimis & longo locorum interuallo disiunctis regni partibus gererentur. Mansiones autem, & Stationes equorum uti dispositæ essent, Xenophon docet lib. viii. Παρ. his verbis, Σκηπίδομος. ἐπὸ πόνον διὸ δὸν ἵππος καπανύσσοι τῆς ήμέρας γέμωμενος, ὡς τε διαρκεῖν, εποιησατο ἵπποντα τὸ διχοτομοῦσα, καὶ ἵπποις ἐν αὐτοῖς καπτέσσοις, καὶ τοῖς θηριμεγμοῖς τεύτων, καὶ αὖθραι εἰς ἕκαστον τοῖς πόνων ἐπαξεῖ τὸν θηριμένον τοῦτοντελέχεσθαι τοις φρέσιμοις γείναματα, & τοῦτοντελέχεσθαι τοῖς αὐτοτριπλοῖς πόνοις, & διյοτοις πέμπειν κελεῖται. Εἴ τοι δὲ τοῖς γένεσι τοῖς πασὶν

Ιεροχει τούτων πορέαν, οὐδὲ τοῦ ημεενοῦ αὐγέλω πν γυναικείον σβεδέζεσθαι. Herodotus etiam lib.viii. Xerxes cladis à se ad Salaminem accepta nuntios in Persidem misisse narrans, subiicit, nihil his nuntijs pernicius transcurrisse in rebus humanis: eamque rem hunc in modum à Persis constitutam, θσον αὐτοῖς ημερών ή πάσα οόδος, πουδποι ήπποι τε καὶ αὐθρες δεξαῖσι καὶ ημερούσι οόδοι, ἔκαστην πεπαχμένοι. τοις ψπειφερέσι, ἐκ ομηρος, επαύματα, ψνοῦ εὔρηκα μη ψκατανούσι πν περιεβάμον ἔσωτηροι μοντιών ταχίστην οιδι μὴ περποτέροις φραμών φερεδιδοῖ τε ἀποπαλμένα τῷ δευτέρῳ, οιδι δευτέρος τῷ πείπα. τοις εὔρηματιν κατ' αὐτον θεέρχεται φερεδιδούμενα κατάποτο Ελληνοι ή λαμπαδηφοειν, πιώ πν Ηφαίστοι θηπελέοισι. τόπο ποράμημα προπτων καλέσον Γρεσοι, Αγαρίον. Huiusmodi ergo Veredarios, seu tabellarios, Αγαρίοις vocabant. Iosephus lib.xi. Antiquit. Iud.cap. vi. de Artaxerxe, Διέπεμψε δέ τοις, Αγαρίοις λεγομένοις, εις πιώ έθνος, εύροται, εν αὐτοῖς ποι τάχαμοις φερεδιδούλων. Suidas certe, ποι τοῦ Σαπτάλεων αὐγέλοις, à Persis Αγαρίοις appellatos scribit. Idē etiam Αγαρίοις interpretatur, ποι εἰς οὐδεδοχής γεαμηαπόροις, Persicāmque vocem esse ait. Hesychius quoque Αγαρίον, λέξιν Γρεσον esse scribit, significareque τοις εἰς οὐδεδοχής Σαπτάλοις γεαμηαπόροις.

Αγαρίοις autem istos etiam, Persico sermone, ASTAN DAS dictos, Suidas auctor est, Αστάνδας, inquiēs, οι εἰς οὐδεδοχής γεαμηαπόροις οιδι αὐτοὶ καὶ Αγαρίοις ποι εἰς οὐδεδοχής Γρεσοι. Hesychius, Αστάνδης, ημερόδρομος. Eustath. in Odyss. τ. κωείως θεοῖς Αἴγιον Διονύσον, Αγαρίοις οι εἰς οὐδεδοχής γεαμηαπόροις. οιδι αὐτοὶ φησι καὶ Αστάνδης, Γρεσοίς. Nec vile aut ignobile munus hoc fuisse videtur. Darium enim quem Alexander regno exuit, hoc munere functum apud Ochum & Arsem Reges, Plutarchus non semel testatur. Et-

enim lib. i. de Fort. Alexand. inter fortunæ ludos, Δαρεῖος, ait, λῶ σὺν Σέργῳ, ον εκ δουλος, ή Αστάνδην Σαπτάλοις, καθελον Γρεσον έποιησαν. Et lib. ii. ή σολιν εὐδεδοχής Αστάνδην, φειδεστο πιώ Σαπτάλοιν. Idem in Alexandria vita, Dario Alexandri speciem in somniis obuerfatam narrans, ποι θεοῖς Αλέξανδρον, ait, εχοντας ολιν, λω αὐτοῖς, εφόρος φερεπορον, Αστάνδης (sic enim emendo) ή Σαπτάλοις οὐ πιρετεῖν αὐτοῦ.

Hic & aula Parthor. Persicę officia aliquot adscribere, nō erit alienū. In his numerat Procopi⁹ CHANARANGEM: Ex eius enim lib. i. de bello Persico hæc verba descripsi, παρελθον δὲ τοῦ ποι Προσαγορίμων, ονομα ιδιον γεωπαταδηνις, γεαμηαπόρης πολέμωμα. εἴη οι αὐτοὶ Γρεσοις φραπηρος τοπον γεωπατος ποις εχαπαυς ποις Γρεσον γης πιώ δράχειν χων, οι χωέσθι θεοις Εφεσοις ουμορος εσι. Atque hoc Chanarangis munus post patris mortem Vuarames gesfit, & vt ille loquitur, ποι γεαμηαπόρης πολέμωμα. Persicę etiam potestatē ANDRASTADA R A N S A L A N E M, idem Procopius lib. i. de bello Persico memorat, ποι θεοί Σεόσιν ΑΝΔΡΑΣΤΑΔΑΠΑΝ ΣΑΛΑΝΗΝ διδούς αντιπολεμαται θεον, ποι δηλ δράχης τε ομοδι φραπηρος απασιν εφεσον. Σείπιον ο Σεόσιν πιώ δράχης φερεπορος ου μονος οι Γρεσοις εργοι, επειδη ποτε περιεπορον, ποτε ουπεριον, ποτε μέρον. Et aliás eod.lib. οι Γρεσοι θεοί αὐτοὶ διεπατοποιος ποι Κοινοί πολην γεωμηνος, ονομα ιδιον Σεόσιν, Αγαρίσταδης επονταλανις ποι πολέμωμα. Ει μεσόδης πιώ μαστιχα εχον δράχη. Ex eodē genere est, & C M Y R R H A N E S. Idem Procopius eod. lib. i. φραπηρος θεοί απασιν εφεσον, Γρεσοις αὐτοῖς, Μιρέστης μονον πολέμωμα. θεοι γης πιώ δράχης καροσοι Γρεσοι. His addo O V A R I Z E M, ex eodem Procop. lib. in quo est, θεοί Σεραπηρον αὐτορα Γρεσον, Ουαείζειν μονον ποι πολέμωμα.

Ne illud quidem, vt ad institutum huius libri

pertinens, silentio prætermittendum mihi videatur, vt Babylonem ingrediens Alexander, ab oppidanis exceptus fuerit, quique potissimum obuiā illi processerint: quod Q. Curtius lib. v. narrat his verbis, *Plures obuiam egressi sunt, inter quos, Bagophanes, Arcis, & regiae pecuniae Custos, ne studio à Mazeo vinceretur, totum iter floribus coronisque constrauerat, argenteis altaribus utroque latere diffositis, que non ture modo, sed oīnibus odoribus cunctilaueraūt: Dona eum sequebantur, greges Decorum, Equorumque: Leones quoque & Pardales caneis præferebantur. Magi deinde suo more Carmen canentes: Post hos Chaldaei, Babyloniorūque non Vates modo, sed etiam artifices, cum fidibus sui generis ibāt: Hi laudes, Regū canere soliti: Chaldaei, siderum motus, & statas vices temporum, ostendere. Equites deinde Babylonij, suo equorumque cultu, ad luxuriam magis quam ad magnificentiam exacto, vltimi ibant. Rex armatis stipatus, oppidanorum turbam, post ultimos pedites ire iussit. Ipse cum curru urbem, ac deinde Regiam, intrauit.*

Ceterum, Persarum Regibus, non minus quam Augusto Cæsari, exitum facilem, siue *διατασσειν*, in votis fuisse, coniectura adsequi licet. Cuius rei gratia, in suos, matrisque (nec enim alium quenquam in societatem venire patiebantur) usus, quæsitum, reconditumque venenum habebant, ex Dircæri (id auicula parua apud Indos nomen) excremento, effusisque: quod, milij magnitudine, potu dilutum, quisquis ebibisset, modico post temporis intervallo, omnis doloris expers, & sine ullo cruciatu, vitam cum morte commutabat. Vnde missum ab Rege Indorum, huiusmodi *δωματιμα*, gratissimum & acceptissimum, simile que

que pretiosissimum Regi magno munus fuit, & è τοῖς δόρυσ (ait Aelianus, lib. iii. cap. XL. de Animal.) τοῖς μέγα πρωῖς τῷ Περσῶν βασκεῖ ὁ Ινδῶν πεμπι καὶ τοῦ διῆρη αὐτῶν περιπλάνας, Εποθισαντεῖς, κατεῖναι αἰδίτων αἰνίπαλον τε καὶ αἰνιρήτον, εἰ διάβαν καταλάβον. οὐκού τοῦ ἐχει τὸν Γέροντος αὐτὸν διῆρη, οὐ ποὺ βασκεῖ τε αὐτὸς, Επινήποντας οὐ βασιλέως.

Sed & Plinius lib. xxiiii. cap. vii. inter Herbas mirabiles, Theombrotion numerans, nasci ait, xxx. schœnis à Choapse, pauonis picturis similem, odore eximio. Hanc autem à Regibus Persarum comedti, aut bibi, contra omnia corporum incomoda, instabilitatemque mentis: eandem, Semnion, à potentia maiestate appellari. Idemque codem cap. Helianthe, cum adipe leonino decocta, addito croco & palmeo vino, perungi Magos & Persarum Reges, ut fiat corpus aspectu incundum: ideo eandem Heliocallidem nominari. Præterea, Latacem dari solitam à Persarum Rege, Legatis, ut quocunque venissent, omnium rerum copia abundarent, idem Plinius lib. xxxi. cap. IIII. tradit. Idem ipse, Palmarum omnium clarissimas fuisse scribit, quas Regias appellauerent, ab honore: quoniam Regibus tantum Persarum seruabantur, Babylone natæ, uno in horto.

Nec de aliena minus quam de sua salute sollicitus Cyrus, cùm animaduertisset plerosque omnes dum prospera valetudine fruuntur, magis de ea tuenda conseruandaque, ac victus ratione sanis corporibus accommodata, quam de conquirendis parandisque morborum profligandorum remedij laborare: huic quoque rei subueniendum sibi esse statuit. Medicos ergo, quemadmodum Xenophon lib. viii. παγδ. refert, qui ceteris præsta-

re videbantur, ad se vocatos consuluit; & quæcunque ad sanandos morbos, medicamenta, seu esculenta, potulentâve, seu instrumenta, conduçere ab his edoctus cognouit, ea omnia parata in condito habuit, vñsi futura his qui in aduersam valetudinem incidissent: & pro cuiusque morbi genere, salutaria ægrotantibus, in tempore, medicamenta suppeditabat.

Extremam huius libri partem, Regum funera sibi vindicant: quæ omni apparatu, atque honore celebrabantur. Matrem, certè, & coniugem Darij, prouolutas ad pedes Leonnati, orasse, vt priusquam interficerentur, *Darij corpus, ipsiis, patrio more, sepelire*, permitteretur: *funetas supremo in Regem officio, se impigre morituras*, Curtius lib. iii. narrat. Sed & Alexandrum omnem honorem funeri vxoris Darij, *patrio Persarum more, seruasse*, idem Curtius, lib. vi. scribit. Ipsi etiam Dario, Alexandri beneficio, *æflos βασιλικῶν contigisse*, Arrianus lib. iii. refert. Post excessum verò Regum, pro maximis luctus publici arguento, Igné sacrū aeternūq; extingui solitum constat. Proinde Alexáder, iusta Hephaestioni faciēs, p̄m̄, vt Diodor. Sicul. lib. xviii. scribit, τοῖς κτ̄ πῶν Ασίας οἰκοδόσταις, τὸ φέρετρον τοῦ Γέρων, ιδίῳ Γέρῳ καλέμενον ὑπηργεῖν φέρουσι, μέχρι αὐτούς τὸν ἐκφοράν. τόπον δὲ εἰσιθάσιν οἱ Γέροις ποιεῖν, κτ̄ τοῖς τοῖς βασιλέων πελοπαῖς.

Persarum utique Reges sua habebant Mausolea, seu Regia monumenta, quibus corpora eorum inferri & condi consueverant. *βασιλικᾶς γῆς*, Arrian. & Ælian. appellant. Sic enim ille lib. iii. de reb. gest. Alexan. Λαζαρὸς δὲ τὸ μὴ σῶμα τῆς

Δαρεῖος εἰς Πέρσας ἔπειψε, θάψει καθεύσας ἐν βασιλικῆς θηρίᾳ; καθεύσας καὶ οἱ δῆμοι οἱ τοῦ Δαρεῖος βασιλεῖς. Hic vero lib. vi. Vat. histor. cap. viii. de Artaxerxe, qui & Ochus cognominatus est, Επίφηδεις δῆμος αὐτὸν, καὶ απεβόητο τοὺς βασιλεῖς θήκας.

In Persepolitana, autem arce, Regum Mausoleum, seu Cōditorium, fuisse, Strabo lib. xv. tradit. Diodor. Sicul. lib. xvii. in huius arcis descriptione, ὅρος ὁντὸν τὸ καλέμενὸν βασιλικὸν, ἐν τῷ τοῦ βασιλέως ὑπῆρχον τάφοι. At Cyri monumentum Pasagardis fuisse, εἰς τὸ φέρετρον πύργον οὐ μέχρι, τῷ διαστὶ τοῦ διηδραν ἐναποκέρυμμέον, κατὰ μὴ στρεον, αὐτῷ οὐτείλιν ἔχοντα καὶ σπόντον, στελνεώς ἔχοντα τὸν εἴσοδον, Strabo lib. xv. auctor est. Quibus consentanea Arrianus lib. vi. scribit, Εἶναι τῷρι, inquiens, εἰς Πασαργάδας, εἰς τῷ φέρετρον τοῦ βασιλικοῦ, τῷ Κύρῳ τῷ τάφον, γένεται αὐτὸν δῆμος ἐμπειρούπολις τοῦ διηδράν πατρίων. γένεται τῷ φέρετρον τῷ πάσῃ βασιλέων πεντεκατά τῷ λεγανοῖ. γένεται τῷ πάντῃ τῷ φονοῖ, τῷ κατόπι, λίθῳ πετραπέδῳ, εἰς τοτε ἀγωνον γῆμα, πεποιηθεῖσα. αἴωντες δέ, στενηα ἐπιπλανάντινον ἐπεικερένον, θυέσθαι ἔχον, φέρονται ἔστω, στελνοῦνται αἰς μόνις αἱ ἐν τῷρι οὐ μεγάλω, πολλὰ κακοπαθῶν τῷ παρελθόντι.

Loculo autem aureo, aut Arcula aurea, Cyri corpus conditum, Arrianus ibidem, ait, his verbis, εἰ τῷ φέρετρον πέντεν χειρῶν (ita enim scribi satius est) κεῖται, ἵνα τὸ σέμα τῷ Κύρῳ τετέλεσθαι. Et paulò post, πέντες ἔκειτο, τὸ σώμα τῷ Κύρῳ ἔχοντα. Cui consentiens Strabo, in eo Cyri monumento Πύρεον χειρῶν inuentam, ait: Πύρεον autem Suidas, θήκη interpretatur, citans hæc verba, τῷ πέλαῳ τῷ ίερῷ λεγαῖσι, τῷ καρυφαῖ τῷ ἀποστόλῳ Πετρῷ. Hesychius vero λαρνάκη exponit, hæc ideo, ne quis ab interpretibus Strabonis Arrianique fallatur, quoniam ille πέλον, alineolū,

hic vero, *Vrnam* vertit. Addit Arrianus, in eo Cyri monumento, fuisse, κάλιν τῷ πέλα. πόδες δὲ τοῦ κατί χρυσοῖς στερνάταις, καὶ πάπιτα ὅπληματα βασιλανίον. καὶ Κανάκας πορφυροῖς καὶ ωπορώματοις πέπλαις τοῦ ΚΑΝΔΥΣ, καὶ διῆς χτῶνας, τῆς βασιλωνίας δρασταὶ καθεύδεις Μηδικοὶ τοιοὶ μακρινούσσεις, λέγοντες ἐκεντοῦ αἵ τοποριαῖς αἴτιοι, διῆς καὶ διῆς χρόας. καὶ Σερποί, καὶ Ακινάκαι, καὶ ὄντας. χρυσοῖς τε καὶ λίθοις κομιταῖς. καὶ πάπια εἴησαν. quo loco, quid verbo Κανάκας, Arrianus sentiat, Res est arbitrio non dirimenda meo. Κανάκης quidē, Hesychio est ξιφος, quod prima facie aliquid esse videtur, propterea quod in Cyri sepulchro Acinacem inuentum, Curtius ait: sed hoc aliquid nihil est: hæc enim Interpretatio, ab adiuncto verbo, φορφυροῖς, refellitur. Strabo etiā, οἷον atque Arrianus, in Cyri monumento fuisse κάλιν τῷ χρυσῷ, καὶ βάπτιζαν σὺν ἐπώ μαστι, καὶ πήχον χρυσον, καὶ εὐθύτη πολλαῖς, καθορντες λιθούσιν ex Aristobulo, refert. Verum contradicit Curtius, qui ab illis Græcis auctoribus quantum discrepet, palam facient ipsa eius verba quæ subieci. Forte (ait ille lib. x.) sepulcrum Cyri Alexander iussit aperiri in quo erat conditum eius corpus: cui dare volebat inferias. Auro argenteoque repletum esse crediderat: quippe ita fama Persæ vulgauerat. sed præter clypeum eius putrem, arcus duos Scythicos, et acinacem, nihil repperit. Ceterum, corona aurea imposta amiculo, cui affuerat ipse, solium in quo corpus iacebat, velauit: miratus tanti nominis Regem, sanctis præditum opibus, hand pretiosius sepulcrum esse, quam si fuisset e plebe. Attrahē conciliari facile Latinius noster auctor Græcis potest, ipsomet Græcorum interuentu, qui bis apertum Cyri sepulchrūm

fuisse, non obscurè significant. Ac primum quidem, Alexandri iussu, Aristobulus id ingressus, ea omnia repperit, quæ cō illata erant: postea, ita violatum, expilatumque, ut nihil, vel tantius pretij, reliquum, auaritia πυρεωβολοῦ fecerit, ijdem aiunt. Ideoque cū id, interiecto aliquo tempore, iterum inspici Alexander iussit, ea diu taxat, quæ Curtius memorat, inuenta sunt.

Huius Cyri sepulchri custodiam, Magis mandatam, ac creditam fuisse: iisque cotidie in aliamenta Oue, singulis verò mēsibus, Equum præstari consueisse, Strabo, lib. xv. cūm Arriano lib. vi. scribit. Plinius lib. vi. Natur. histor. cap. xxvi. Inde, ad Orientem Magi obtinēt Pasargadis Castellum, in quo Cyri sepulchrum est. Solinus in Polyhisto. Deinde tractus hic procedit usque ad Castellum quod Magi obtinēt, Pasargadis nomine: hic Cyri sepulchrum. Ceterum Daniel, gratia apud Darium Regem florens, Turrim, Ecbaranis construxit, quæ Iosephi etiamnum, etate extabat: & spectantibus recentissimæ structuræ videbatur, ac si ea ipsa die qua spectabatur, absolutum opus esset: tantam nouitatis speciem, & tam integrum pulchritudinem habebat, nulla vetustatis iniuria lœsam. In ea Turri, Medorum, Persarum, & que Parthorum Reges humari solitos, idem Iosephus, lib. x. Antiquit. Iud. cap. xiiii. tradit: idque ad sua usque tempora obseruatū: & Turris eius custodiam sacerdoti Iudaicæ gentis creditam, eiisque fidei mandaram, ait.

Tumulis autem Regum, Titulos superaddi, carminaque incidi consueuisse, testantur Epigram-

mata, quæ Cyri & Darij vtriusque monumētis incisa fuisse, accepimus. Cyri quidem sepulchro Aristobulus referente Strabone lib. xv. litteris prodiderat, inscriptum fuisse: Ω ΔΙΑΓΡΑΦΕΩΝ ΚΕΦΑΛΕΙΩΝ, ὃ τὸν Δέκατον τῆς Πέρσαις κηδεύθυνος, ὃ τῆς Ασίας βασιλεῖς. μὴ οὐδὲ φανήσεις μοι τὸ μνήματος. Onesicritus vero scriptum reliquerat, Turrim x. Tabulatis excellsam fuisse, & in superiore Tabulato, Cyrum cōditum, cum Græco Epigrammate, Persicis litteris insculpto, in hęc verba. Ενθάδε εγώ πειμανή Κέφαλος βασιλεὺς βασιλεύω. in eandēmque sententiam, aliud Persico sermone Epigramma, Aristum verò Salaminium, longè tempore posteriore scripsisse. Idem Strabo ait, Turrim illam duo Tabulata habuisse, ingētēmque fuisse: ac trāslato à Medis ad Persas imperio exstructam (hoc enim illic valēt Græca hęc verba, & Τηροτάν διαδόχοις ιδρυθεῖ) & bilingue Epigramma, Persicum, nimirum & Græcum, eiusdem vtrunque sententię, adscriptum. Quæ legentem me admiratio subit, cur in Cyri elogij, PATRIAE cognomen, illi cunctis torius populi suffragijs, vt Herodot. lib. iii. & Xenoph. lib. vii. πατέρα testantur, delatum, quod longe & multum reliquis in eum congestis ornamenti, antecellit, ab istis bustuarijs yatibus, sit prætermissum.

Ex hoc more, Strabo lib. xv. Onesicriti auctoritatē, Darij monumento inscriptum fuisse, Φίλος τῶν τῆς φίλων, Ιππέτης τοῦ θεοῦ τοῦ φύσιμου. Καυνῶν εἰράνω: πάτερ πολεῖν ἡδυσάριων. Darij vtrique Histaspis filij, monumento, Titulum fixum huiusmodi, Ηδυσάριων καὶ οἴκου ποντικῶν, ὃ τὸν φέρειν καλῶς. Athē-

naxus lib. x. & Eustath. in Σ. Odov. referrunt.

Antiquum autem & vetus esse, sepulchris Regum, Titulos inscribi, Nini Epitaphium demonstrat: quod ex Phœnicio Colophonio, Athenaeus, lib. xii. ex scriptis in hac verba,

Ἐγώ Νῦνος πάτερ ποτὲ ἐψήμιλος παῦθιμος.

Νῦν οὐκέτι εἰτε δῆμος, δῆμα γὰρ πεπίνικας.

Ἐγώ οὐκέτιον ἐψήμιλος, χ' αὐτούς πέποιται.

Οὐχ αὐτούς πέποιται. & reliqua.

Hunc quoque morem, Sardanapali sepulchro inscriptum Epitaphium confirmat: de quo Diodor. Sicul. lib. ii. talia scribit. Επὶ ποσθῷ δὲ καρφίχειν βυθῖς, ὃ τῆς αὐχητοῦ ἡδονῆς, ὃ αὔρατος, ὃςτε Επικλήσιον εἰς αὐτὸν ποίησε, ὃ τούτου γένεται τοις διαδόχοις τῆς Δράσσας Μῆτρας πάντοι πατεῖται ὅπερ πάντοι δημιουργοί τοις, παγκαλεφέντες μὲν τοις ἐπίνεια βαρβαρικέσσι, μετερμημέναις δὲ στερεοῖς γεννοῦσι πόνος Εμλεος,

Ταῦτα εγώ οὖστος ἐφαρεον, γέροντος, γέρων τοις ἐρωτοῖς.

Τερπνοὶ ἐπαθον. τὰ δὲ πολλὰ γέροντα καὶ λεπτούτα.

Quem Diodori locum, sed pleniorē, Ioan. Tzetzes histor. Chil. iii. cap. xcvi. citat in hūcmodum.

Γερεφρίδη, videlicet Diodorus, γέροντος οὐδεμιαπάλι,

Ο γερεφρίδης πέφυκε γερεφρίδην Αστυνέσσον.

Καὶ οὐδεμιαπάλιον τάπεται διλοῖς τὰ ἔπη.

Εὗ εἰδάς ὅπερ θυτός εἴρεται τὸν θυμὸν δέξεαι.

Τερπνούμονος θαλείηστος, θανόντι τοις ὄντοις.

Καὶ οὐδὲ εγώ σπαθός είμι, Νίνη μεγάλης βασιλέως,

Ταῦτα εγώ, οὐαί εφαρεον, & reliqua.

At Strabo, etiam statuam Sardanapali monumento cùm inscriptione superpositam tradit. De Anchiala enim, (quam Sardanapali καλούσα, ex Ari-

stobulo, esse tradit) loquens, ἐνέθει ἡ ἔβη, ait, μηδέποτε οὐ Σαρδαναπάλον, καὶ πότον λίθον, συμβάλοντα τοῖς τῆς δέξιας χρόσι, δικτύουσις, ὡς αὖ ἀποκροτοῦσι τε. ἔνιοι δὲ καὶ θηγαφίαι τῇ Αστυειοις γράμματα ποιῶσι. Σαρδαναπάλος ὁ Ανακυρδεσσεῖς πᾶς, Αἴγαλος, καὶ Ταρσὸν ἐδίχα (sic enim emenda, id est, exstruxit, condidit) ἡμέρη μῆ. σὺ δὲ ὡξέεις ἐσθε, πίνε, πάγκε, adiicit deinde versus hosce.

Ἐν εἰδὼς δὲν θυγατέρας ἔφις, τὸν θυμὸν ἀεξει,

Τερπόδηρος θαλίστη, θανόντη τῷ οὔπις ὄντισις.

Καὶ δὲ ἐράτης εἶμι, Νίνη μεγάλης βασιλέως.

Ταῦτ' ἔχω οὐσ' ἔφαγον, καὶ ἐφίβεισαν καὶ μετ' ἔρωτος

Τέρπην ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὅλα καὶ λέλεπτα.

Η δὲ Θρήνος παράγεις φιδράποισιν.

Οστὴρ ἀλλα τὰ αὐθρώπινα δὲ οὐτα ποτέ οὐδεις οὐδὲ ποτε μεμνηται δὲ καὶ χαρέλος πότων. Quæ vero, apud eum auctorem sequuntur, ea abundant, nee ταυτολογίας vitio vacant. Eosdem etiam versus Sardanapali sepulchro inscriptos fuisse, ex Chrysippo Athenæus lib. v i i, refert: nec alia vlla inter Strabonis & Athenæi codices hacin re differentia intercedit, nisi quod apud Athenæum, non τελέεχε, sed Κεῖντεχε, nec μετ' ἔρωτος, sed, σωτῆρων, nec Κεῖντα λέλεπτα, verùm πάντα λέλαπτα, scribitur. Postremis vero versibus hæc sunt à Chrysippo addita.

Η δὲ Θρήνος παράγεις, οὐδέποτε αὐτῆς

Αἴσουμα, εἰκένων δὲ δέλεων τῷ αὐτεργού τελεσθεῖν.

Straboni consentiens Suidas, de Sardanapalo, ex Callisthenes scribit hæc, Εν Νίνη δὲ δέλειματος αὐτοῦ, πᾶτα θηγαφίαι. Σαρδαναπάλος δὲ Ανακυρδεσσεῖς πᾶς, Αἴγαλος, καὶ Ταρσὸν, οὐ ημέρη μῆ δέλειματο. σὺ δὲ ὡξέεις, ἐσθε καὶ πάγκε, καὶ πάγκε. ὡς τοιούτα αἱλατὰ αὐθρώπια (ita geromio) γει-

ἐντα Ζεύτην ἀείσια. ποτέτι, τῇ οὐδεινόντι λαον ἀποκροτήματο. τὸ τέρψιον εφεστώς περι μηδέποτε Αγαλμα, τοῦτο τῆς κεφαλῆς ἔχει τοις χίρας, πεποίηται, ὡς αὖ ἀποληπτικῆς ποιησίας. Ζεύτη δὲ καὶ Αἴγαλος τῇ περι Ταρσοῦ θηγαφίαι, ἵπεις οὐδὲν κατέληται Ζεφύειον. quo loci, περι πολιορκίας, εἰτε ut Strabo loquitur, θηγαφοῦ. Nam & Hesychius, Απελέκησεν, τοῖς δακτύλοις ἐφόβησεν, interpretatur. Idem Suidas de Sardanapalo. Επειδὲ ἐσφάγμη τοσοῦ Περσέως. οι δὲ κόπακες καὶ μηδέποτε τῆς ἐπεινεις φιλοσοφίας, γεράριμορθίας, οὐρανοπλασίας, επιχειρεῖσις, εἰς δὲ αὐτὸς οὐδὲν ἐν τῷ τέρψιον αὐτοῦ, τὸ πόστον ἔχει, καὶ τὰ ξένα. Quod autem ait Strabo etiam Chœrilum horum mentionem facere, suffragatorem habet Athenæum, qui lib. x. Sardanapali sepulchro, ἀπόλητη λιθίη, Χαλδαιοῖς γράμμασι incisum fuisse Titulum scribit, quem Chœrilius in Græcum transferens, numeris adstringit, in hunc modum, έχω δὲ εἰσαγόντα στα, καὶ ἀχει εἰσάρων τῷ ήλιν φόρος, ἐπιπον, ἔφαγον, οὐφροσύνησσα, εἰδὼς τὸν τε ζεύσον οὐτα βεβεχών, οὐτε ζωσιν οἱ αὐθρώποι, καὶ τὸ πότον πολλὰς ἔχοντας μεταβολάς καὶ καποπάθειας, καὶ δὲν αὐτούς ποταπάτησαν, διηγεῖ Ζεύσοις ταῖς θυσιασίσις, διὸ κακῶν ημέρας οὐδεμίας παρείποντας πάση ποιῶν. Quorum numerorum legitimū sonum neque digitis neque aure callere me non infitior. Versus certè longiusculos huius Chœrili επιπονοῦ, citat idem Athenæus lib. xi. Sed & hi versus, à Clemente Alexandrino, lib. i, γραμμάτων referuntur, iisdē cùm Strabone verbis: male tamē Τέρπην ἔπαθον, pro Τέρπην ἔπαθον, ibi legitur. Vnum etiā huius Epitaphij versum citat Plutarch. lib. i, de Fort. Alexand. his verbis, Τελέος δὲ Σαρδαναπάλος μηδεμίοις θηγαφίαι, Ταῦτα ἔχω, οὐσ' ἔφαγον, οὐ ἐφίβεισα. Integros vero omnes versus, Interpres Aristophanis, εἰς Ορνιθας, ex Apollodoro, & Hellanico

recenset: apud quem, aliter atque apud Strabonem, scribitur, Εὐδέλος, ὁ πρωτός ἐριγονός τοῦ θεοῦ αὐτοῦ. Item, pro βασιλέως, βασιλίου: pro μετ' Σωτῆς, μετ' Σωτῆρα. Reliqui versus, qui in Strabone defunt, apud eum Interpretem, ex Athenaeo supplendi, emendandi que sunt: Præterea prioris inscriptionis, postrema verba sic habent, μητέ, μεγάλη, δύχει: οὐ πολλακεῖ δέσμος δέσμων αὐτοῖς, Illos autem versus, Τετράχοι &c. sale suo condiens Cicero, lib. v. Tusculanar. Question. Latij iure ita donauit: Quomodo igitur in cuncta vita potest esse, à qua absit prudentia, absit moderationis, ex quo Sardanapali opulentissimi Syrie Regis error adgnoscitur, qui incidi iussit in busto,

Hæc habeo quæ edi, quæque exsaturata libido
Hausit: at illa iacent multa & præclara relicta.

Quid aliud, inquit Aristoteles, in bouis, non in Regis sepulchro inscriberes? Hæc habere sè mortuum dicit, quæ ne viuis quidem diutius habebat, quam fruebatur. Qui Aristotelis locus, in his libris qui salui ad nos entarunt, nusquam cōparet. Demersus est ergo naufragio eorum voluminum, quæ scripsisse eum quamplurima, Diogenes Laert. in cuius vita, auctor est: quæque temporum iniuria amissa, triste nobis & acerbum sui desiderium reliquerunt.

Atque hic Persarum Reges, ad alia properans, valere iubeo.

FINIS LIBRI I.



DE REGIO PERSARVM PRINCIPATV LIB. II.

VÆ ad Persicorum Regum maiestatem, fastum, magnificentiam, summumque in stolata sua mancipia Imperium, pertinebat, abunde libro superiore exposuisse mihi videor. Sequitur, ut de populi Persici vita, religione, legibus, moribus, institutis, dicam. Ordinar autem primum à sacris, & vnde illi, rerum agendarum, inde ego dicendi initium faciam.

Perse, cum æternum mundi opificem Deum Opt. Max. ignorarent, pro arbitrio, sibi numina, reliquorum gentilium exemplo, fixerunt. Erroris quippe caligine obductus eorum animus, è tenebris emergere, & altius arcana penetrare, veraque religionis penetralia rimari non poterat. Iovem quidem coluisse eos, arguento est, quod in pompa, currum Ioui sacrum traducebant, quemadmodum Herodot. lib. IIII. Xenoph. lib. VIII. πατέρα & Curtius lib. XI. memoria prodiderunt. Idem Xenophon, Cyrum sacer, Iovem precantem, inducit, ut ecce lib. VII. πατέρα μὲν τὸν Κύρον αὐτοποιόθεον Διαποταμον, οὐ πατέρα Θεον συμμεταχον, αὐτον οὐτον τὸν Ιππον. Quem etiam Darius apud Plutarch. lib. II. de For-

tu. Alexand. ita inuocat, Ζεῦ παῖδες Περσῶν. Strabo lib.xv.de Persis, πὼν οὐεχοντὸν ἡγεμόνων Δία.

Præ ceteris vero, quibus cultum impendebant, numinibus, S O L E M venerabantur. Pleni sunt testimoniorum libri: Hoc enim Herodot. lib. i. Strabo lib.xv.Iustin.lib.,Macrobius,lib.i.cap.vi. & alij cōplures scriptū reliquerunt. Proinde SOLI sacer currus, Regē in publico procedentē, anteire solebat, vt Xenophon lib. v 111. παρ. refert. Darius etiam postquam Alexándri erga matrem, uxorem, & filias continentiam intellexit, dicitur manus ad S O L E M tendens tollénsque, clara voce, sic vt exaudiri posset, precatus, vt aut se, aut Alexandrum regnare vellent, quemadmodum Atheneus lib.vii 111.narrat.

Persas vtique, ætate sua, Solem in linteo depictum adorasse, Tertullianus Apologet. declarat his verbis, Ad Persas si forte deputabimur: licet solem non in linteo depictum adoremus, habentes ipsum vtique in suo clypeo: denique inde suspicio, quod innotuerit nos ad Orientis regionem brecari.

Huic Deo, ceu gratam & decoram hostiam, Equum Persæ immolabant. Iustinus lib. i. Nam et Persæ solem unum Deum credunt: eique Equos sacratos esse ferunt. Xenophon lib. viii. παρ. ἡπτη διηγοται, σύμβολον Ηλίου. Et ita, Persarum Regem, cum rem diuinam faceret, Equum album Soli mactasse, Philostrat. lib. i. de vita Apollonij scribit his verbis, Λέβυτον δὲ τελετὸν τῷ σφράγε, Νισάνον, καταδύνει μελε τῷ Ηλίῳ, Φαλαρόν κοσμίοντος, ὥστε εἰς Γορπίν. in eoque veruoste ludens Himerius Rhetor, οὐ περιπεμπθειώ λόγω, ait; τῷ εμβλήματον, Επαρχεῖον τῷ αὐτορωχεῖ, οὗτος Ηλίῳ γένεται Νισάνοι πάλαισι παλαιότερον. πέτρη εἶτε τῷ πάλαι

φαλίνεις κοσμίος μεντόν, καὶ ταῖς χαρέσταις μέτραις ὅλον ποιήσεις αὐτοῦ, ὡστε τὴν τῆς ἐμῆς αὐχένης απαρχῆς φέρων, αὐτέμ τι. Huius rei rationem non illepidam reddit;

Ouid.lib.i. Fastor.his versibus,

Placat Equa Persis radijs Hyperiona cinctum:
Ne detur celeri victimæ tarda Deo.

Nec minus, apud Armenios, Soli Equos sacra-
tos Xenoph. lib. 1111. Αγαθό. docet, καὶ ἵππον, in-
quiens, οὐ εἴλιφε, παλαιότερον, δίδωσι τῷ Καμάρῃ αἰαρέ-
ψαν, καταδύονται, ὅπηκουσεν αὐτὸν ιερὸν τῇ Ηλίᾳ.

Enimuero translato ad Parthos Persarum im-
perio, ad Partho Persas Solis quoque veneratio
transiit. Eos enim Solem, patrio more, Salutasse,
Herodian. auctor est, de Artabani exercitu lo-
quens, in hunc modum, αἰαρέψαντος δὲ τὸν Ηλίον, οὐ
τὸς αὐτοῖς, οἱ βαρβαροι. Proinde Saporis Regis Persa-
rum iussu, Simeonem, cum alijs multis, quod So-
lem adorare recusasset, ultimo supplicio adfectū,
Sozomen. lib. 11. Histor. Ecclesiast. cap. viii. &
ix. tradit. Atque ad posteriora usque tempora
mos hic mansit: vt ex Perosæ Persarum Regis non
ineleganti historia planum fit: cuius Procopium
auctorem habeo. Is enim lib.i. de Bello Pers. nar-
rat Perosam Persarum Regem Euthalitarum insi-
dijs circunuentum: eique capto has salutis expe-
diendæ, & libertatis adipiscendæ, condiciones,
Euthalitarum Regem tulisse, vt se tanquam do-
minus, adoraret, fidemque, iureiurando solle-
ni adhibito, daret, Persas non amplius eos bello
persecuturos. Qua de re Magos, quos in comitatu
suo habebat, Perosas consuluit. Illi autem respon-
derunt, quod ad iusurandum attinebat, liberum
ei esse facere quæ liberer: at, quod ad περιπολίσιν.

astu, dolóque fallendum esse hostem, οὐδὲ αὐτοῖς νόμον, ταῦτα ἡ λίθινη εἰσαπολεῖται συναγεῖται οὐκέται εἶται. Eapropter tempus in hac re obseruandū, ut manē Regē Euthalitarum cōueniret, ac tum ad Solem Orientem cōuersus, eum adoraret, atque hoc modo patrio more seruato, facti ignominiam eum vitaturum, cuiusmodi fallacia euasisse Perosam, ibidem narrat.

Solem autem M I T H R ĀE nō minie coluisse Persas, nemo est qui nesciat, Strabo lib. x v. Κύρων πόλιον, οὐκέται καλοδοσία Μίθρας. Suidas, Μίθρας νομίζουσιν οἱ Γέροις οὐδὲ τὸν πόλιον, οὐ πόλιον, θύσια πολλας θυσίας, τὸν δὲ οὐδὲ εἰς αὐτὸν δικάστησθεντας, εἰ μὴ δέ πνευμα βαθὺς παρελθὼν τὸν κολάσιον, οὐδέ τις ξεποντας καταφέννη. Hesychius, μίθρας οὐ πόλιος παρειπέροις, μίθρις οὐ παρειπός εἰς Γέροις ήτος. Itaque sanctissimum Regum iusurandum, per Mithrem concipiebatur: ut libro superiori demonstrauimus.

In Antro autem, Deum Mithrem cultum fuisse, Lactantius placiad. in lib. i. Statij Thebaid. tradit. Iul. firmicus lib. i. cap. v. de errore profanæ religionis Persarum Magi omnes qui Persicæ regionis incolunt fines, ignem preferunt omnibus elementis, & putant debere preponi. & mox, hanc Mithram dicunt. Sacra versus eius in speluncis abditis tradunt, ut semper obscuro tenebrarum squalore demersi, gratiam splendidi, ac serenitatem luminis non videant. Mithra quoque nullitem, initiatum in speleo, hoc est, specu, ait Tertullian. lib. de corona milit. Vnde D. Hieronym. Epist. ad Lazarum, specum Mithra dixit.

In istis vero Mithræ initijs, mysteriisque, Mili-
ti, qui initiabatur, Coronam, interposito gladio,
eblaram, quam capiti suo accommodaret: Diabo-

lum insuper, ipsas res sacramentorum diuinorum emulatum, Tinxisse, Signasse in frontibus, celebrasse Panis oblationem, imaginem resurrectionis induxisse, Tertullian. eo, quem modò laudauit, lib. auctor est. Quinetiam varijs cruciatis corporis, probari solitos eos, qui Mithræ initiabantur, indicat Gregor. Nazianzen. aduersus Julian. Imper. Inuestiuia i. de Marco Arethusio martyrium passo, loquens, Εἴληπον, ait, οὐδὲ πλατεῖαν, οὐδὲ πόλιν οὐδὲ τεμένον οὐληπον, οὐδὲ οὐτον οὐδὲ μέρος τῷ Θεωτικῷ, μηγυμθίνη τῇ αἵματι τὸ οὐρεως, οὐδὲ τὸν αἵματις ἐν Μίθρᾳ Τύπον καταζηθείαν. Idem Orat. εἰς τὰ μῆτρα φῶτα: οὐδὲ Μίθρᾳ κόλασις οὐδίκος, κατ' οὐδὲ μαῖεθαι τὸ παιδία πατέροις οὐδέχροδον, ad quem locum, Nicetas, eos qui Mithræ sacris imbuendi erant, per duodecim suppliciorum genera deductos, nempe per famem, per ignem, per frigus, per verbera, aliisque huius generis cruciatus, notat. Nonnus etiam in suis ad Gregor. Nazienzen. notis, Mithræ, hostias à Persis cæsas, sacrâque in eius honorem facta, ait, additique, eius Dei mysterijs non potuisse initiari quæquam, nisi prius per quosdam suppliciorum gradus transisset. Fuisse tormentorum gradus LXX. partim remissiores, partim intetiores. Primi enim leuioribus supplicijs, deinde grauioribus adfici. Igni quoque & aqua, aliisque varijs suppliciorum generibus excruciantur: ac demum post decursa omnia eiusmodi tormenta, exantlatosque cruciatus, sacris imbutos fuisse. Rurifisque alio loco, ad Mithræ sacra admissum nemine, nisi qui prius omnia tormentorum genera patienter pertulisset, pietatisque suæ, & fortitudinis animi, in perferrendis, ac tolerandis doloribus, specimè edidisset.

Fuisse autem LXXX. cruciatuum genera, quorum gradatim, ac statuto ordine perpetiōdorum, ei qui initiandus erat, necessitas imponebatur. Verbi gratia, primum ei diebus multis fodienda fossa, aperiundaque erat aqua, deinde in ignem conidere sece, postea in solitudine morari, cibo omni per aliquot dies abstinere, necesse habebat: atque ita ad alia progreedi, quoīsque LXXX. illis suppliōrum generibus defunctus esset. Quibus perdurans, si saluus superstesque evasisset, tum demum facris Mithriaticis initiabatur.

Præterea Persæ, auctore Zoroastre, OROMAZV M, vel, vt alijs placet, OROMAGDAM, nec non & inter læua numina, ARIMANEM, ceu Veiouem aut Auerruncum Deum, colebant, vt Plutarch. in lib. de Iside & Osiride, Laertius in proœmio & Agathias lib. II. docent. Arimanem autem Hesychius Ditem patrem, seu Plutonem facit: sic enim explicat, Αεριανής, ὁ Αΐδης, καὶ τὸ Γέρων. Xerxes platiæ lætitia ob Themistoclis aduentum exultans, ab Arimane precatus dicitur, vt hostibus suis eandem semper mentem, viros præstantes & fortis patria pellendi, injiceret, quemadmodum Plutarch. in Themistocle scriptum reliquit.

Atque hi erāt Patrij Persarum Dij: per quos, milites suos Dari^o obtestatur, apud Curt. lib. III. per quos, Tyriotes dicta sua firmat, apud eundem lib. IIII. quos & ibidem Darius matius ad cālum tendens precatur: quos & Bessus, fidei suæ testes, apud eundem lib. V. inuocat: quibus denique sacrificium ritè factum, lib. VI. narrat. Hos etiam θεοὺς τὰ πάσους, in precationibus inuocatos, apud Xenoph. aliquoīes legimus. Sed & Histiaus apud Herodotū lib.

v. iurat

v. iurat in hunc modum, θεοὺς ἐπίμυντο τοὺς βασιλίους. Dariū quoque Plutarchus lib. II. de Fortuna Alexand. ira precantem facit, Ζεῦ παῖδες Περσῶν, καὶ βασιλεῖοι θεοὶ: quam Darij precationem Curtius lib. IIII. ita concipit, οὐj Patrij, primum mihi stabilitate regnum, deinde si de me iam transactum est, precor ne quis potius Asie Rex sit, quam iste tam iustus hostis. Sic & βασιλεῖοι θεοὶ accipe apud Dionem Chrysost. ad am. Quæ cùm ita se habeat, quero quid sibi velit Strabo, qui de Carmanis agens, Persis vnicum Detum, Martem ita adsignat, οὐονεθούσι τῷ Αρῷ, οὐ Πέρσῃ σίγουται θεῶν μάρτ. Liceat in re obscura conjectura vti. Evidem aut verbum Πέρσῃ, vt subditritum rei ciēdum delendūmque est: aut, quod magis est, scriperat Strabo, οὐαρτούται: quæ, dictante fortè aliquo, cùm oscitans librarius excepisset, facilis lapsu, duas separatas syllabas in vnum contraxit: & à prioris vocabuli, extremo, ἀρ, à sequenti, α, mutuatus, inde conflauit vocem Πέρσῃ: quam alienam esse, proposito que minimè congruere nemo est qui non videat. Absurdè certè Carmanorum religioni, Persicam, quæ suo loco separatim ab eo tractatur, intermisceri palam est: nec aliud in animo, aut in ore habuit Strabo, quam, Carmanos, Marti, quem vnum Deum esse credunt, Asino facere. Quod si Persis tribueret, pugnantia cum ijs quæ eo ipso libro postea tradit, loqueretur.

Lunam quoque & Venerem, Persas diuinorum numinum loco & numero habuisse, perspicue Strabo lib. XV. scribit.

Nec vero clarissima solum illa mundi lumina, cælo fixa, verum etiam ipsum terris conceptum, terrestrēmque nostrum Ignem, qui, vt Sennius in

O

vi. Aeneid. loquitur, *constat de ligno ex aere, summa obseruantia ac veneratione colebant, quemadmodum Strabo lib. xv. docet. Maxim. Tyr. Serm. xxxviii. τὸ δὲ βαρβαρικὸν, ὁμοίως ἀπαντεῖ μὴ ξυνεπὶ τῇ θεῷ, κατέπιστον τὸ δὲ αὐτοῖς σημεῖα εἴδοι εἴδε. Γένους μὲν Γέρ, ἄγαλμα εφύμερον, ἀκόρετον, καὶ αἰδηφόρον. Theodorit. lib. v. histor. Eccles. cap. xxxix. de Persis, καὶ τὸν τὸν Γέρ υπειλήφασ. Euagrius lib. v. Ecclesiast. Histor. cap. xiii. Persarum Regis Chosrois suppelleatilem à Curte Scytha, captam memorans, πάντα, ait, Καὶ βασιλικοὶ καὶ μητροὶ, Καὶ δὲ στελεχοφόροι τῇ ζώων, σωὶς καὶ αὐτοῖς φορποῖς φέρων, ἐν οἷς καὶ τὸ χειρός σελασθν πῦρ, ὃ θεὸς καθιστᾶται. Eustath. in Dionys. de situ orb. de Persis, Ἐγέρσι τὸν Γέρ. Isidor. lib. xiiii. Origin. cap. iiiii. in Persia primum orta est ars Magica: ad quam Nemroth gigas, post confusionem linguarum, abiit: ibique Persas Ignem colere docuit. Nam omnes in illis partibus Solem colunt, qui ipsorum lingua, ΕΓΛ dicitur. Vnde & Samaritanos, quod à Persis originem ducerent, ignem, more Persarum, coluisse, D. Ambrosius in Epistol. i. ad Corinth. cap. ix. scribit.*

Atque ut Romani Ianum in sacris præfabantur, ita Persis, *Ignis* in sacrificando princeps erat: eisque primo supplicabatur: atque adeo cuicunque Deo rem diuinam facerent, *ignem* primum inuocasse, eisque precatio[n]es fecisse, Strabo significat lib. xv. cùm ait ὅτι οὐδὲ θυσιῶν θεῶν, τοσφότῳ τῷ πνεύματι. Apud Persas etiam ut Plut. in lib. de primo Frigido tradit, τὴν πεπυμάτων μέτισον τῶν καὶ ἀπαρατητῶν, εἰ Γέρ λαζῶν ὁ ἵπετεν αὐτόν, ἐν ποταμῷ βεβικῆς, ἀπειλοῦμεν πορχῶν, τὸ Πέρι τὸν ὑδαρά αφίστην. ἐντοχεῖ μέρος τὸν ἐδεῖπον, πορχῶν δὲ επαλάζεται, οὗτος τῶν ἀπειλουμένων μὲν τῆς φύσεως θυμοφύλων,

Ignis autem, diuinis illis honoribus à Persis cultus, perpetuò, focis, accensus, sic ut nunquam deficeret, adseruabatur: eūmque Regibus præferri solitum, ac dénum illis vita functis extinctum, suprà docuimus. Vnde Persicus ille sacer Ignis, *Eternus* à Curtio appellatur lib. iiii. Illic enim Darius milites suos ad prælium strenuè in eundum cohortatus, ad extreūmum eos per patrios Deos, *eternūmque Ignem qui prefertur altariis*, obtestatur. Eadēmque ratione Αρτεσον Ηρό, à Strabone lib. xv. appellatur, & à Socrate, *διλεπτές καρύδημον* Ηρό. Apud eum namque lib. vii. histor. Eccles. cap. viii. de Rege Persarum scribitur, εἰδὼς δὲ οὐ βασιλεὺς, ἐν οὐκέτῃ, πατερεπέτης καρύδημον Πέρητον πατεράν. Hoc illud est, πατερός Φέρος ήδεν Πέρητον καλέμενον, apud Diodor. Sicul. lib. xvii. Claudianus lib. i. de laudibus Stiliconis *penetrallibus Ignē sacramatum rapuere adytis.*

Sacro autem huic & æterno Igni, dicata Sacra-ria quædam Persas habuissé conitatis: quæ Γυρεῖα, & Γυρεσθία, à Græcis auctoribus nuncupantur: quo-rum custodia Magorum fidei, curæ, ac vigilantiae credebatur. Strabo lib. x v. ἔστι δὲ γῆ Γυρεσθία, σηκοὶ πηγές αἰξιόλογοι. ἐν δὲ Λύπης νεύσις, βαμβάς, εἰ δὲ πολλὴ πεπονδός, & Πέρητος φύλακτοι οἱ Μάγοι, καὶ ημέρας δὲ ἐπόντες, ἐπαλέωνται ὥραις ορεδόν, παρὰ τὸ πυρός, τῶν δέρματων τῶν ἐχεδῶν ἐχεντες: ad quem utique ritum, pertinent Phoenicis Colophonij de Nino Rege versus, qui ab Athenæo lib. xi i. citantur.

Οὐ πατερός Μάγοισι Πέρητον αἰτεῖσθαι
Ωςαρός νόμος ἐχεδῶισι τῇ θεῷ φαύλων.

Theodorit. lib. v. histor. Ecclesiast. cap. xxxix. Γυ-ρεῖα δὲ καλοῦσι ἐπεινούς, τὸ πυρός, τοὺς νέοις. Suidas Γυρεῖον interpretatur *Συματητεῖον*: Ethac ex vetusto quo-

dam auctore, de Imperatore Heraclio, verba ci-
tat, δὲ Ηεράκλειος τὰς πόλεις κατέπρη, ὃ τὰ Πυρεῖα στέρωφε
τῷ Γερῶν. Quod Heraclij factū celebrat Io. Tzete-
zes, histor. versi. Chil. i. cap. LXVI. in hunc modū.

Καὶ πῦρ Γερῶν πατέσθοεν, ὅπῃ εἰς σέβας εἶχον.
Εγκεραυνοῦ μὴν αἴσθεται ἵστοι Πύρος πόλει,
Αυχοκείας δὲ πυροῖς θῆς δειμαζόδηχοις,
Καὶ σωλέσοις ὃ πυροῖς μεγάλαις, λαβροπέταις,
Επιμήδως πηρέδρων μέχει τῷ πτο χειρί,
Τῷ Ηεράκλειος ὃ σβεδεῖ μέχει πένθος Γερῶν.

Nec hoc quoq; tacuit Zonaras, in Heraclio. Nam Annalium Tom. II. Ηεράκλειος ἦ, ait, ὃ εἰς πώλη ἐνδοπέρω
Γερῶν εἰσιστατε, ὃ τῷ πτολεμαῖς κατέπρη, ὃ τῷ πεμψόν τῷ Γυρός,
ἀπὸ ἑκαίνῳ τῷ πηρεμήῳ πᾶρ' αὐτοῖς, σωμάτεφθερο.

Τυρεῖον verò Hesychius interpretatur, ἀγέτεον
κεεύμον εἰς πυρὸς ἔκθεσιν. At igneum qui procedenti
Cyro præferebatur, focus gestatum Xenophon
lib. VIII. παρ. tradit, ὃ Γερ., inquiens, ὅποιν αὐτὸν εἰπεῖ
ἔχαρες μεγάλις αὐτὸς εἰπον φέροντες.

Descendisse autem ad nouissima usque Persarum tempora eandem Ignis venerationem, testis est Agathias, qui lib. II. Ignem sanctissimum habitum apud Persas scribit: eumque perpetuum seruatum à Magis, qui exactissimam diligentiam custodiendo adhibebant, quo eidem arcana peragebant sacra. Aëdiculis vero adseruatum, ibidem, Socrati congruenter scribit.

Enimuero huius quo de agimus cultus Ignis originem, ab eodem, quo & Tzetzes capite, Georg. Cedrenus arcessit. de Perseo enim verba faciens, εἶπι, ait, πολέμω, αἴφνι κεραυνός, οἵσι σφέλει πυρός, οὐ γενόντες
κατινέψθι, & ποξ. Καὶ γριά τῷ Πυρός ἑκαίνῳ πῦρ διάφας
ἐΠύροις, ἐγέ μοντον βασιζων, εἰς πταΐσα βασίλεια αἴγι-

γάρ, δὲ πῦρ τῷ Πυρός κατασκευαστος, δὲ ιψεῖς θεολαζεῖς αὐτοὺς
θειστούμνος. αἱλά μισθοὶ ἢ εἰς Ιωπόλης, δὲ εἰπισημητοὶ τοῖς αὐτοῖς
τοῖς, δὲ οἵσι νομονοῦ κατενεχθέται τοις οἰκεῖοις τῷ Γερῷ εἰκόνοις
διαστίσας, εἴδετος πυροστάσειν, μάρτυρις Μονικοῦ τῷ Πυροῖς ιψεῖς
καλέσας. Hinc, Amm. Marcell. lib. xxiii. de Magis,
feruntque etiam, (si iustum est credi) Ignem cælitus lap-
sum, apud se, sempiternis focus custodiri: cuius porcio-
nem exiguum, ut faustam, præfisse quondam Asiaticis Re-
gibus dicunt.

Visque adeò autem Ignem coluisse Persas, ut &c,
eo nomine, quælibet πυροστή, venerarentur, Eu-
stath. in suis Dionys. de situ orbis commentarijs,
adnotat. Nam & ea de causa, Pyropo, ceu flamas
imitanti, honorem exhibuissent eos, Strabo lib. x v.
testatur, his verbis. πόπυρον Λεζεμψων ἐν Κυπρῷ, οὗτοι οὐδὲ
νεκροὶ πεφυγόσι, κατεύθυντο οὐδὲ τῷ πῦρ κατέπιλον.

Quinetiam Aquam, Persæ, diuini numinis in-
star colebant: cique, non secus atque Igni, diuinos
honores tribuebant, quemadmodum Strabo lib.
xv. & Agathias lib. II. scribunt. Sidon. Apollin. Pa-
negyr. Leon. Magis iuratur ab illis ignis, & vnda, De^o.
Fluuios etiam Persas coluisse, Arnob. lib. vi. & Cle-
mēs Alex. in περὶ τοῦ θεοῦ tradunt: in tantum, ut nec
lotio nec sputo foedari & inquinari Flumina fas
esset. Proinde in Flumine, ut Herod. lib. I. & Stra-
bo lib. xv. & Agathias cōsentint, neq; lauabāt, ne-
que vesicā leuabāt, nec inspuebat: nec cadauer, aut
alia quæ spurca, polluta, aut cōtaminata, videren-
tur, in profluētem abiijciebāt. Ac nec manusquidē,
ut ijdem testantur, viuo flumine Persæ abluebant.
Verba Herodoti, quibus hæc quæ dixi compro-
bantur, sunt hæc, εἰς ποταμὸν δὲ ἐπεινέσοις, ἐπι οὐπινοῖσι.
εἴρηται οὐπινοῖσι, οὐδὲ οὐπινοῖσι, οὐδὲ οὐπινοῖσι.

πεμοὺς τῷ παῖτων μάλιστα. Strabonis vero lib. xv. verba sunt hæc, εἰς παταμὸν ἡ τὸ ὄροσιν, ἡ πείσθονται Πέρσαι, γέδε λαόνται, γέδε νεκρὸν ἐκβάλλονται, γέδε ἀλα τῷ δουκούν τῷ γῆς μιαστή, sic enim emendo.

Ex hac apud Persas recepta Fluminum veneratio, fidem facilè inueniet, quod à Tacito lib. vi. Annal. relatum extat, Tiri datem cùm Vitellij copijs ad ripam Euphratis consistente, placando anni Equum adornasse, prospere nimis rurum transgressus causa, vt ibide innuit, id est, vt felicibus auspicijs flumen illud traiiceretur. Cuius rei gratia, Vitellium quoque more Romano Suoueraurilibus fecisse: Sacrisque peractis litatum egregiè, ac ponte nauibus effecto, exercitum transmissum narrat.

Tellurem quoque Matrem, vt Deum, Persæ venerabatur: cui & hostias maestatas, Xenophon. lib. viii. nay. dicit.

In summa, Persæ, vt Strabo, lib. xv. scribit, colebant Ήλιον ὑπὲ Σελήνων, καὶ Αφροδίτην, καὶ Γῆν, καὶ Αρέμοις, καὶ Υδρα. Quæ ille, Herod. duce, & a spacie scripsit, apud quem lib. i. legere est, οὐδοι δὲ ἡλιοτε ὑπὲ σελήνων, καὶ γῆς πνευματικοῦ αὐτοῖς. Τύποις ρρῷ διὰ μεσούντος θύοις ἀρχήν.

Vnde, Solis Lunæque defectus, qui Peloponnesi belli tempore contigerunt, Aristophani ioci materia, in Comedia quæ Eiplūn inscribitur, prebuerunt. Illic enim Trygæus vinitor, Mercurio, tanquam grande arcanum, aperit, Solem & Lunam, propitia Persis à quibus summopere colebantur numina, consilia in necem aliorum Deorum agitasse. id enim agere sidera illa, vt bello superiores Persæ, victoresque discedant: eoque modo su-

bacta, deleataque Græcia, sibi solis cultores suppetant, ceteris numinibus desint. Sed ipsummet Trygæum cùm Mercurio sermones cædentes, & ore floridi, doctrinæque florentis, nostratis interpretis (qui versum versu feliciter reddens, ipsius propè auctoris gloriam æquat) Latina verba fundentem in scenam producamus.

TRYGÆVS, Nam Luna iam pridem, atque Sol nefarius
Consilia vestrum moluntur in caput.

Qui Græciam omnem prodiderunt Barbaris.

MERCVRIVS, Quia nam ista faciunt?

T R. quod solemne, per Iouem,
Litare vobis subque placare, ijs solent,
Voluntque Barbari: inde iure postulant
Omnes semel nos funditus perbitere:
Quō, nempe, sacra cælitum cedant sibi.

MERCVR. Ergo dierum hinc illa diminutio
Et prava detrita orbitæ aurigatio.

T R. ita est amice MERCVRI.

Ad quæ verba, Interpres, οἱ βαρέαροι τὸν Ήλιον,
καὶ τὸν Σελήνων προστὸν, ὡς Ηρόδοτος ἴστορει. δε τοσο, θητειῶν δὲ οἱ βαρέαροι τὸν τε Ήλιον, καὶ τὸν Σελήνων θεὸν μᾶλλον πάντων οὐτοῖσι. δε τὴν καὶ τὸν Δῆλον, καὶ τὸν Εφεσον οὐ διελυτίσαντο, οὐδὲ τὸν Ήλιον, Απόλλων ἐνενόμιστο. οὐδὲ Αρτεμίσιαν Σελήνην.

Enim uero, cùm transmissio ab Alexandri exercitu Tigri, ingens ob Lunæ defectionem religio, & ex ea, formido quædam Macedonum animis incussa esset, Alexander, vt est apud Curtium lib. iiiii. duces, principesque militum frequentes adesse prætorio: Ägyptiisque vates, quos cœli, ac siderum peritissimos esse credebat, quid sentirent, expromere, iussit. At illi qui satis scirent

O. iiiij

temporum orbis implere destinatas vices, Lunamque deficere, cum aut terram subiret, aut Sole premeretur, rationem quidem ipsis perceptam, non edocuerunt vulgus: ceterum, adfirmarunt, SOLEM, GRÆCORVM: LVNAM ESSE PERSARVM: quotiens illa deficeret, ruinam stragemque ille gentibus portendi: veteraque exempla recensuerunt perfidus Regum, quos auersis Diis pugnasse, Lunæ offendisset defectio. Denique Diogenes Laërt. in proœmio librorum de vitis Philosophor. Magos credidisse, ait, οὐτε θεούς, & Ρέσπ., γη Γλώ, καὶ Υδωρ.

Sed iam ad Persicorum sacrorum ritus accedamus. Persæ Diuis suis neque templa, aut delubra, neque aras vel altaria ponebant: nullas etiā Deorū pictas, fictilesve imagines, aut sculpta signa, habebant: numina, apud eos, absque simulachris colebantur. Quinimmo insanæ arguebāt eos, qui Deos ex hominibus ortos credentes, eos humana forma adsimilabant, hæc Herodotus suggerit, lib. 1. his verbis, Αἰγαλιμάτα μὲν οὐ τηνούσι τὸ βαρύτονον ἐν μάρτιῳ ποιεῖσθαις ιδρύεσθαι, ἀλλὰ οὐ τοῖν ποιόντος μετεῖλιν θηρίον. οὐδὲ εἶποι δοκένειν, οὐ ποτὲ οὐδεταποφεάσαι οὐδέματον Τοὺς θεούς, κατατοῦσι οἱ Ελληνες, θεούς. Strabo lib. xv. Ρέσπου Τηνα αἰγαλιμάτα μὲν οὐ βαρύτονον οὐχ ιδρύεσθαι.

Magos quoque signa & simulachra Deorum damnasse, improbabileque, Diogenes Laërt. docet. qui inter cetera eorum doctrinæ capita, ait eos ξενίων καταγνῶσκεν.

Magis itaque auctoriibus, Persarum Regem, templum Græciæ inflammasse, Cicero lib. ii. de Legib. ait, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia debarent esse patentia ac libera, quorūque hic mundus omnis, Templum esset, & domus. Asconius, in ii.

Verrin. Persas meritò Diis, hominibusque insuisos, à Cicerone dici notat: quia, non solum hostes erant, utpote Barbari, verum etiam, more gentis suæ, nulla Diis, in terris, tempora condenda esse credebat, praesertim cum unius soli, quem venerarentur, vix mundus ipse sufficeret. Illud vero Persarum institutum reprehendens Cicero, illo de Legib. lib. Melius, inquit, Græci, atque nostri: qui ut augerent pietatem in Deos, easdem illos urbes, quas nos, incolere voluerūt. Adfert enim hæc opinio religionem utilem ciuitatibus. Quamquam per aliquorū ab urbe condita, annorum spatium, Romæ, Persico more, cultos Deos, D. Augustin. lib. iii. de Ciuit. Dei, cap. xxxvi. ex Varrone, docet, in huc modum, Dicit etiam, de Varrone verba facit, antiquos Romanos, plusquam annos centum & septuaginta, Deos sine simulacro coluisse. Quid si ADHVC, inquit, MANSISSET, CASTIVS DII OBSERVARENTVR. Cuius sententia sua testem adhibet inter cetera, etiam gentem Iudeam: nec dubitat eum locum ita concludere, ut dicat: QUI PRIMI SIMULACRA DEORVM POPVLIS POSVERVNT, EOS CIUTATIBVS ET METVM DEMPSISSE, ET ERROREM ADDIDISSE: prudenter existimans Deos facile posse in simulachrorum soliditate contemni. Quid vero non ait, ERROREM tradiderunt, sed, ADDIDERVNT, iam utique fuisse etiam sine simulachris intelligi vult errorem. Idem D. Augustinus lib. vi. de Ciuit. Dei, cap. x. Senecam in eo libro quem contra superstitiones considerat, cum de simulachris ageret, talia scripsisse ait. sacros, immortales inviolabilésque deos, in materia vilissima atque immobilitate dedicant, habitus illis hominum, ferarumque & piscium, quidam verò mixto sensu, diversis corporibus, induuntur.

Numina vocant, quæ si spiritu accepto subito occurrerent, monstra haberentur.

Verum ut ex diuerticulo, in viam, id est à Quiribus, ad Persas redeamus: omnia Græcorum fauna subuertisse spoliassèque Persas, post Diodorum Sicul. lib. vi. D. Hieron. in Esaiae cap. xxxvii. auctor est. Incendio verò absumptas, illis faces ad mouentibus, aedes sacras fuisse constat: quem causum deplorans Æschylus in Persis, ait.

Οἰ γὰρ μολὼντες Ελάσσονα τὸν θεάν βρεττούντων συνάντησαν, οὐδὲ πυροσέργαντας.
Βαρύοι οἱ αἴσιοι δεμόνων τὸν ισθύματα
Πρόρριζα φύρδια ἔκανερπλανεῖσαν βαθρῶν.

Iosocrates in Panegyrico, de Persis, οἱ γὰρ τοῦ θεάν θεάν καὶ τοὺς γεωργοὺς συνάντησαν εἰς τὸ πυροπέρω πολέμων καταπάντες ἐπόλυμποι. Vnde Alexáder apud Curtium, lib. iii. queritur, *Dijis dedita templa, ruinis et ignibus esse delata à Persis.* Quo nomine, Cicero n. in Verr. Persas, *Dijis, hominibusque bellum indixisse*, ait. Acriter etiam & amarè in eos Max. Tyrius Serm. xxxviii. inuehitur: quod tantopere huic fero & agresti Deo dediti essent, cui & vorādas ipsas vrbes, tépla, delubra, signaque Deorum, absumenta præbuissent: Eos enim alloquens, οὐδὲ τὴν μάλιστα, ait, αἰχολεῖσθε τὸν αἰγαίνατον καὶ οἶστραν, οὐ τὸν λαὸν αὐτῷ έργον χειροποίητε μόνον, οὐδὲ τὸν Σεπαν, οὐδὲ τηματάτων, αλλὰ τίταν τὸν αἰγαίνατον καὶ τύπον τῷ θεῷ καὶ τῷ Σεπελαν δημιουρούντες δεδείκνετε τοὺς αἰθεαντας αὐτούς.

Ab hac ramen templorum clade immunes fuisse Delium & Ephesum, corūmque templa intacta reliquisse Persas, quod illa, Apollini, qui idem est cum sole: hæc, Diana, quæ Luna esse perhibetur, sacra essent, Interpres Aristophanis in Ireneam tradit.

Enim uero non tam religionis impulsu, quam vindictæ causa, templis Græcia bellum indixisse Xerxem, Herodot. lib. v. ostédit. Nam quod Athenienses Sardibus ignes intulissent, vnaque templum Cybeles incendio conflagrasset, inde Persas offensos esse hoc obtenu, postea templa Græcorum cremasse, tradit.

Porrò ea templa à Persis deleta, Græci instaurari vetuerunt: vt extaret ad memoriam posteri temporis sempiternam hostilis eorum impietatis monumētum, quemadmodum Pausanias in Phocicis ita scribit. αλλὰ Ρωμαιοῖ μὲν θυσεῖσθαι τῇ εἰς τῷ Απόλλωνα, Αεράγεις δεδώκειν αὐτοτό μοις σφεῖς έτι. σφατεία ἦ, οὐ μετ' οὐδὲν, καπέρωρος εἰς τὸν Αέρας ήρόν. ἐμλίων δὲ τοῖς αἰτιοῖσι τῷ βαρβαρῷ, τῷ κατακαινώντα ιερῷ μὴ αἰτιάν αφίσιον έδοξεν. αλλὰ εἰς τὸν πάντα τὸν περιπετειῶν χρόνον τῇ ἔχθοις ὑπομνήστη καὶ τὸν εὐεκα σῆτε εἰς τῇ άγιαστῇ ναοῖ τῷ αθηναϊστοις τῆς ἡραῖς θύτῃ οὐδὲ τῇ φωλιερῇ.

Vnde Iones vt magni animi plenos Iosocrates in Panegyrico summis efferti laudibus æquum censem, quod Diris deuouissent, execrati que essent eos, qui à Persis incensa templa refecissent, reædificassentve. Verba Iosocratis ita habent. Διοὶ γὰρ τοῖς Ιαναῖς ἀλέιτον ἐπεγνέν, ὅτι τοῦ ἐμυθριδέντων ήρῶν ἐπιχείσαντο, εἴ τινες οἰκοδομήσαντες, η πάλιν εἰς τὸ θράζυα καταστῆσαι βάλιθεν ἢνι πεπονιώπτες, οἱ δειπνοι Αιόστοι, αλλὰ ίπαντα τοῖς θηριογορδίοις ή τῆς τοῦ βαρβαρῶν αἰσθεῖσας, η μηδεὶς πιστὴ τοῖς ποιῶντα εἰς τὸ τοῦ θεάν εὖθις ἔξαρδετεν πολυποτον. αλλὰ η φυλάττωνται, η δειπνοι, ὄρῶντες αὐτοὺς οὐ μόνον τοῖς Θηραῖς ημέν, αλλὰ γὰρ τοῖς αἰαθημασι πολεμήσανται.

Atque adeo apud Plareas aduersus Xerxis copias dimicaturi Græci, πρὸν in proiectu, uno ore, communique consensi, conceptis verbis, ex

animi sententia, sese iure iurando obstrinxerunt, fanorum quæ à Barbaris incensa, & diruta erant, nullum omnino instauratos, sed, eandem locorum faciem posteris relicturos, parietinâsque sese ad eos transmissuros, ut Barbaricæ impieratis sempiternum exstaret monumentum. Et enim inter eius sollemnis iuris iurandi capita, hoc vel præcipuum, ultimum certe & quod agmen cogeret, fuit, η Βαρβαρῶν, οὐδὲν αἰσθανόμενος, αἱ τοιωταὶ ποῖς ἔπιποδίοις ἐστο, η καταλέγει, τῆς Βαρβαρῶν αἰσθανόμενος : quemadmodum, Lycurgus Orat. contra Leocratem, & Diodor. Sicul. lib. xi. litteris proddiderunt.

Planè vindictæ à persis expectendæ causa, Persepolitanæ vrbi faces ab Alexandro subditas fuisse, Diodor. lib. x v. ita scribit. ἐπειδὴν δὲ ὁ Αλέξανδρος τῷ εὐ Γεροστόλῳ βασιλεῖ, πηροῦν ποῖς Ελλησ, ὅπις κοκκινωνὶεστὶ πόλεσι οἱ Γέραιοι ποῖς οὐ στήριψαντας. Curtius quoque lib. v. Thaidem inter pocula, ad id persepolis incendium calcar addidisse refert : cùm affirmaret, maximam eum apud omnes Græcos initurum gratiam, si regiam persarum iussisset incendi: expectare hoc eos, quorum vrbes Barbari delessent. Ebrio scorto, ait ille, de tanta re ferenti sententiam, unus et alter, et ipsi mero onerati, assentiuntur. Rex quoque fuit audior quam patientior. Quin igitur vlciscimus Græciam, et vrbi faces subdimus ? Omnes incaluerant mero, itaque surgunt temulentii ad incendendam vrbum, cui armati peperceraunt. primus Rex ignem Regie iniecit, tum coniuae, et ministri, pelli-céque.

Cùm ergo persæ templorum parietibus Deos

suos non includerent: sub dio, illis, in editissimis quibusque locis, arcibus, collibus, sacra faciebant. Herodotus lib. i. οἱ δὲ νομίζοντι Διὶ μάρτιον τὰ ὑψηλάτα τῆς οὐρανού εἰναι εἴρηται, θυσαὶ ἑρδῆν, τὸν κύκλον περνά τὸν οὐρανον τὸν Δία καλέοντες. Xenoph. lib. viii. παρα- his verbis de Cyro loquens ἔστι, ait, οὐ πε πατέσσιν καὶ οὐδὲ η ποῖς ἄλλοις θεοῖς, οὐτὶ τὴν αὔραν, οὐς Γέρατι, θύσιαν. Strabo lib. x v. de persis, Θύσιοι δὲ εἰναι οὐκ λαθεῖσι πάντα, τὸν οὐρανὸν οὐρανόθρον Δία.

Et quidem οὐ καταρρώ πάπα sacrificasse eos, ibidem Strabo, post Herodot. lib. i. scribit. Dijs autem omnibus quos colere & venerari more gentis receptum esset, hostias Persæ cædebant, ut Herodot. lib. i. indicat. Immolabant autem maestabantque Ioui maximas hostias, veluti Tauros, vt & Soli Equos. Xenophon lib. viii. παρα- de sacrificio Cyri, ἐπειδὴν ἀφίκαντο τοὺς τερψίν, ἔθυσαν τοὺς Διὶ, η ἀλοκαύποτους τοὺς Ταύρους. ἐπειπεπληρώματοι, οὐλοκαύποτους τοὺς ἐπιποτούς. ἐπειπε γῆ σφράξαντος, οὐδὲ ξυγκατατοι μάρτιοι ἐποιήσαν. ἐπειδὴν οὐτοι ποῖς συεῖσι έχονται. De Regum autem in sacrificijs magnificentia, diximus lib. superiore: quibus adde ex Herodoto lib. vi i. Xerxem, in transitu Minerue Iliensi, βοῦς χνίας maestasse.

Sanè, rem diuinam facturos persas, neque Aras erexisse, neque ignem accendisse, neque libamétis, Tibijs, Infulis, vittisve, aut Molis salis, vsos, inuenio. Verum ut quisq; Diuis sacra facere instituerat, in locum purum, victimam ducens, Deum illum quem placare in animo habebat, opero capite, Corona, eaque præcipue Myrtea, Tiara circundata, inuocabat. Testis Herod. lib. i. cuius ipsa verba, vt fides penes auctorem sit, ponam. Οὐπ-

βωμοις ποιεῖται, οὐτε πῦρ αὐλακούσι, μέλοπτες δύγι. εὐ^ταιροδῆ γρέανται, οὐχί αὐλαῖ, οὐ στέμψασι, οὐχί οὐλήσι. Ρήσεις αἵς
ἔπειστα θύη γέλει, ἐς χώρον καθαρὸν ἀγαστῶν τὸ κίλινον, ηχετε τὸν
θεόν, ἐπεφανωμένος τὸν Τιτάναν μυρστὴν μάλιστα.

Coronatos sacrificasse Persas ostendit Xenophon lib. III. παρ. his verbis, Κύρος μὲν ἐπεφανωμένος
ἔστι, παρήγειται δὲ τῷ τοῖς δῆλοις ὄμοιόις, ἐπεφανωμένοις περὶ τὸ
ἱερὸν παρεῖται. Hostiam quoque coronatam fuisse,
indicat Strabo lib. xv. Θύουσι δὲ, inquiens, εἰ καθαρὸν πό-
τα καπνού ξαθροί (sic enim emendo) φυλακούμενοι τὸ ιε-
ρόν ἐπεμμένον.

Quisquis autem rem diuinām faciebat, non
pro se priuatim, sed pro populo faciebat: nec
αἱ Διὶς ut sibi speciatim bona tribuerent, pete-
bat: verū, vt genti vniuersae bene esset, fau-
stumque felix ac salutare, Regi, populōque Per-
sico esset, optabat: nec aliter quam sub communi &
generalī Persarum nomine, ipsius sacrificantis per-
sona Διὶs commendabatur. Appellatione enim
Populi, eum quoque qui sacra faceret contineri
censebant. Omnibus certè, sacris, pro salute Regis
vota nuncupabantur. Hac ita esse, Herodoti ver-
ba declarant, quæ ita habent. ἔωντες μὲν δὴ τὸ θύον π
ιδή μωσίῳ οἱ ἐρήμεται ἀρεστοὶ ἀγαθοί, δὲ τὸ πᾶσαν Πέρσην
καπνού λεπτὸν θύεισι, καὶ τὸ βασιλεῖ, ἐν τῷ δὲ ποτὶ ἀπαντούσι Πέρ-
σης καὶ αὐτὸς γένεται.

Mactatae vero hostiae membratim prosectoriae
carnes persæ coquebant, molissimumque ali-
quod ac tenerrimum gramen, maximè vero
Trifolium. substernentes, ei carnes elixas impo-
nebant. Magus autem sacrificio adstans, Theogo-
niam accinebat, siquidem hanc illi existimabant
esse incantationem: modico ac demum interuallo

interposito, qui immolauerat, carnes auferebat, &
ijs velcebatur vtebatúrve pro vt ferebat animus.
Auctor Herod.lib. i. cuius verba subieci, ἐπειδὴ δῆλοι
μαστίχας καὶ μέρεα τὸ πρίνιον, ἐμποτὶ πάντας, τεσσαράς τοις
οἷς ἀπαλωπαῖς, μαλισκὰ δὲ τὸ πελφυλλον, ὅποις οὐκέτις ἔτικε ὁν
πάντακρέα, διεθέντος δὲ ἀντι, μάγος αὐτῷ παρεστὼς ἐπανίδη
θεορύιλα. & τοιο. Επειδὴ δὲ ὁλόν τον θεον, οὐτοφέρεται οὐδὲ
σας πάντας, καὶ γενταὶ οὐ, παντὸν λόγος αἴστη. At Strabo lib.
xv. Magū qui sacram peragebat, membratim cō-
scissas hostiæ carnes, in partes his qui intererant,
tribuisse, ac sua quæq; parte accepta abiisse, scribit,
nullo vel tātillo Dijs relicto. Credebāt enim Deos
solam hostiæ animam velle: Omētique duntaxat
partem aliquam exiguum flammæ imponebant:
vt quosdam tradidisse, idem Strabo scribit, cuius
verba de toto hoc ritu sunt hæc, Μάγοισαντες δὲ τὸ μάλιστα
πάντα πρέστα τὸν ὑφηρουμένον τὸν ιερογείζειν, ἀπάστολοι θεούμενοι, πᾶς
θεός οὐδὲν ἀπινείμαντες μέρος, τῆς τορὸς ψυχῆς φασι τὸν ιερεῖς σεῖσθαι
τὸν θεόν, δῆλος δὲ οὐδὲν. ὅμοιος δὲ τὸν θητηλάς π μικρὸν π θέασι, οὓς
λέγονται πνεος θητὴ πάντη. Quæ Strabonis verba Eustath.
in I. Iliad. sua fecit hoc modo, οὐδὲν δὲ ιερεῖων οἱ Μάγοι πε-
κρέα σιελούμενοι, πᾶς θεός οὐδὲν αἴστειμον, λέγοντες, τῆς ψυχῆς
τὸν ιερεῖς σεῖσθαι τὸν θεόν, δῆλος δὲ οὐδὲν. οὐδὲ τὸν θητηλάς μικρὸν π
θητὴ πάντη π θέασι.

persæ ergo honorem Dijs, sola victimarum
cæde habebant: neque exta vila ijs dabant, cùm
ea nihil eorum Dijs cordi esse censerent. Persicum
vero illum Omenti in flammis liquefaciendi ri-
tum confirmat Catullus Epigrammate de Magis,
cùm ait.

Gnatus ut accepto veneretur carmine diuos,

Omentum in flamma pingues liquefaciens.

Nec superis, Inferis ve tantum Dijs, verum etiam

Terrestribus, & Semonibus, sacra persæ faciebâr. Hinc, Cyrum, postquam Ioui, Tauro, Soli, Equo, fecisset: Telluri deinde Matri, atque Heroibus, hostias immolasse, Xenophon lib. viii. ita scribit, ἐπιτη γῇ σφάζετες, ὡς ἔνησαντο οἱ Μάροι, ἐμίσταν. ἐπιτη ἐν Ηρωι τοῖς Συνέται ἔχοτε. His etiam parentasse, inferiasque misisse Magos, Herodot. lib. vii. significat his verbis, χωρὶς οἱ μάροι τῶν Ηρωι ἔχουσι. Alter autem Igni, aliter Aquæ, sacra fecisse persas, Strabo lib. xv. scribit. Hoc enim valent prima eius clausulæ quam integrâ subiecî verba: quorūvimi Interpresin ipso limine impingēs ignorauit, Διαφερόντως ἐν τῷ Πνεύμα τῷ ὑδατι θύσιοι, τῷ φλυ πνεῖ περιστερίντες ξηρὰ ξύνα τῷ λέπτῳ χωρεῖ, πρθμῷ ὑπιθέντες αὐτῷ θεῖ εἶται οὐφάσιον ξύνον κατα χάντετες, οὐ φυστήτες δγλαδέχτιζοτες, τοῖς ἐφιστατας, ή νεκρον ὅπλη πῦρ θέντες, ή βόλειτον, θεατοδοτο πῦρ ὑδατη ὅπλη λίμνη, ή ποταμον, ή κριώλιν ξύδοτες, βέροιο όρού ζαντες εἰς τῶν σφαγαζοντας, φυλατόροι μὴ πὲ πλισσον αἴματος αἵματος θεῖ, ὡς μαροωπες. Εἴτ' ὅπλη μαρρίνων οὐ δύσοντες θεάσθετες τα κρέα, εἴτε έδοις λεπτοῖς οὐφάσιοντα οἱ Μάροι, οὐτὶ επάδισιν άποπονθοντες ξύνον οὐδος γάλακτι καὶ μήτη κεκραδινούσθεν εἰς πῦρ, εχ θύμαρ, αὖτε εἰς θύμαρος. τοὺς οὐ έπωδεις πιοισθατα πολωτα χρόνον έπειδων μωεικαντα λεπτοῖς θεσμὸν παντοπες. Certis porrò, & sollemnibus verbis, Persas Ignis sacra facientes, vsos, Maxim. Tyr. Serm. xxxviii. docet, θυσίαι, inquiens, Πρῶτη Πνεύμα, ὑπιφερομῆτες αὐτῷ ταῦ Φυρός Κέρθιλ, ὑπιλέγοντες, Πέρη θέσσοντες έπειτε. quæ, an ille arbitrio suo finxerit, an ex ritualibus Persicæ gentis libris hauserit, in medio relinquó.

Ad sacrorum etiam Persicorum ritus, pertinent hæc Xenophontis lib. viii. παγ. verba de Cyro, οὐσια τομιζόμενα ιβεῖα καὶ τὸ χοροῦ ιγήσαπι Πέρωντος ιταὶ στάρεια. Chosroem quoque Persarum Regem, Soli, & alijs

Ceterum Persas Ture Dijs supplicasse, aut diuis suis Tura dedisse, apud eos auëtores qui res Persicas litteris mandarunt, legere me non memini. Proinde ad Persarum Regem perductus Apollonius Tyaneus, iustusq; vna cum eo, patrio Persarum more, sacrificare, talibus dictis respondit, Σὺ μὴ, ὡβασιλεῦ, θύε τὸν σωπὸν Θηρον, ἐμοὶ δὲ, πὼν εἰκανον τοι χωριστον θύσιον, οὐτὶ θραξιδιάθρος Τελ λιθανων, Solem precatus est, ac deinde, οὐτανθιδιάθρος πὼν πυρος, ὥπῃ ένημος τε, καὶ καθεπον φάρματο, θύε τὸν λοπον, ὥβασιλεν, καὶ τὸ σωπὸν πιεσα. Τε τὸ πάτερον θύσια τιμῆτα. οὐτὶ θύει χωριστον θύσιας, οὐτὶ μὴ καταρον τὴν εἰκαστησ.

Vinum vero Persas Patera Dijs dedisse, ex Athenæo colligitur, qui Persica lingua, pateram hanc, ΚΟΝΔΥ, vocatam scribit lib. xi. eiisque poculi formam ibidem exponit. Cui coniecturæ fauere videtur Claudianus lib. i. de laudib. Stileon. his versibus Rex ipse micantem

inclinat dextrâ Patenam, secretaque belli, Et vagæ restinunt volucentem sidera Mithrem. Xerxes quoque priusquam in Græciam traiiceret, aurea phiala libasse, Votaque Soli fecisse, ut quod in animo habebat, adgrediebatūrq; bene verteret, ac deinde, Phialam in mare cum aureo Cratere & Acinace, abiecisse, Herodotus lib. vii. narrat, οὐτὶ έπιπλέον οὐλιος, αὐτὲ δων ἐκ χρυσον φιλέινς Ξέρξης εἰς τὸν θεάσασαν, οὐτέ περὶ τὸν Ηλιον, μιθεμιεν, οἰ σωπούσια τιμῶσιν γῆρας, οὐτὶ πεισθειστοις ηγεμονησι τὸν Εύρωτον περγατον οὐτὶ περμασι Τεστ έκεινος γένεται. θύειδιθρος δὲ, οὐτεταλε τὸν φιάλην εἰς τὸν Ελινισσοντον καὶ χρύσον κρηπίτη, & Περσικὸν ξίφος, πὸν άκινθαν καλέοισι.

Postremo, persæ, cùm nihil rite nihilque prouidenter homines, sine Deorum ope, consilio, ho-

nore, auspicari crederent, omnium rerum agēdārum initium à patriorum Deorum inuocatione Persæ capiebant: vt Cyri exemplis Xenophon nō semel testatur. Sic Xerxes expeditionem aduersus Græcos parans, apud Herodot. lib. vii. nū d̄, ait, οὐδέτερον τούτοις οὐδὲ τοῖς θεοῖς, τοῖς Προστάταις, τοῖς λεπτόστατοις.

Iam vero sacra omnia, publica priuatāque, obibant Magi: nec vñllum absque eorum interuentū ritē sacrificium peragebatur. Herodot. lib. i. αὐτὸν τὸν Δῆμαρον, ὃντις οὐ μόνον δυσίας ποιεῖται. Ammian. Marcellin. lib. xxiiii. de Magorum genere agens, Eius, ait, mysterijs, Persicæ potestates, in rebus faciendis diuinis, solemniter utrebantur. Eratque piaculum, aras adire, vel bestiam contricētare, antequām Magus, concepia precautionibus, līmenta diffundere præcursoria. Claudianus lib. i. de laudibus Siliconis,

Rūnique, iuuenços,

Chaldaeo, stranere Magi. Magi planè Regibus ac populo præbant, quibūnam Diuis, quōque modo, res diuina facienda esset: quod Graci θεογονία, & ἱρογλ̄ισθαι dicunt. Xenophon lib. viiiii. σφάλαντος οἰς θεογονίαν οἱ Μάγοι. Strabo, lib. xv. τῷ Μάρκῳ οὐφηγουμένοις τῷ ιεροράταις. Idem lib. xv. de Calano Indo, σωματικῶσσαν τῷ αὐτὸν, ὡς ἐκφυμαστὴν τῷ βασιλέως, Καὶ τῷ Ινδικῷ ὄρων, καθέτῳ τῷ κοινὸν ἔδος τῇ εἰνι φιλοσοφῶν, ἐπειναὶ τῷ οὐαῖναι τοῖς αὐθίσι βασιλέσσαι, οὐφηγουμένοις τῷ τῷ τοῖς θεοῖς οἱ τοῖς Μάγοις τοῖς Γέροις.

Secundum quæ, persarum Regi sacrificanti Magi adstant, apud Apollon. lib. i. de Vita Apollon. non fecus ac Cyro, apud Xenophont. lib. viiiii. παρα. quō loci, narrans, Cyrum cùm res secundæ erant maximè, tum maximè meditatum, pium se Deorum cultorem, ostendere, adiicit, καὶ πᾶν περ-

τον καταπολέμουν οἱ μάγοι, μεντὸν τε δει πρώτην τῷ ιπέρεξε. Τοις θεοῖς, καὶ τοῖς γενέσιν ἀντέκεσθαι ηὔπερον οἵς οἱ Μάγοι θεοῖς ἐμεῖν.

Magos autem sapientia studijs. & rerum diuiniarum notiā, persis præluxisse: vt apud alias gentes, Druydas, Gymnosophistæ, Brachmanas, Strabon lib. v. & Diogenes Laërt. in proœmio libr. quo de virtus philosophorum conscripsit, tradunt Apuleij Apologia i. Nā si, quod ego apud plurimos lego, Persarū lingua MAGOS est, qui nostra, Sacerdos, quod tandem est crimen sacerdotem esse? & ritè nosse, atque scire, atque callere, leges ceremoniarum, fas sacrorum, ius religionum: Siquidem Magia id est, quod Plato interpretatur, θεοτοκίας, cùm cōmemorat quibusnam disciplinis, puerū Regiū adolescentem Persæ imbuat. Suidas, Μάγος, καὶ Πέροις, οἱ φιλοσοφοι, οἱ φιλόθεοι. Hesych. τὸν θεοσέντην, οἱ θεολόγοι, οἱ ιερά, Magum à Persis vocatum, Theodor. lib. v. hist. Eccles. cap. x x i x. Τοις τοις ξα θεοποιούσσας, à Persis, Magos appellari: Eos, πατέρων Σριστειαν, καὶ φιλονομούσας πιστεπον, καὶ σκεδαζούσας θρήνον θητεύσας, Sozomenes lib. ii. histor. Eccles. cap. viii. scribit.

Sane Magorum scitis omnia publica priuatāque sacra subiiciebantur: vt esset quō consultum plebs veniret, ne quid diuini iuris, negligendo patrios ritus, peregrinósque adsciscendo, turbaretur. Nyctegress autem herba, quæ & Cheonychos appellatur, Magos, Parthorūmque Reges, ut ad vota suscipiend. Plinius, lib. xxii. cap. xi. tradit. Ipsos etiam Reges, Magorū factis initiatos fuisse Cic. lib. i. de Diuinat. scribit, Dio Chrysost. Orat. x li x. Magos Regibus à consilijs fuisse ait, ὅτι τοις φύσισ τοῖς εὐπειροῖς, τοῖς θεοῖς εἰδεσσαι οὓς δέ τις πεπόνι. Magos utique à Cambyses suscepisse & r. Sotū βασ-

καὶ ὅπερ εἰς τὸν Αἴγυπτον ἐσπείρην, Dio Chrysostomi. Orat. de Fide , refert. Vnde Magos Regiarum ædium custodes Constantinus Manasses appellat, Plin.lib.xxx.cap.i. de Magica arte tractans, In tantum , ait , fastigij adolevit, ut hodié que etiam in magna parte gentium preualeat, et in Oriente, Regum Regibus imperet. Auctoritate quoque & gratia apud Reges plurimum Magos valuisse, Socrates lib.vii.histor. Ecclesiastic.cap.viii. scribit. Nec nō Diuus Hieronymus. in Danielis cap. ii. Magos philosophos fuisse Chaldaeorum , et ad artis eorum scientiam , Reges et Principes eiusdem gentis omnia facere, tradit.

Denique maximo Magos clime in pretio & honore apud persas, fuisse Eustath. in Commentarijs Dionylij de situ orbis. scribit. Quin & Agathias, lib. ii, suis etiānum temporibus, persas, summa obseruātia ac veneratione, Magos suos coluisse : eorum consilio ac vaticinijs omnia publica negotiagesta: de consilij eorū sententia, bene de Repub. meritis, præmia decreta : nocētibus, contrā, pœnas irrogatas scribit: proindeq; cognitionibus principum ac Magistratum interfuisse, nec quidquam iustum, licitum , legitimūmve habitum , quod non esset eorum sententijs comprobatum.

Magorum vero ortum, progressum, incrementa, nemo melius Ammiano Marcellino exposuit. Is enim lib. xxiii. postquam, ex platone, MAGIAM diuinorum incorruptissimum cultum definit, addit: Cui scientiae, seculis priscis, multa ex Chaldaeorum arcanis, Bactrianus addidit Zoroastres: deinde Hystaspes, prudentissimus Darii pater, qui cum superioris Indie secreta fidentius penetraret, ad nemorosam quandam reuerat solitudinem, cuius tranquillis silentijs praecelsa Brac-

manorum ingenia potiuntur: eorumque monitu, rationes mundani motus et si. erum, purisque sacrorum ritus, quantum colligere potuit, eruditus, ex his que didicit, aliqua sensibus Magorum infudit: qua illi, cum disciplinis presentiendis futura, persuam quisque progeniem, posteris etatibus tradut. Ex eo, per secula multa, ad præsens, vna et ademque profapia multitudo creatu, Deoū cultibus dedicatur. Cuius Magoru originis apud veteres numerus erat exilis, verum, ut ibidē Ammian. Marcellini. aucti paulatin, in amplitudinem gentis solidæ concesserunt et nomē: villasque inhabitantes nulla murorum firmitudine communitas: et legibus sui rei permisi, religionis respectu sunt honorati. Plinius, lib. xxx. cap.i. Magicam, sine dubio, ortam in Perside à Zoroastre, inter auctores conuenire ait. Sed unusne hic fuerit, an postea et alius, non satis constat. Eudoxus qui, inter sapientie sectas, clarissimam, utilissimamque eam intelligi voluit, Zoroastrem hunc sex millibus annorum ante platonis mortem fuisse prodidit. sic et Aristotle. Herr ippus qui de tota ea arte diligenter scripsit, et vices centum milia versuum à Zoroastre condita, indicibus quoque volumini eius positus, explanauit, praceptorum, à quo instituū diceret, tradidit Azonace, ipsum vero quinque millibus annorum ante Troianum bellum fuisse. Et paulò post, Primus extat (ut equidem inuenio) commentatus de ea Osthanes, Xerxem Regem Persarum bello, quod is Græciae intulit, comitatus, ac yelut semina artis portentosæ sparisse, obiter infecto, quaque cunque commauerat, mundo. Diligentiores paulò ante hunc ponunt Zoroastrem alium proconnessū. Quod certum est, hic maximè Osthanes ad rabiem, nō auditatem modò scientie eius, Græcorum populos egit: Academum, non lichen et Alexандri Magni temporibus auctorita-

tem addit professioni secundus Othanes, comitatu eius exornatus, planaque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragranit. Clemens lib. 1111. Recognition. Persas genus suum ducere ab uno ex filiis Cham, qui Mefraim appellabatur, quem post obitum, Zoroastrem, hoc est viuum fidus, nominauere: Eum autem, igne ad amone immisso, crematum, tradit: cineres lectos, & ad Persas delatos, ut ab ijs, tāquā cælo in terras delapsi ignis, perpetuis scruaretur excubijs, ac pro Deo coleretur. Plutarch. in lib. de Iside & Osiride, post relatam eorum sententiam qui duos esse Deos credebant, quasi aduersarios & αντίχριτοι: quorum alter Bona, alter Mala, operaretur: illūmq; Deū, hunc Daemonem, appellabat: idem & sensisse Zoroastrem ait: qui εναλη τὸν μὴ (videlicet Bonum Genium) Θρονός, seu Θρονός θεῶν: πὸν δὲ, scilicet malum Genium, Αρεμάνιον: μέσον δὲ ἀμφοῖν, πὸν Μίθραν θεόν. Μή, καὶ Μίθρα Γέροντα πὸν μεσότεων οὐκούτον. Ac illi quidem, votorum soluendorum & gratiarum agendarum causa, felices, huic contrā, malorum auertuncandorum causa, diras & furias hostias mactandas dicebat. A quō edocit Magi, vt ibidem refert, herbam quādām OMOMI appellatam, in mortario tundētes, Ditem inuocabāt & tenebras: deinde, admixto lupi iugulati sanguine efferebant & abiijciebant in locum obscurum & quō solis radij non pertingerent. Quin & de Stirpibus, & de Bestijs ita opinabantur, alias τῇ Αγαθῷ Θεῷ, alias, τῷ κακῷ Δάμονῷ. Alia præterea multa de Oromasde & Arimanē fabulosa, ab ijs narrari subiicit.

Suidas etiam, Zoroastrem ipsius Magorum appellationis auctorem facit, Ζωραστρον, inquiēs, Γερ-

συμῆνις δὲ περὶ τοῦ θεοῦ, τῷ πατέρι πολιπεσταδύντε
μαντος τῷ Μάγῳ.

Totam autem Magorum doctrinam Diogenes Laërt. in Proœmio librorum quos de vitiis philosophor. conscripsit, paucis complectitur, hoc modo, τοις δὲ Μάγοις τοῖς περὶ τὸ θεοπολεῖον, καὶ θυσίας δὲ θύσεις, αἷς αὐτοῖς μόνοις αἰνουρόμενοις, άστροι, εἰδώλιοι περὶ τοῖς θεοῖς καὶ γῆραις, οἵσις περὶ θεοῦ καὶ γῆραις, τῶν ζέρρες θεοῖς καὶ γηλείας, τοῖς περὶ μαντικούς λόγοις ποιεῖσθαι, τοῖς φρόσοις ηγείσθαι, τοῖς ποιεῖσθαι, τοῖς θεοῖς μάγουσι καὶ περὶ τοῖς μαντικοῖς καὶ περὶ γῆραις, τοῖς αὐτοῖς θεοῖς ἐμφανίζεσθαι λέγοντας. Λίγαι καὶ εἰδώλων πλήρη θεοῖς περὶ αἱρέσεα, καὶ οὐτορροιην τὸν διαθυμιαστικὸν εἰσκενορόμενον πάκη ένειπεν τῷ δύσιθεροῦ, περιουργικού μετόπι, καὶ χρυσοφοίας αἴπεργροβόν. Τούτων δὲ εἴδης μὴ λαβούσι, τιθέσθε, δίνει, καὶ λάζαροι. Σετὴ πυρός πε, καὶ θρόνος θεοῦ πελνίς. καὶ καταλαμπος, καὶ βασιλείας, φαντασίας (φαντ) τῷ πυρος αὐτορωμάτῳ καὶ αἰσθάνον. τοις δὲ γονιπηλία μαντείῳ τοῦτον έγραψαν, φαντούστελμας εἰ πατέριον τῷ μαγικῷ στρατῳ εἰ τῷ πάμπτῃ τῷτον ισελαν. Subiicit deinde Laërtius ex Dinonis v. historiar. Aristotelis lib. 1. de philosophia, Hermippo lib. 1. de Magis, Eudoxo εἰ περίσσω, Theopompo lib. v 111. philippicor. & Eudemo Rhodio, duo, Magos principia statuisse, Αγαθὸν σελυνα καὶ Κακὸν: illum, Iouē, & ORO MASDEM: hūc, Ditem & ARIMANEM, appellari. Magos præterea censuisse, mortales quandōque reuicturos, & sempiterno ævo fruituros, καὶ εἰσθει Αγαθόνις, καὶ τοις ὄνταις αὐτῷ διπλάσεσθαι διελθόντες. Credidisse etiam eos, θυνταὶ τοῖς θεοῖς. Denique eos qui de Magorum disciplina scripserant, Herodotum mendacij insimulasse ait. Neque enim iacula in Solem, misisse Xerxem, vt ille memoriae prodidit, nec

compedes Mari iniecisse: propterea quod à Magis, numium loco, Sol, & Aqua, colerentur: Ex quibus perspicuè appetet, Magos Persis, falsa illa tua nūmina colendi. auctores fuissē, Clemens Alexandr. in *αρχετεπικῷ*. Perosōn δέ οἱ Μάγοι, πᾶς Πόρος πηγήσεσσι. Et mox, οὐ μω Σαυρομάτες καταλαβάνοντες Νυμφόδινος ἐν νομίμωις ζαρβασενοῖς, πᾶς Πόρος σέβεται ιερός, τοῖς Φύσας καὶ τοῖς Μάδαις, καὶ τοῖς Μάγοις θύγατρις παντοῖς ὁ Δίναν λέγεται, θύγατρα μόνα, πᾶς Γόρος καὶ Υδρός, νομίζοντες. Persas etiam Plut. Θύγη, ut *Ægyptios γένεται* Lucian. in *Ioue Tragēdo* scribit. Epiphanius lib. II. contra hæres. cap. vlt. Καὶ οἱ Πέρσαι, Μαγοναῖαι κατανύμφοι, οἱ εἴδωλα, οἱ βαθελαθόροι, εἰσώλοις παρασκωπεύοντες, Πνεύματος Σελήνη, καὶ Ήλίου. Vnde, Tviridatem qui Armeniacum de se triumphum adferat, ad Neronem venit, cūm Magus esset, nauigare noluisse, Plin. lib. xxx. cap. II. refert, quoniam expuere in Maria, al. si que mortaliūm necessitatibus violare naturam eam, fas non putant.

Conuenienter etiam ijs quæ à Laërtio traduntur, Agathias lib. II. persas, duo prima rerum omnium principia statuere: unum Bonum, & optimam quæque gignēs: alterum perniciosum, ac pessimum: ac Bonum quidem Deum, seu Creatorem, Oros. M A D E M, (sic enim emendo) Cacodæmonem verò, A R I M A N E M, ab illis appellari, tradit.

Signa quidem & simulachra deorum, ex disciplinæ instituto, Magos euerrisse, inter omnes cōstituisse, Laërtius tradit. Eodēmq; teste, ab his Magis Gymnosopistas originē traxisse, Clearchus lib. I. οὐτε παρδειτε, tradiderat. *Ægyptijs* etiam antiquiores esse, Aristoteles lib. I. de philosophia scriperat. A Sacerdotibus vtique *Ægyptijs* hoc differebant: quod nullius animantis carde fese Magi polluer-

bant: præter ea dumtaxat, quæ Dijs immolabant, cūm *Ægyptijs* suis manibus quidvis homine ac cane exceptis, occiderent.

Quedam etiam Magorum arcana aperit Dio, Chrysostom. Orat. Borysthenica: quæ subiungere, vel ea maximè gratia, è re esse censui, quod illos Ioui Solique sacros currus, quos in pompa traduci, apud Persas, consuevit, ex Herodoto, Xenophonte, & Curtio, liquet, mysticum quendam habuisse sensum inde intelligere licet. Primū autem, Dio, Zoroastrem, à quo Magi originem repetunt, sapientiæ iustitiæque amore captum, atque incensum, à vulgi cōsuetudine fefe subtraxisse, ac secessisse in montem: ibique seorsim per aliquod tempus ætatem egisse, ponit. Deinde habitatione illa relicta, perpetuo Igne, cælitus delapo, & immisso coruscum, ardētēmque, conspiciendū se præbuisse, copiāmque sui fecisse, nō paſſum quidem omnibus, verum dumtaxat τοῖς δεισι περὶ οὐρανοῦ περιποιοῦσι, καὶ τὸ θρόνον σωματιθόροις, οὐτε Πέρσας Μάγοις ἐκάλεσαν, ὅπεραδόντες θεραπεύουσι παντοῖς, οὐχ ἀς Επιλίας, ἀγονεῖς τὸ οὐρανόν ματος ἔπιπον ἀνομιζοσιν αὐτοῖς γένηται. ἐπειδὸν δὲ τούτα δῆμοι καὶ λόγοις ιεροῖς, καὶ δὴ δὴ τὸ τετέφυσαν. Et mox, τῷ δὲ γε Ήλίῳ ἔνα ιππον. ἔπιπον τοὺς δὲ τῷ μίτρᾳ, ἀγαθοῖς οἱ παρήγειν Γρορῆται τῷ Μάγοιν, ἐκεῖσα φεύγοντο, τῷ πολὺν πειροῦ δῆμα μάστιχα αὐδασθέντες. Τοῦ δὲ τοῦ ξύμπαντος μίαν ἀγαθὴν περὶ λινού χρηστήν, ἵππον τῆς ἀκρας ἐμπιεῖται περὶ ράμνης γυγνοδόνης αἰεὶ. Λεωνίδης πατερον, εἰ ἀπαύσιοις αἰῶνος φεύγοντοις. τοὺς δὲ Ήλίαν γε Σελήνης θρόνοις, καὶ θεύτῳ ιππον, μερῶν έπιπον κατέστησε, οὐτε τοῦ οὐρανοῦ αἰγαλεῖον. Τοῖς δὲ τῷ ξύμπαντος κατέστησε τῷ φορεῖ, μητέξανεται τοῖς πολλοῖς, ἀλλ' ἀγονεῖν τὸ μέρεσθος τοῦδε τὸν ἀγάνθον. Philo Judæus lib. ἐπι πᾶς απονεμένος θύμαθρος, Persarū Magos

ita cōmendat, τὸν φύσεως ἔργα διερμηνάκρυοι τελέσθησαν ἀγηθέας, καὶ τὴν ισοχλεῖταις πεντέ θείας ἀρπαξ τριῶν περάρας ἐμφασιστοῦ, ἵεροφθυπωῦ ταῦτα, γέιεροφθυπωῦσι. Cicero lib. i. Tusculanar. quæstion. Magorum mos est, non humare corpora, nisi à feris sint antea laniata.

Futura verò prædixisse, Deorūmque voluntatem prodidisse Magos, vel vnuis Cicero lib. i. de Diuinatione, locuples testis esset, in Persis, ait ille, augurantur, et diuinant Magi: qui congregantur infana, cōmentandi causa atque inter se colloquendi, Strabo lib. xvi. priscis téporibus Māgī, seu Yates, in prelio fuisse scribit, cuiusmodi erat Magi apud Persas, παρὰ δὲ τοῖς, ait, Γέροντος οἱ Μάγοι γένενται τοῖς, γένενται τοῖς λεκανομετέπεις, γένενται τοῖς θρόνοις. Εἰλιαν. lib. ii. Var. hist. cap. x v i. Πέρι τῆς Γέροντος Μάγων Σφία, τὸ τε δῆμον οὐδὲν ὄντος αὐτοῖς εἰδέναι θέμις, γένενται τοῖς λεκανομετέπεις. Vnde Lucian. εἰ μακροστοῖοι, Magos vocat θύσιοι μαντοῖοι γένενται θρόνοις. Cicero lib. i. de Diuinat. Quid ergo, quæ Magi Cyri illi principi interpretati sunt ex Dionysij persicilibris proferam? Nam cum dormienti ei Sol ad pedes viuis effet, ter eū scribit frustra appetuiisse manibus, cum se conuoluens Sol elaberetur, et abiret: ei Magos dixisse, quod genus sapientum, et doctorum, habebatur in Persis, ex triplici appellatione Solis, triginta annos Cyrum regnaturum esse portendi, quod ita contigit: nam ad septuagesimum peruenit, cum quadraginta natus annos regnare cœpisset. Herba autem Theangelide porta, Magos diuinasse, plin. lib. xxiiii. cap. xvii. tradit. Ibidemque de Aglaophonti herba, quæ & Marmoritis, ait Magos utique ea vii, cum velint Deos euocare.

Magos etiam ex notis corporis prædixisse, Velius paternus, lib. ii. ait.

. Magos quoque de prodigijs & ostentis consulos, indicio est quod Valer. Max. lib. i. cap. vi. de Xerxe refert, prius quam Athenas deleret, Lacedæmonis inuadenda consilia agitanti, admirabile intercencenam prodigium incidit. infusum namque pateræ eius vinum, nec semel, sed iterum ac tertio, in sanguinem versum est. Quia de re consulti Magi, monuerunt, vt ab incæpro abstineret.

Horum & sobrietatem & abstinentiam continentiamque vetustas prædicat. D. Hieronymus aduersus Iouinianum lib. i. i. Eubulus quoque, qui historiam Mithre multis voluminibus explicuit, narrat, apud Persas, tria genera Magorum, quorum primos, qui sunt doctissimi, et eloquentissimi, excepta farina, et olera, nihil amplius in cibo sumere. Clemens Alexandrin. lib. i. i. φρωνεῖται. αὐτὸν δέ τοι φροντίδος οὖσι τοῖς Μάγοις, οἵτε τε, ὁμοῦ, γέραψον, γέραψον, αἴφροσισιν αἴφροσισιν. Ob eam certè viētus rationem & sobrietatem, etatem eos in longos annos produxisse, Lucianus in Macrobijs scribit. Ac planè Strabo lib. xv. eos, σημειοῦσί βίᾳ ζηλωταῖ appellat.

Non alios verò Magi, quam indigenas, & perside ortos, doctrina sua, nisi Regis permisso, imbucebant, quemadmodum Philostrat. in Protagora docet, cum ait, ἡ τὸ παρέδεινοι τοῖς μην Γέροντος, οἱ Γέροντοι Μάγοι, οὐ μην οὐτοις ζειν.

Atque hos Persarum Magos, Pythagoras adiisse fertur, beatæ vitæ comparanda causa, cuius cupiditate incredibili ardebat, vt Cicero lib. v. de Finib. scribit. Plinius lib. xxx. cap. i. in Magices commendatione, Certe pythagoras, Empedocles, Democritus, plato, ad hanc discendam nauigauere, exilijs verius quam peregrinationibus suscepisti. Hanc reuersi prædica-

uere, hanc in arcans habuere. Democritus, Apolloniceum Captidamem, & Dardanum è Phœnicio illustrauit, voluminibus Dardani in sepulchrum eius petuit, sive verò ex disciplina eorum editis. Democritum utique post pythagoram, Magorum studiosissimum, idem Plinius lib. xxxiiii. cap. xvii. vocat. Apollonius etiam Tyaneus, hanc sibi in Perside, morandi, cum ad Indos iter haberet, causam fuisse, cum ut Regem intueretur, tūm, Φριανος, οντος Εροσης θυγατρος μητρην, Μάχηρις αρχηρων κανδειν δεόδηρος, eis τε θεας, αις λέγονται, Φρονθην. Idēmque aliquamdiu cum iis conuersatus, post multa, bis in die, videlicet Meridie, & circa medias noctes habita colloquia, cum esset ex eo quæsitus quid de iis sentiret, respondisse Philostrat. lib. i. cuius vita, scribit, Σωφρονις ιδη, επιλογη. Vtrunque Philostrat. lib. v. de Vita Apollonij, scribit.

Portò apud Persas, Mulierum quoque sacerdotia erant. Mulieres autem quæ in sacerdotium Solis legebatur, castè continentérque viuebant: eisque perpetua ab omnibus viris pudicitia imperabatur. Iustinus lib. x. & Plutarchus in Artaxerxe memorant: qui in hac quidem continentia temperantiaeque lege congruunt: verum in eo discrepant, quod, ille, solis sacerdotibus, hic, Diana quæ Ecbatanis, Aravīta nomine, celebatur, hanc pudicitia legem dictam ait.

Persas vero festos dies aliquos egisse dubium non est. Nam & annua festiuitate celebrasse eos, MAGOPHONIA id est, diem quo Magi imperij incubatores & usurpatores, à Septemuiris Persis interficti fuere, Herodot. lib. iii. & Agathias lib. ii. narrant. Natales etiam Regum dies ut supra

ex Platonis Alcibiade i. docuimus, festi Persis erat. Suum etiam quisque natalem magna latititia, & festiuitate, genio plus solito indulgens, transigebat, ut Herodot. lib. i. tradit his verbis, ομήλευ οντος παλίσα ἐκεῖνης πραγματειας την ἔκπλαστην εγένετο. εν τούτῳ πλέω δειπνα την αλλων διηγεῖσι περιπλάναται. εν την οι διδάσκαλοις αὐτῆς, βασιλεὺς πάππας υπό την καρκίνων γένους περιπλάναται, διοις οἷοις ἐποιεῖσθαι καρκίνοισι. οι δέ πάππες, αυτέαν τε γενιὰ την αλληλήν περιπλάναται.

Mithrae etiam quosdam dies dicatos fuisse, quib⁹ Regi, vino se onerare, fas erat: saltare verò vni illi concessum, Athenaeus docet, ex Duridis historiar. v. i. citans hanc, Εν μόνῃ την εορτὴν την αγροφυλακὴν θεῶν Περσῶν τῷ Μίθρᾳ, Βασιλεὺς μεθίσκεται, & πάππας ορχεῖται. Ex eodem genere erat etiam Saccorum festum, quod à Dionē Chrysostomo, Orat. iiii. de Regno describitur: in qua, Diogenes Alexandrum alloquens, ait, οὐτονοματος τῷ Σακκον εορτῶι, λαῦ Πέρσου αγροφυλακῆς την δεσμώταν ἔνα τὸν την θεῶν διατάσσοντα καθίζεται εἰς τὸν θρόνον τῷ βασιλέως, & την εδεῖται διδόσσονταν αὐτῷ αὐτῇ, & την ψφάν, & ταῦς παλαιάς χεῖδας, ταῦς ιμέρας ἐκεῖνας, ταῦς βασιλέως, & τοῦτος τοῦτον αὐτῷ κατένει, ποτί, ἀν βέλεται, μῆδε τῶνται, ξυρδίσκεταις καὶ μαστίγισταις, ἐκφέμεσσιν. Quod ludicrum seriam admonitionem in se contineat docet, ὅπ πολάκις διόντος αὐθρωπι τῷ πονηρῷ, τῆς ἐλεοσιας λαύτης (videlicet Regalis,) καὶ οἰομάτος την γαστριν. Ἐπειτα χρόνον ζεῖται οἰεῖσταις αἴχασταις, τούτοις ποτε ἐπειδούσι δρῶσι τὸν αὐθρωπον εἰς τὸν δεσμῶν εἰσι, θέντι τὸν μὴν αἰώντον καὶ αὐτορον τῷ περιπλάνατο, καίροις κατακείταις ἐνταντον τῆς γηραιεστοτος. τοιούτης εἰδότης, οὐδὲρεθεια καὶ μηδέποτε σωσανολαζεν διῆξε μᾶλλον ὡς ἀρχή τῆς μηδὲν εἰ ταῦς πέταγε. Hoc etiam Saccarū festo, & quæ ac Saturnalibus, seruos veste, quæ Regali haud dissimilis esset, induitos, per quinque dies

dominis imperasse, totique familiæ præfuisse, Athenæus lib. xii. ita ex Berofo narrat, Βίβλον τὸν εἰς ταῦτα βασιλευαντὸν, τῷ λόγῳ, φησί, μέντοι ἐκπαιδεύσατο, ἀρχαὶ ἑορτῶν, Σανίας ταῦτα προθύμως εἰς Βασιλεῖαν ἤδη ἡμέρας πέντε; οὐδὲ εἴης ἀρχαὶ ποιῆσαι ταῦτα τοῖς οἰκισταῖς ταῖς αὐτοῖς ἐδεσμοῖς σολεῖσθαι τὴν βασιλείαν, οὐδὲ κατεῖσθαι Ζωγράφον. Cuius festi etiam à Ctesia in Persicis mentionem fieri scribit.

Inter eos autē festos dies, qui sua ætate in Perside celebrabantur, præcipuum illū fuisse, Agathias lib. ii. scribit, quem *Vitiorum interitum* vocabant in quo, Serpentium, & venenatorum, necnon ferarum bestiarum, pleraque interficiebant, & Magis offerebant, pro insigni pietatis argumento: hac via gratam se rem bonis Dijs, molestam verò lauis numinibus, facere credentes.

Nec statas tantum & sollemnes Ferias, verum etiam repentinæ, & quæ extra ordinem, Regum iussu & imperio indicebantur, Persæ habebant: quales, Artaxerxem, dimissis quoquo versum toto regno nūtijs, pro salute & incolumentate regni, indixisse, refert Iosephus Antiquit. lib. xi. cap. vi.

Atque hæc ferè sunt quæ de prisca Persarum superstitione, ex veterum libris elici possunt. Aliò ergo mutata velificatione contendamus, & tanquam è celo in terras migrantes, à diuino Persarum iure, ad humanum transeamus.

Persarum Monarchiam bonis legibus, institutis ac moribus, fundatam fuisse constat. Persicas certè leges commendans, laudib[us]que efferens, Xenophon lib. i. παρ. eximium aliquid, ac præcipuum, eas, supra aliorum populorum leges, ha-

buisse notat. Siquidem plerique omnes Legislatores rectam puerorum adolescentiumque educationem (quæ morum caput est) insuper habentes, parentumque arbitrio liberorum institutionem relinquentes: ipsis etiam qui iustæ ætatis essent, vitam, prout liberet, degere permettentis: in vetandis duntaxat, coercendisque criminibus elaborarunt: prohibentes, verbi gratia, ne quis furum, rapinam, iniuriam, cædem, vim, stuprum, adulterium, faceret, aut quod aliud crimē, sciens, dolo malo, admitteret: pœnamque ijs qui aduersi legum præcepta peccassent, constituerunt. Cuiusmodi leges sanxisse eos, qui primi vrbes condiderunt, populūmque per agros, & filias, palante, ac dispersi, in cætus & cōgregationes cōpulerunt, Horatius in Arte Poët. cecinit. At Persæ, ne admirerentur quæ legibus illis interdicebātur, sedulò curabāt: nec à vitijs, criminib[us]ve, ciues pœnæ metu derrebāt: sed mentes ab ijs, cogitationesque, ipso virtutis amore abducebāt. Crimibus enim peccatisque obuiam euntes, vt virtutem colere & amplecti, viria odiſſe atque auersari: atq[ue] adeo, à teneris (quod aiunt) vnguiculis, disserent iustitiam moniti, & non temnere diuos: ciuium ab ineunte ætate mores ita formabāt, nihil vt nota, animaduersione; aut suppicio, dignū committerent: bonosque eos efficere satagentes, vt ne in crimen incideret quisquam, néve legum laqueis irretitus obstrictusve teneretur, omni arte, ac studio præcauebant.

Hunc ergo sibi prepositum scopum, qua potissimum via & ratione Persici legislatores attigerint, idem Xenophon eod. lib. accurate exponit.

Scholam enim seu ludum publicum, in quo boni mores, bene beatęque viuenti artes, ac praecepta docerentur, fuisse Persis Forum quoddam liberalē seu *ingenuum* appellatum, ait. Cuius appellationis etymon hoc adserit, quod Forum illud non esset rerum venalium forum, boarium, puta, suarium, aut olitorium, vel mercibus exponendis, distracthendisque, aut opificijs exercendis, comparatum. Quin immò ab eo Foro mercatores, negotiatores, opificésque omnes, qui in sordida arte versaréntur, summoti erat: ut ne turbā huius ac facis ciuitatis clamoribus, cōtentioñibꝫq; illic institueretur, quies interturbaretur, né ve eorum quā illic bene ac liberaliter educabantur, animi quies interturbaretur, aut strepitu aliquo eorum animi auocarētur. Xenoph.lib.1.παθ.εστιν αὐτοῖς ἡδεῖας ἀγρεύκαλυμμίν, ἐντα πάτη βασιλείᾳ, καὶ τὰ δῆμα δρόμα πατιναται, οὐ τελ θεοὶ μὴν ἄντα, καὶ οἱ ἀγράποι, καὶ τούτων φωναὶ καὶ ἀπορκαλαὶ καὶ πελαγίσκαι ταὶ εἰς δῆμον τέπον, τὸς μὲν μηρύπαντι πόταν πέρην τὴν παγασεύδην δικοστία. In cuius loci interpretatione, qui ἡδεῖαν Αρχαῖ Forū liberum verterunt, nō satis verborū Græcorum vim ac potestatē exprefſſe mihi videtur. Hanc autem Fori huius appellationē, Xenoph. fortè à foro eiusdē nominis duxit, quod in Thessalia extitisse, Aristotleles lib. vii. Politicor. cap. xii. addita vocum harum notatione, ita scribit, ἀρέπει δὲ τοῦ μὴ πόταν τέπον ποιῶντις Αρχαῖ ἦν καποσθέλων, οἷαν καὶ σεβὶ Θεσπιαῖς ὄντοι ζοτον, τὸν Ελεύθεραν καλοδον, αὐτὸν δὲ δέσιν, λιβ. δέι Καστραὶ ἦν τὴν πόταν καὶ μήτε βαθύνον μήτε γεώργιον, μήτε δῆμον περιέναι ποιῶν τοῦ Σαλμον μὴ καλούμενον ταῦτα τὴν ἡδεῖαν. Ingenui ergo Persæ in liberali solo Foro versabātur. Forum vero rerum venalium non attingebant, omnique penitus

penitus commercio abstinebant. Strabo lib. xv. Αρχαῖ δὲ οὐχ ἀπονται: οὐτε τῷ παλοδον, οὐτε ἀρεύκαλυμμίν. Immo verò apud Persas, nulla eiusmodi Fora fuisse, aperitè adserit Herodot.lib. i. quō loci, Cyrum Lacedæmoniorum legato respondisse refert, se nunquam pertinuisse homines illos quibꝫ locus erat in media vrbe publicus, quō conuenientes, mutuo se se inuicem iurecurando fallerent. Quā verba, vt ille ait, οἱ πάτηται ποτε Εμβας αἰπερρήψι, οἱ Αρχαῖ ξινοδόροι, οὐτε τῷ πορνεῖ χρέωνται. αὐτοὶ τῷ οἱ Γρασαὶ Αγρῆσι οὐδὲν εἴσισθαι χρέωνται, αὐτοὶ στιξεῖσθαι τῷ Αγρῷ. Hunc Persarum morem Themistius Oratio, i. sic attigit: οὐδὲ τὸν Περσικὸν νόμον αἰχμωμόρους, οὐδὲ θεραπευτὴς αἰρεπάτης πόρβης ταὶ γένεροις θεραπευταῖς, οὐδὲ ποτέ φοιτορὶ δὲ οὐτε οἰκιαν οἰκοδομεῖσθαι εἰς λιβ. οὐτε μετανέεισθαι πόταν, οὐτε πετίονες.

In eo autem Liberali Foro, Xenophon fuisse ait, τὸν βασίλεια, id est, Regiam, seu palatiū: καὶ τὰ Αρχαῖ id est Iudicium Prætoria, Auditoria, Magistratum Secretaria, Conuentus, Curias, denique loca, in quibus principes viri, ad ius reddendum, docendum, interpretandum, iuuentutisque mores effingendos, considebant. Nam qui Αρχαῖ, Principia vertunt, ex incertis incertiores lec̄tores dimittunt. Suidas quidem Αρχαῖ interpretatur, Κεντητικα. Eodemque sensu Aristotel. hanc vocem non semel usurpat: veluti lib. vii. Politicor. cap. xii. οὐδὲ δρόμοιν οὐτε πάτηται συμβόλαια ποτεται. Et lib. de Mundo, Κέλαση δρόμοις δέποτε τὰ δρόμα. Sic & apud Charondam in Legibus, citatē Stobæo, Serm. xlii. οἱ τεσσαρεῖς Αρχαῖα, τοῖς πολυπλεκταῖς οὖσαν μὴ θύδοξεῖται, vbi Αρχαῖα, inter Δημόσια, ponit.

Igitur, ijsdem Fori huius liberalis septis, & Regum, & principum Viatorum, qui Morum Magistrū

Q

erant, sedes, continebantur.

Forum autem illud Persarum in quattuor partes, scu classes, tributum fuisse Xenophon ait: quartum vna Puerorum, secunda Adolescentium, seu Epheborum, tertia Virorum, & eorum in quibus virilis vigor complectus erat, quarta Seniorum, & eorum qui aetatis beneficio, seu stipendiorum numero, vacationem militiam habebant. Hisce enim aetatum (Pueritiae nimirum Adolescentiae, Iustae seu perfectae aetatis, & Senectutis, gradibus atque incrementis,) tota Persica institutio distinguebatur. Quod significant Xenophontis verba haec, Διηρίπται δέ αὐτοὶ οἱ Αρχεῖ, οἱ ταῦτα Αρχῆς, εἰς τέλασα μέρη, πόντων δὲ ἔστι, οὐδὲ Παγασί, ἐπὶ δὲ Εφέσοις, διῆρο τελείως Ανδράσιν, διῆρα τοῖς ἄλλοις τὰ Στρατεύματα εἴη γενοστοί.

Pueritiam autem usque ad decimum & septimum annum Persae porrigebant: Adolescentiam vero, à decimo septimo anno, usque ad vigesimum & septimum impletū: Inde usque ad quinquagesimum annum, Virem aetatem: quā deinceps excipiebat Senectus.

Ac pueri quidem prima luce, aut certe bene mane, in Forum liberale veniebant: eodem loci & Ephebi, nec non quos firmata viros iam fecerat aetas, cottidie conueniebant, Seniores etiam, non modo diebus, quibus se ibidem sistere siue potestatem facere, necesse habebant, verum etiam quotiescumque otium dabatur, frequentes sese ad fiduēsq; præbebant. Hoc amplius, Ephebi quoque in Archijs assidue morari & cubare, corporaque illic semino & cibo curare consueuerant: excipiebantur tamen hi qui vxores duxerant, illi enim non citabantur, ac ne requirebant quidem, nisi prodicta die ut adessent, denuntiatum esset:

Celibes vero & qui vxoribus carebāt Iuvenes, cū armis gymanicis quibus exercebantur, semper Magistris apparebant. Haec nos Xenophondo docet hisce verbis, οἱ μὲν παιδεῖς, ἀλλα τῇ οἵμετρᾳ, οὐκ οἱ πέλειοι αὐτῆρες. οἱ δέ, γεράστεροι ἡνίκαντες ἐκεῖσατι ταρσοχωρίῃ, πάλαι ἐπὶ ταῖς πεταγμέναις ημέραις, οὐδὲς δέ τις παρεῖνατο. οἱ δέ ἐφηβοῖς, οὐκ οὖν ταῦτα τὰ δρῦα, σωὶς τοῖς γυμνικοῖς ὅπλοις, πάλαι τῷ γερασικοτον. οὐτοὶ δέ οὔτε βούτζηπαται λιβύη μὴ περιβούντες παρεῖνατο, οὔτε πολάρις ἀπίνατο καλάν.

Singulis vero Archijs præerant duodecimi viri: nam & Persicus populus in tribus xii. diuidebatur. Ac Pueris quidem præficiabantur, ex Senioribus lectissimi viri, qui illos longe optimos efficeretur videbantur: similiterque Ephebis, ex Viris qui iustae aetatis essent, præfecti ac magistri dababantur, qui quād optimos effecturi viderentur. Sic enim Xenophon, Αρχιπέτες οἱ ἐφέκτεσσα πόνταν τῷ μερῶν εἰσιν διάδεκτοι (διάδεκτοι τῷ δὲ Περσῶν φυλαὶ διηρέωται) καὶ διπλοὶ ποὺς παγοῖς τῷ μερῶν γεράστεροι ἥριμοι εἰσὶν οἱ αὖ διηγέσσατο τοὺς παγδεῖς θελήσοις αὐτὸν διηγνωματι. διπλοὶ δέ τοις ἐφέσοις, διπλοὶ τολείων αὐτορῶν οἱ αὖ αὐτοὺς τοὺς ἐφέσοις θελήσοις διηγέσσοι παρέχουν αὐτοὺς μαλισταὶ ποὺ παγομένα ποιοῦνται, καὶ τὰ σθεγγελόρδην ταῦτα τῆς μετίτης δρῦς. Εἰσὶ δέ τῷ μερῶν γεράστεροι προμόνοι οἱ ταρσοτάπεστιν ποὺς καὶ αὐτοὶ τὰ καθηκοντα διποτελῶσιν. Iam in pueroru quidem institutione, plurimum studij & diligentiæ Persæ adhibebant. Ac primum, Liberi, non prius in conspectum Patrum veniebant, quād, ut Strabo ait, quartum, ut Herodotus, quintum, ut Valer. Maxim. septimum, annum impleuissent: quorū trium auctorum leuiter in hac re dissidentes locos subiectere, opera pretium duxi. Herodot lib. I. cap. iv διποτελῆς φύγουται, οὐ διποτελεῖται εἰς δύψιν ταῦτα πατεῖ. οὐδὲ πα-

εἰς τῆς γυναικὶ διάγατα ἔχει. τοῦτο δὲ εἶναι καὶ τὸ ποιεῖσθαι, οὐταν
λαποθάναιον βερόμυθος, μηδεμίων λαδῶν αὐτὸν πεπονθεῖσαλλον.
Strabo lib. x v. τὰ δὲ βερόμυθα, μέχρι τοῦ πεπλάρου ἐστὶν, τοι
ἀγέντω τοῖς γορδοῖσι εἰς ὅψιν. Valerius Maximus lib. II.
cap. v I. Iam Persarum admodum probabile institutum
fuit: quod liberos suos non prius aspicerbant, quam septi-
mum implevissent annum: quod parvolorum amissionem
æquiore animo sustinerent.

Et quoniam à teneris assuescere multum est, &
quo semel est imbuta receas, hunc seruat odorem
testa diu: præcipue Pueri veridici esse, & vera lo-
qui docebantur: vt esset in verbis & dictis fi-
des, omnisque vanitas & fucus abesset. Sto-
baeus Sermo. x l ii. ex Nicolao ἀρετῷ ἑταῖρῳ, οἱ δὲ γῆ
παῦδες αὐτῷ, de persis loquitur, ἀστροφαθηματα, πανη-
γεύνειν δὲ σονοῦντα. Atque adeo veritatis colendæ
præcepta, Persicæ auribus inculcabantur, &
animis infigebantur, à quinto ætatis anno ad
vicefimum usque, vt Herodotus tradit: vel, vt
Strabo, ad vicefimum & quintum usque. Illius ver-
balib. I. sic habent παγδεύονται δὲ τοις παῦδες ζετό πητα-
τος δρεπάδησι μέχρι εἰσεπέσος Αλιζενεστα. Hic vero lib.
x v. Σπόδες δὲ πάντας εἰσθι, ait, ἵως πετάρην δὲ εἴκοσι παγδεύονται
δηγεύνειν.

Proinde summo probro, vitióque, Mendacium
apud Persas ducebatur. Herodot lib. I. ἀγαστον δὲ αὐ-
τοῖς, λαύδεσσαν νερόμυσαν. δεύτερον, πὸ ὄφειδην χρέος. Nec im-
merito certè, Mendacium, vtingenuo, & liberali
homine indignum, detestabantur: quod & seruire
vitium Plutarchus, ἀρετὸν παῦδα. ἀχωγ. appellat.

In primis etiam, Iustitiam Persæ à pueris edo-
cebantur, & ius suum cuique tribuere, in illis li-
beralis fori ἀρχετοις addiscebant: Ac quemadmodū

pueri, apud Græcos, in ludos itabant, litterarum
liberaliumve artium discendarum causa: sic apud
Persas in nobili liberalis illius Fori ludo, à Magi-
stris, qui non litigandi illis, sed iuris vias tradebat,
vera germanæque iustitiae disciplina erudieban-
tur: Qua de re hæc Xenophon lib. I. παῦδ. Οἱ μὲν δὲ
παῦδες εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες, δρεπάδησι μενδαδίον: τοις δι-
καιοσύναις δὲ λέγοντες οὐδὲ διπλοῖς αὐτοῖς παρέχονται αὐτοῖς παρέχονται οἱ πα-
τέραις μαθητοὶ δρεπάδησι.

Atque quod certius discerent, tenaciisque eorum
memoriae hæreret, vt quoque modo, lites, iur-
gia, controuersias, lege, more, iure, ex bono & æ-
quo dirimi, iudiciaque; legitime exerceri oportet, in rem eos præsentem perducebant: vt exemplis
ob oculos propositis, quæ vt ille ait, sensibus solēt
ad mouere lucem, & regere & regi discerent, duce
ac magistra Iustitia. Itaque, sicut Augustus liberis
Senatoriū, quo celerius Reipublicæ assuesceret,
protinus virili toga, latum clavum sumere, & Cu-
riæ interesse permisit, quemadmodum Sueton. in
August. cap. x x x v i. refert: ita apud Persas re-
cepitum fuit, vt Pueri, iudicijs quæ exercebantur
interessent: eoque modo, ius reddere, &
controuersias distrahere discerent. Sed postea,
corruptis moribus, iniuriæ magis quam iuris
exempla, ex ea causarum auditione Persicos au-
ditores reportasse Xenophō lib. viii. παῦδ. queri-
tur. οὐδὲ δὲ οἱ παῦδες ἀπούντες ἐκεῖ περιθεν τοις δύκας δημογέτως
δικαιολυτας, ἐδόντως μαθητεύοντας δικαιοτητας: οὐδὲ παντεποιητας
εἰσπρατθεια. Καφως δὲ ὁρῶστην τας οισπροιαν πλεῖον διβασσον.

Nec vero monitis tantum præceptorum, aut
legum sapientiæve præceptis, verum etiam re
ipsa, iustas, de his quæ incidebant, controuersijs,

ferre sententias, legitimásque pro cuiusque delicti modo, & mensura, multas pœnásque irrogare, & infligere docebantur. Itaque in ipsorummet Puerorum disceptationibus audiendis, dijudicandisque, bonam diei partem, ijdem illi publici Iustitiae præceptores impendebant.

Inter ipsos enim Prætextatos, sive puberes, sive proximos pubertati, cōtrouerſia ſarpe incidebat, ob res, verbigratia, ſubreptas, raptasve, ob conui- ciū dictum, iniuriā factam, fraudemve aliquā admissam. Huiusmodi igitur quæſtionibus motis, audiētiam notionēmque, qui iurisdictioni, & Archio puerili prærant, adcommodabant: & si quidem probationem impleſſet, reūmque peregiffet is qui nomen detulerat, reo conuictio, noxiæ parrem pœnam infligebant: ſin vero per calumniam accusationem instituisse accuſator compertus eſſet, eum talionis pœna, aut alia legitima damna- bant. Xenophontis auctoritatē nemo defugiet. Eiergo testimonium denuntiabo, oī dē Arχοντες αὐτῷ (videlicet ἦν Γαῖδας) διεπελούσι τὸ πλέιστον μέρος τῆς ἡμέρας θυάτιρτες αὐτοῖς. Καὶ ετεγκόντες τὴν ιερὴν παροιαν τοὺς μηνύμονας, ὥστε φρεστὸν, ἐγκαίμαται καὶ κλοπῆς, καὶ ἀρπαγῆς καὶ βίας καὶ αἰτίας, & κακολογίας, & δῆμον σίων εἰκός, οἷς δὲ διὰ διάγνωστος Τύπον τὸν αἰδινοῦταις, Κηρυγματαῖς, κολαζοῖσι δὲ καὶ οὗδαὶ αἰδι- κοῦς ἐκκαλοῦταις θύετοκωσ. Quos autem illi Xenophon Arχοντες, alio eiusdem libri loco, παύλων Δι- δασκάλοις: &c quæ Ἀρχεῖα, eadem & δικαιοσύνης διδα- κελέα, vocat.

Ab huiusmodi verò præceptoribus, præter Veritatem & Iustitiam, etiam Ingeniorum paren- tem Sobrietatē, cupiditatum, voluptatum, libidi- num domitricem, Abſtinentiam, Continentiam,

Temperantiam, diſcebat. Quas tot egregias vir- tutes, non tam verbis quām factis, abſque quibus dicta erubescunt, Rectores docebant. Nam cū certissimum ſit, Σηκουρός Θεός λόγον, Magis exemplo ſuo quām præceptis, ſobrie frugaliter- que vefci, ac continenter viuere, ventrīque ac gu- le moderari, diſcipulos ſuos docebant, & ad ſui imitationem accendebat. Siquidem ad diſcen- dam temperantium & continentiam, multum conferebat, quodd Seniores ipsos, temperanter degere, nec prius abire cibi ſumendi cauſa, quām Rectores, eos dimiſſent, oculis Pueri cerne- rent: tūm etiam, quod non apud Matres, ſed apud Præceptorem, nec niſi ſigno dato à Rectori- bus, cibum Pueri capiebant: ea propter illi, domo eſculenta adſerebant, pro Cibo quidem, Panem, pro Obſonio, Naſturtium, Potus vero gratia, vbi ſiti laborarent, Poculum, quo ē proximo flumine a quam haurire poſſent. Omnia hæc (vt æſ alienum more candidatorum proſitear) mutua ſum- piffe me à Xenophonte, ingenuè adgnosco: cuius verba, chirographi mei expungendi cauſa, subie- di, διδάſκονται δὲ τοις Γαῖδαις καὶ Θεροσωλαι. μέχρι δὲ ſuμ- κάμεται εἰς τὸ μανθάνεν Θερονῖν αὐτοῖς, ὅπῃ τοις τορεοβυτέ- ροις ὄρῶσιν διὰ πάσαν ἡμέραν Θερόνας φέλεοιται. Et ali- quot interiectis, διδάſκονται δὲ καὶ ἔμφατες ἐπὶ γαστρὸς ἢ ποτοῦ. μέχρι δὲ καὶ εἰς τὸν συμβάλλεται ὅπῃ ὄρῶσι τοις τορεοβυτέ- ροις καὶ ταχθεῖν απόνταις γαστρὸς ἐπεκει ποτίναι αἱ ἀφώσονται. Αρχον- τες. & ὅπῃ καὶ φέλεοι ποτίναι παῖδες, αλλαὶ παρὰ τὸ δι- δαſκαλε, ἐπειναι οἱ Αρχοντες σημειώσωσ. φέρονται δὲ οὐκαν διπο- ρθοῦ, Αρτον, ὅφον δὲ Καρδαμον, πάντα δὲ λινὸς διψή, Καρδαρα, ὡς ἔπος τὸ ποταμὸς αρύνει. Eorum ergo continentiam in viuctu ſumma ſiccitas, & integritas valetudinis

sequebatur. Rectissime enim Horat. Sat. 2. lib. 2.

*Aspice quæ victus tenuis, quot quantaque secum
Adserat: in primis valeas bene. Nam simul aëris
Miscueris elixa, simul Conchylia, Turdis:
Dulcia se in Bilem vertent, stomachoque tumultum
Lenta feret Pituita. vides ut pallidus omnis
Cœna surgat de dubia? &cet.*

Atque hoc modesto victu, adhibita etiam corporis exercitatione, eam siccitatem consequebatur, vt neque sphaerent, neque emungerent, neque exsufflarent. Xenophon lib. I. παρδ. αἰγάλον μὴ τὸ ἐπικεκρυμένον τὸ φύσις μετοίκησε φαιρεθεῖ. Rursusque lib. VIII. Νόμους τῶν αὐτοῖς φύτε πίνειν, μήτε ἀπομάθειν (δῆλον δὲ ὅπερ ταῦτα εἰς τὸν πόλιτον οὐχίοντες φειδόρθροι ἐνοικοῦνται, δῆλα διθέλροι δῆλοι πόνων τοῦ ἰδρατος τοῦ Γερματος στρεοδότη) γανδεῖ τὸ μὴ πίνειν μηδὲ ἀπομάθειν εἴη σχεδόνει, τὸ δὲ ποιεῖν γεδειον ὑποτεθεῖται. Varro Catone, vel de liberis educandis, citante Nonio in voce, Siccum, Persæ, propter exercitationes pueriles modicas, eam sunt consequunti corporis siccitasem, vt neque sphaerent, neque emungerentur, sufflati ve corpore essent. Cuius loci cōcisan particulam, idem Nonius citat, in verbo Emungerentur.

Hoc amplius etiam Magistratibus, monitoribus, præceptorib[us]que parere, Pueri docebantur; Seniorumque exemplo, ad eam obedientiam excitabantur: quod vel Seniores obnoxie, & omni studio, Principibus obsequi, & eorum iussa impigrè capessere, cōspicerent. Hæc ita Xenoph. lib. I. παρδ. Διδάσκοντες δὲ αὐτοὺς καὶ πίστεις τοῖς δρόχοις μέμα δὲ καὶ εἰς τὴν συμβαλλεῖν, ὃν ὥραστοι τοῖς Πρεσβυτέροις καὶ πειθομόνοις τοῖς Αρχιστοιν ἴχυροῖς.

Illi quoque non lingua solūm, verum etiam

animi, ac virtutis Magistri, discipulis suis, Fabularum inuolucris, ac fragmentis ficta, vitæ regendæ, fingendisque moribus, utilia præcepta exponebant. Laudes etiam Deorum, ac res à claris viris fortiter gestas, vel numeris, vel soluta oratione, decantandas proponebant. Quod Strabo lib. X. v. non obscure significat. Σιδησκαλοῖς τε λόγων τοῖς φρονεστάτοις χωῶνται, οἱ δὲ μαθῆσες τοιχοῖς τῷ συμφέρον ἐπαναγοντες πλέονται, ἐ μέρος χωεῖσσι, ἐ μετ' αὐτοῖς, βῆτα θεῶν τε, ἐ τῷ αἰετῶν πραξιδότοις.

Præterea herbarum & eorum quæ terra nasceretur vires, à pueris, Persæ discebat, vt noſſent quæ ſalutaria corpori, quæ contraria noxia eſſent: & illa, ſicubi uſus poſceret, conquirere, hæc, vitare & fugere poſſent. Xenophon lib. V. παρδ. Δῆλα δηδοθεῖ φυοδύνων εἰκ τῆς γῆς τὰς διωδύμεις οἱ πάνδις περιθετεν μηδὲ εμαυδανον; ὅπως τοῖς μὴ ἀφελίμοις χωῶνται, τοῦ δὲ βλαττῶν απέχουν.

Atque, vt earum quas ſuprà commemorauimus, virtutum amore & ſtudio: ita, ex diuerso, peculiari quorumdam vitiorum, & in his, vt iam diximus, Mendacij odio Persæ imbuebantur.

Secundūm Mendacium, Persæ in proximo, vt Herodot. lib. I. ait, turpitudinis gradu, ponebant, aëris alieni molē: & illi vitio, hoc vicinum & ad fine malum ducebant, cum propter plurima, tum hac præcipue de cauſa, quod aëris alieni comites eſſe, fallaciam, infirmitatem, perfidiam, turpe ſui occultationem, impudētiāmque censerent: & eum qui multis creditoribus obnoxius eſſet, cogiplerunque verba pro re dare. Plutarchus in libello περὶ τῆς αὐτῆς διαιτῆς. Καὶ τοι Γέροντες τὸ φύσιδεθεῖ, οὐκέτη τὸν ἄμερον πατέων. περὶ τοῦ δὲ, τὸ ὄφειλεν ὅπε-

χρήματα της ὄφελος συμβάντι πολλάκις. Appian.lib.
I. de bellis Ciuibus, οὐ πορεφίναις πόροι μοι δικοδοτοῖ
πάλαι ρωμαῖοι καθάπτοντες τὸ δασεῖτιν, ἡς καπιταλίουν
βαρύ τοῖς πένησι γε μόνοι τῷ ἐχθροποιῶν, φέλοντες
χεῖραν ἡς ἀπατηλόν τε γε φιλοφυσθέεις. Vere ergo Auto-
medon in Epigrammati, primum felicitatis gra-
dum statuit, nihil cuiquam debere:

Εὐδαιμόνι, τοσοῦτον μὴν οὐ μισθὲν μισθὲν ὄφελον,
Εἴπει δὲ μὴ γῆμεις, τὸ πετον, δέσποιντας ἀπαγόν.

Proinde Augustus, ut est apud Macrob. Saturnal.
lib. II. cap. III. relata ad se magnitudine aëris alieni,
quam quidam Eques Romanus, dum vixerat,
excedentem ducenties, celauerat, culcitam emi
cubicularem in eius auctione sibi iussit, & præcep-
tum mirantibus hanc rationem reddidit, Haben-
da est ad somnum culcita, in qua ille, cum tantum deberet,
dormire potuit. Eiusmodi quoque Alienum æs, homini
īngenuo, acerbam esse seruitutem, Minuis pronuntiat.

Ingrati præterea animi crimen summè dete-
statos Persas acceperimus, nec immerito: cum, &
vno ingrati nomine, omnia virtus contineri verissi-
mè dictum sit: & generaliter, versiculo Græco de-
finitum, Ingrato homine terram peius nihil ferre:
nec verò vllum vitium est, quod magis in odia
hominum incurrat.

Ingrati ergo apud persas actio prodita erat: legi-
būsq; & moribus receptum, ut in iudiciū crimén-
que, vocari posset, is qui beneficij accepti imme-
mor, gratias cum posset, nō retulisset. Quem per-
sarū morē, causis etiā additis, Xenophon lib. I. παρθ.
eleganter exequitur, οἰκαζόντος δ' ἑπτακίμους οὐ ἔνεκεν
αἴθρων μισθῶν μηδὲ δημόσια, οἰκαζόντος δ' οὐδὲ θη-
τα, ἀχαείστας. γε δὲ αὐτὸν θεατῶν μηδὲ ξέποδεντα,

μὴ ξέποδεντα δὲ, κολαζόντος γε τοῦ ιοχρώς. οἰονται γέ τοις ἀχα-
είστας γε περὶ περὶ αὐτούς αὐτούς εἶχε, γε περὶ περὶ, γε πα-
νεῖδεις γε φίλους. Ἐπειδη δὲ δικεῖ μάλιστα τῇ ἀχαείστα η
αισχυντικά, γε γέ αὐτῷ μετέντοκει τοῦ δηλιπάτη τα αἰχράντη-
μαν. Perficam quoque hanc contra Ingratos le-
gem, alij etiam auctores memorant. Ammia-
nus Marcellinus, lib. X X I I I. de Persis, Leges
apud eos, impendio formidatae, inter quas diritate exu-
perant Latæ contra Ingratos. Themistius Orat. I I I.
γέ δὲ δηλως φίλοις τοῦ σωματοῦ μάλιστας, τοῦ σύντονον
ἀχαείστας. Εἰ δέ τον δὲ Γρεινοὺς νόμους θίκας εἰσωρχίητας
ἀχαείστας, οὗτοι μάλιστα εὔποιοι μησέσσοποι. γέ δὲ μισθῶν κολαζό-
ντος, εἰντεῦθεν δὲ αὐτῆς μισθῶν μηδὲ ἀλληλούς, γε δικαζονται δέ,
ἄλλα κρύπτοντα τῷ ἐχθρῷ. Iohannes Tzetzes Histor. ver-
suum Chilia. I I I. cap. X C V I I I.

Καὶ τὸν Κερόν δι φημὶ χαεῖτων μηνιμονθύν.

Νόμος κονός Σε. Γρεινοὺς δέ τοιτέ ἀχαείστας.

Τοις δικαιοδότοις σύμπαντας χάριν ξέποδεντα,

Καὶ μὴ δίδοντας ιοχρώς θίκας τῷ κολαζόντῳ.

Τοις ἀχαείστας οἰονται γέ τοις περὶ πανεῖδεις,

Καὶ περὶ πονεῖς γε τοῖς περὶ πανεῖδοις τοῦ.

Itaque, utrum consulito & sciens prudens, an
μηνιμονθή, ut sit, ἀμερηθμός, Seneca lib. II. de Benefi-
cijs, cap. VI I. scripsit, Excepta Macedonum gente
non est, in villa, data aduersus Ingratum actio, alijs iudi-
candum relinquo: constanter quippè in vetustis
omnibus codicibus, Macedonum, non Medorum, ut
quidā emendant, scribitur. Ut ut sit, nullam eo no-
mine neque ordinariam, neque extraordinariam
actionem, aliubi competitissime ait. Aduersus malefi-
cium omne consensimus, & homicidij beneficij, parrici-
dij, violatarum religionum, aliubi atque aliubi diuersa
pœna est, sed ubique aliqua. Hoc frequenissimum cri-

men nusquam punitur, ubique improbatur. Neque absoluimus illud: sed cum difficilis esset incertæ rei aestimatio, tantum odio damnaimus et inter ea reliquimus, quæ ad vindices Deos mittim⁹. Ac deinde multas rationes adfert, propter quas, crimen hoc, in legem cadere non debeat.

Nec minus inuisum Persis, Desertionis crimen fuit. Acerbas enim aduersus Desertores latae à Persis leges, Ammian. Marcellin. lib. xxxiiii. notat.

Persas vero summa obseruantia, ac pietate parentes suos coluisse, argumento est, quod vel in conspectum matris considere nefas erat, nisi illa permisisset, vt Q. Curtius lib. v. docet, quō loci Alexander Sisygambim Darij matrem, quā omni honore, ac filij quoque pietate, prosequebatur, alloquēs, Quotiescumque, ait, ad te veni, donec ut considerem annueres, refici. Ac planè Tertullianus in lib. de Oratione, irreuerens esse adsidere sub conspectu, contrāque conspectum eius, quem maximē reuerearis, ac venereris, ait.

Sed & Persæ hac rara laude gloriabantur, quod apud eos nullus inquam inuentus esset, qui parētibus suis impias manus attulisset. Nam si quis tale quid patrasset, diligēti, super hoc, inquisitione habita, compertū semper, aut subiectū, suppositū in que fuisse partum, aut adulterinum, vel obliquū à matre genus duxisse: nec adduci poterat ut crederent, tantū scelus, in alios quām spurious, aut vulgo quæstos liberos, cadere posse: alienūque à natura, & parū credibile esse, vt certus parés, à iustis liberis, interimeretur. Quod fide mea esse nō iubeo, sed fides penes auctorem esto, id est Herodotum, quem in iure sistere satis habeo: & is litem exci-

piens, hæc pro se lib. i. allegat, Λαοὶ δὲ τὸν πόλεμον πατέσσε, οὐ μητέρα. αλλὰ ἐνθάδι τοιαῦτα ἐφέστη, πάσαις αἰτίαις τοιαῦτα διατρέψασσαι. Τοιαῦτα εἴπει, οὐτοις ταύτῃ οὐκιμαῖα ἔντα, οὐ μοιχεύσας τοιαῦτα διατρέψασσαι. Καὶ τοιαῦτα εἴπει, οὐτοις ταύτῃ οὐκιμαῖα ἔντα, οὐ μοιχεύσας τοιαῦτα διατρέψασσαι. Cuius fidem quoque secutus Nicolaus τοιαῦτα εἴπει, vt est apud Stobæum Sermone x L I. εἰ τις πατέσσε λέγει, οὐτοις λαοὶ αὐτὸν οἰονται. Planè, Artaxerxes Mnemon, (quemadmodum Emil. Prob. ait,) cùm matris suæ scelere amississet uxorem, tantum indulsum dolori, vt eum Pietas vinceret.

Illud satis constat, Persarum moribus, Filios familias in patrum potestate fuisse. Atque adeo Aristoteles lib. viii. Ethicorum, patriam potestatem apud Persas tyrannicam fuisse ait: vsos enim liberi suis, vt seruis. Quod & Romæ olim obtinuisse non est ignotum. Patria enim Pop. Ro. potestas, proximè ad dominicā accedebat: Filiorūque familias status, parum à seruili condicione distabat: cùm in illos, & quæ atque in mancipia, vita & necis ius patres haberent.

Postremò, vt moralem hanc institutionis Persicæ partem absoluam, Persis quæcumque factu, eadem & dictu turpia censebantur: nec minus verborum quām factorum obscenitas vitabatur: nec dicere licebat, quod non & facere, fas iūisque esset. Herodot. lib. I. ὅποια δὲ σφι ποιέγν τὸν Κέρεν, Κέρεντα δὲ λέγουσι. Nicolaus τοιαῦτα εἴπει, vt est apud Stobæum, Sermo. XLII. Πρῶτοι δὲ μὴ ποιέντες τοιαῦτα, δὲ λέγονται.

Liberi autem omnium Persidis procerum, in Regiæ vestibulo, seu pro foribus, erudiebantur: ubi multa summæ continentia ac tēperantia documenta excipere, erat: turpe autem & indecorū

nihil nec cernere nec audire. Contemplabantur itē Pueri, quibus Rex honorem haberet, & quos ignominia notaret. Quō fiebat, vt à primis ætatis annis, & imperare & parere disserent. Quid Xenophon lib. I. Arædæ. ita scribit. πάντες γένοισιν αἰγαίων Ιρρων παιδεῖς ἐν ταῖς βασιλέως θύραις παρθένοις, ἐν ταῖς πολιτείαις μὲν φροντίων καταπαύσοι αὐτοῖς αἰχμὴν οὐδὲν αὖτε ἀνοίγουσι εὐτ' ἵδεν ἔστι. Θεῶντας οἵ τις παιδεῖς γένοις πραγμάτοις ἵστησι βασιλέως γένοις, & ἀλλοις ἀπράξιοις οὐδὲν παιδεῖς ὄντες μανθανοντιν αρχάν περ γένοις αρχήσιν. In prouincijs quoque idem obseruatū, vt nobiliorum filij, pro foribus Satraparum continentia præceptis institueruntur, idem Xenophon eodem lib. ita scribit ὅποισι οἱ αἴγαιοι ή Αρχαὶ λαβεσσιν, αἴγαιαζεῖν πούταις θηρίοις ιέταις, & φροντίων δημιγράμοις, παρέχαι αὐτοῖς τῷ Σατράπῃ, χεῖν θέατρον περ γένοις παρθένοις παρθένοις θηρασίας τοποῖς παρ' αὐτοῖς. & inox. Σειτοῦ Κύρου οὐτοῖς τοῦ Ταξιαρχοῦ, ἐπειγόντων τοῖς αὐτοῖς Θρησκευμαῖς ή Αρχαῖς θηρασίαις.

Iam, vt ad ea quæ restant Persicæ institutionis capita, quæ quidem in corporis exercitatione versabantur, accedam, summa cura pueri, vt Xenophon lib. I. παιδ. auctor est, discebant πεζοὺν, γένοις αἰγαίοις. Clemens Alexandrin. lib. I. paedag. cap. viii. ἀλλα πεζοὺν μόνον οἱ παιδεῖς αὐτοῖς μανθανοντιν. Est autē τοξόγονα, arcu sagittas mittere, seu Sagittare: quod verbum optimæ notæ est, ac ne quis de eius latinitate dubitet, patronos adsertorēsque habet, Curtium, lib. vii. Iustinum lib. xl. Auctorī vero, Iaculari, id est, vt Quintilian. lib. viii. cap. xii. interpretatur, Iaculum emittere. Iaculum autē, excusso lacerzo vibrari, intorqueri, dirigi non est ignorū. Apud Persas, yisque Equitandi, & Iaculandi, laus vige-

bat: A pueris ergo Equos ascendere, in equis sedere, ferocitate exultantes domare, flectere, & ex ingenti curriculo, in exiguum gyrum cōpellere, denique ex equis pugnare, Persæ discebāt. Et quidem, à quinto anno, ad vicesimum usque, vt Herodotus lib. I. ait: aut, ad quartum & vicesimum usque, vt Strabo lib. xv. Pueri, Equitare, Iaculari, & Tela mittere docebantur. Herodoti verba sunt, hæc, παρθένοις ποιεῖσθαι πεντεπέντες αρχέσιμοι, μέχρι εἰκοσιεπέντες, τείς α μοῦνα Ιππεῖν, & Τοξότα, & Αλυτεύεται. Strabo vero lib. xv. Απὸ δέ, ait, πάντες ἐσθίουσι περιένονται, Τοξότα, & Ακοντῖν, & Ιππαζεδεῖν. In eodemque exercitio persistabant etiam hi qui ad virilē ætatem peruererāt. Xenoph. lib. I. παιδ. αἱ οἱ αἱ μένουσι φυλαὶ διφερεῖσιν, μέτεποτε ἄλλαι, αἱ παιδεῖς οἵπεις ἔμασθον, γένοις Τοξόται, γένοις Ακοντῖν: γένοις διφερεῖσι δρόμοις, διφερεῖσι πολεμοῖσι. unde Himerius ἐν μετεποτε Γρηγορίῳ περ γένοις πολεμοῦσι: γένοις ὁ βίος ἐκεῖνοις φαρέτραι γένοις. Athenæus quoque, lib. x. Persas, ιππεῖν μαρτύρειν, ait.

Eadem Equitandi, Iaculadique, ad Partho Persas, quoque disciplina, & cura transiit. Iustin. lib. xl. Hos pari ac liberos suos cura habent, εἰς Equitare, εἰς Sagittare, magna industria docent. Herodian. lib. vi. Τοξοῖς περ γένοις οὐ εἰς τὸ πολεμεῖν μόνον γεώνονται, οὐδὲ προμαχοῦσι, ἀλλ' οὐ παιδῶν οὐδὲ αἰγαῖς αἰλαροτρόπονται, γένοις θηρασίαις, οὐπειτας φαρέτραις ποτὲ ξιποπέρδυοι, οὐπειτας θηρασίαις, αἰτοῦσι τοις αἰγαῖς γεώρδυοι ή κατ' πολεμίων, ή κατ' θηρασίων.

Et hæc sunt, in quibus P E R I Persici ad septimum & decimum usque annum, tēpus, studium, operamque ponebant: Ad quem annum ubi peruererant, in Epheborum ordinem allegabantur puerilitatēque posita, Epheborum albo adscribe-

bantur. Xenophon lib. I. παρδ. μέχει ρηθή δή τοι, οὐτίσσαι
ναζίσσαι εἰπεντό γνωμές, οἱ Πάρδες Τάντα πεγκίσσοντο: οἱ Τάντα
τούτοις, εἰς τοὺς Εφέσους ἀπέβησαν.

E P H E B O R V M autem (hoc enim Latio nōmē
vſus pridem mancipauit) alia erat, atque Puerorum
cōdicio, aliūsque vitā modus. Hi enim sum-
mo mane in Forum liberale veniētes, vespere do-
muim redibant. Illi vero, toto decēniū, postquam
ē pueris exēsserāt, spatio, in Archijs, interdiu no-
ctūque versabantur, cōque loci, cibum somnūm-
que capientes, adſiduē morabantur: tūm vrbis
tuendæ custodiendæ quæ cauſa, tūm etiam colen-
dæ o bſeruandæ quæ temperantia gratia. Quanto
enim ad virtia procliuor, proniōrque adolescētia
est, eo maiore cura & diligētia indigere eam cen-
ſebant. Ideoque in Rectorū conspectu, adolescē-
tię anni transigebantur: præstōque Ephebi erant,
ſi qua publica neceſſitas eorū operam deſideraret.
Ita Virorum, ſenūmque, coetibus permixti, alie-
nōque potius arbitrio viuentes, quām ſuo, adſines
earum rerum non erant, quas fert adolescentia.
Tales enim Iuuenes euadere ferē ſuuenit, quales
ſuntij, quorum conſuetudine deleſtantur. Quin-
etiam liberalis illius fori finibus, ac cancellis cir-
cumscripti, Ephebi, vagandi & hāc illāc cursitan-
di facultatem non habebant, nec temerē inde, niſi
venationis cauſa, excedebat. Venatum enim pro-
ficiſcens Rex (quod ſexpius ſingulis mensibus con-
tingebat) mediam Epheborum partem, reliquis
in Regia relictis, educebat. Inermes verò, ve-
nationis cauſa, nequaquam egrediebantur: verum
cūm armatura, non quidem omnino graui, ſed
nec penitus leui. Etenim, lorica excepta, militari-
bus

bus præliaribūſque armis inſtructi, Regi, ſeſe co-
mites addebaunt. Primum quidem, mucrone quem
coridem vocabant, in vagina recondito, accinge-
bantur aut sagari, de quibus armorum generibus,
dabitur libro proximo dicendi locus. Præterea
Arcus cum Pharetra, ex qua ſagittæ depromeren-
tur, ab humeris pendebat. Scutum etiam cūm Pal-
tis, id eft haſtilibus, duobus, geſtabant, quorum alterum
mittere, & altero, ſi opus eſſet, cominus
vterentur. Summo autem studio, venationi ope-
ram publicè Persæ dabant, & Rex ipſe, in Ve-
natione, a quæ ac in bello, agminis ducor erat. Nam
& venabatur ipſe, & vitalij quoque venarentur
ſatagebat. Eique rei non mediocris diligentia ad-
hibebatur, quod Venatio ferarum, quaſi meditatio
quædam bellicæ disciplinæ, aut velitatio, videtur.
Etenim diluculo ſurgere, frigus & æſtum to-
lerare, affuefacit, itineribus & cursibus, exercet.
Neceſſe etiam eft, ſagittam dirigere in feram, &
Iaculo eandem petere vbiq; unque occurrerit. Ani-
mum quoque incaleſcere, & exacui neceſſe eft in
venatione, ſi quæ ſeſe ferox, & valida fera obie-
rit. Nam ferire oportet occurrentem ſibi, & ab
eius incurſu cauere. Quare vix à venatione quid-
quam abeſt eorum quæ inter bellandum accidunt.

Exeunteſ autem Venatu Ephebi, in prandium
eadem quæ Pueris vſitata fuifſe diximus cibaria
& obſonia, ſed aliquanto largius, & copiosius, vti
par erat, ferebant: Et quidem, nulla tenus ante
peractam venationem prandebant: Immo verò ſi
feræ capienda cauſa diutius immorari oportereſet,
aut alioquin diem venando extrahere & exime-
re vellent, prandium in cœnam differebatur: & in

cœna, vescebantur ijs, quæ prandio parata desili-
nitaque fuerant. Postridie vero prandio abstinen-
tes, inediaque ad cœnam usque patientes, ve-
nabantur: biduum illud in venatione transactum,
pro uno die computantes, quod vnius diei cibum
consumpsissent. Cui abstinentia assuecabant, ut
in bello, sicuti res exigeret, eadem ferre & per-
petri possent. Nec enim difficile quidquam est,
quod in naturam consuetudo perduxerit. Cogita,
ait Seneca, lib. de Tranquillit. animi, cap. x. com-
peditos, prim o ἀγρέ ferre onera & impedimenta crurū:
deinde ubi non indignari illa, sed pati proposuerunt, Ne-
cessitas, fortiter ferre docet, Consuetudo, facile. Carne
autem (quod & de Parthis Iustinus lib. xli. notat)
non nisi venatibus quaesita vescebantur: alioquin
obsonium aliud nullum illis præter merum Na-
sturtium apponebatur. Ac ne periculum horum
quaes dixi præstem, auctorem laudabo eum, cuius
ore Musas quasi locutas ferunt: nec enim paginam
nos, Atticæ Musæ verbis, implere, vitio vertet is,
qui in Stobæo lôge plura ex ijsdē scriptis cōgesta,
et qui boniq; cōsulet. Xenophōn igitur lib. i. παρ. de
Ephēborū Vitæ ratione, hæc quæ sequuntur scribit.
Δέκεται ἐπι αφ' οὐδὲν εἰς Γάϊδαν ἔξειθασ, κοιμῶνται μόνοι τοῖς
Αρχεῖα, ὡς αἱ πρεσβύτεραι, οὐ φυλακῆς ἔγειται τῆς πόλεως, οὐ θρο-
φορούνται, δοκεῖ γοῦν αὐτὸν οὐ πλινθεῖται θηριώτατος θεοῦ θεοῦ,
Παρέχουσι δὲ τῷ πόλει μέραν, ἑσπότεροι μάλιστα τῆς Αρχούσι, ζῆ-
θει, τῷ πόλει μέραν, τῷ πόλει μάλιστα τῆς Αρχεῖα, ζῆθει
τῷ πόλει τῆς Αρχεῖα. Όταν δὲ ἔξειθασ πατεῖται θηραν, ζεῖται τῷ πόλει
μάλιστα τῆς φυλακῆς, ποιεῖ δὲ πόλει μάλιστα τῷ μέντος, ζεῖται δὲ
τῆς Σείσαντας, Τόξα παρέχει τῷ φαρέβαν, οὐ εἰ κολεφὶ Κομόδοι, οὐ
Σαζίαντα. Επὶ δὲ γοῦν Γέρρον, οὐ Γαλπάδον, αὐτει πόλει μάρτιέν γε, πό-
λει αὐτοῖς, οὐ χάρας ζεῖται μάρτιον. Μηδὲ πόλει τῷ πόλει μάρτιον οὐ θηριώτατος.

L I B E R A S E C U N D V S. 259
ρέμεται, οὐ βεσπερεῖ ὥστε αἱ ἐν πόλεμοι, πήγεισιν αὐτοῖς δέ, οὐ
αὐτοῖς τε θηρε, οὐ τῷ ἄλλον θηριώτατον, πάντας αὐτοὺς δέ θηριώ-
τατον δεκεῖ αὐτοῖς οὐ μέγιστη, τῷ πόλεμοι τῷ πόλεμοι δέ. οὐ γὰρ προσ-
απίστειν εἴτε, οὐ φύγει, οὐ θελητη, αὐτέχεντα γυμναῖσι δέ οὐ
όδοις περιστασίας, οὐ φρομοις αἰταῖσι δέ οὐ πολεμούσι θεοῖς, οὐ αἰνοπ-
ούσι, οὐτοι αὐτοῖς περιπτήσιη. οὐ πάντα μέλιν δέ πολεμοῖς αἰταῖσι θηρεῖσι
εἰς τὴν θήσει, οὐτοι δέ τῷ μηδίσιον θηρεῖσιν αἰτισθαι. Πάγειν μόνο-
ν δέ τῷ θηρεῖσι μηδέμον, φυλακῆς αἴσιον δέ τῷ θηρεῖσι μηδέμον. οὐ πολεμούσι
εἰς μέλιν θηρεῖσι δέ εἰς τὴν θηρεῖσι αἴσιον δέ πολέμου παρέντων. οὐ πολεμούσι
χονταὶ δέ τῷ πάντα θηραν, Δειπότεροι οὐ πολεμούσι μόνον, εἰς τὸ εἰδός,
πολεμούσι τοις δέ θηραν. Καὶ θηριώτας μηδένι αὐτοῖς περιπτήσιεν.
τοῦ δέ πρεσβύτεροι οὐ πολεμούσι τῷ πόλει τῷ πόλει, οὐ αἱ πάλαις βαλητῶς
έχεται. οὐ πολεμούσι τῷ πόλει, τῷ Αρχούσι τῷ πόλει προπτίσαντες, τῷ πόλει
προπτίσαντες οὐ προπτίσαντες μέραν δέ πολεμούσι. οὐ μίαν αἱ πάλαις τούτης τούτης
πολεμούσι, οὐ πολεμούσι πάντας πολεμούσι. τῷ πόλει ποιεῖσι δέ θη-
ρεῖσι οὐ πολεμούσι, οὐ πολεμούσι πολεμούσι πολεμούσι πολεμούσι.
οὐ πολεμούσι οὐ πολεμούσι οὐ πολεμούσι οὐ πολεμούσι οὐ πολεμούσι.

De Venatione etiam Persarum Strabo, lib. xv.
scribit hæc, θηριώτας δέ, Σαύνια αἱ πόλεις βαλοντες καὶ θε-
ριώτατα, καὶ σφενδονοῦσι περ. Vocis autem illius Σαύνια,
interpretatio, ab Hesychio petenda est: qui, Σαύ-
νιον, ait esse, αἰνόν πολεμούσι πολεμούσι. Addit Strabo, οὐ χαρτοῖ
δέ τῷ θηρεύματος οἱ Γάϊδες, οὐδὲ κομάζειν οὐκαθέ, οὐ θος.

Enim uero hanc Venationis exercitationem
Persis familiarem, Cyro acceperam fert Xenophōn,
à quo institutam, ob eas quas exposuimus causas,
lib. v i i i. παρ. tradit, his verbis. τῆς πολεμικῆς δὲ
ἐνεκαὶ αὐτοῖς πολεμούσι θηραν ζεῦσθαι. οὐδὲν αἰσκεντεῖται αὐτοῖς ζεῦ-
σθαι τῷ πόλει μηδέμον, οὐδὲν αἰσκεντεῖται αὐτοῖς πολεμικὴν θηρεῖσι, οὐδὲ
πολεμικῆς δὲ θηρεύσι πολεμούσι. Εἰ πόλεις δὲ πολεμούσις χωρίοις
αὐτοῖς μάλιστα αὐτοῖς πολεμούσι, οὐδὲ πάντας πολεμούσι φιλοπρίσιν τῷ
θηρεύματος. Εἰ πάντας εἰκρατεῖσι δέ, οὐ πόλεις οὐ μάρτιον, Εἰ θελητη,

λιμὸν, ἢ δίφορος, διώσασθαι φέρεται, οὐδὲν δε μάλιστα περισσεῖται τοιούτοις, ἢ τινας ἢ ἐπιβασικέτας, ἢ οἱ δῆμοι οἱ τοῦτοι βασιλέας, τούτη τοιούτων σχετεῖσθαι.

Quod si quando longius exire & spatiari non liceret, Viuarijs & septis inclusas feras Reges agirabant. Xenophon lib. viii. παρδ. ἢ τὸν δὴ θύραν τοὺς μὲν ἄλλους ἔξιτον, ὅποτε μὲν ἡδύν εἰσιν τοις εἴναι αὐτοῖς δὲ ἢ ὅποτε αὐτῶν εἴναι, αὐτοὶ εἴθεται τοῖς Παρασθέσιοις ηγείᾳ βεφύδησαν. Philostrat. lib. i. de vita Apollon. Μέλλων δὲ ποτὲ τοὺς θύραν γέγενεν τῷ οὐ τοῖς Παρασθέσιοις χωέισι, ἐπειδὴ Λέοντες κατέκεινται τοῖς βασιλεῖσι, ἢ Αράσι, ἢ Γαρδενάδι, ή ξεποντὸν Απολλάνιον τοῦτον γένεται οἱ θυράντι. Acre hoc venationis studium, Parthis quoque, quasi successionis cuiusdam iure, insitum ingenitumque fuisse, Iustin. lib. xli. & Herodian. lib. vi. demonstrant. Vnde Nononeum apud Augustum, cui à Phraate obses datus fuerat, educatum, petitum Romā, acceptumque Regem, quamvis gentis Arsacidarum, ut externum tamen, aspernatos Parthos, Tacitus lib. ii. Annal. narrās, addit, Accendebat deditantes, & ipse diuersus à maiorū institutis, raro Venatu, sogni Equirum curā, quoties per urbes incederet, leictice gestimine. Eandēmque desidiam in Sardanapalo tanquam à maiorum institutis degeneratē, notatain, Suidas de eo loquens, ita scribit, ἐνδὲ ποτίσματα εἰ τοῖς βασιλεῖσι εὔχεται. οὐλαν μὴ εἰς αἴσθημας, τοι δὲ θύρας Κέισι, οὐταρποὶ βασιλεῖς.

Cursu præterea exerceri Persas, moris fuisse, à Strabone accepi, qui Tubæ sono ante lucem excitatos, velut ad arma capienda, aut ad Venationem, in unum locum cogi consueuisse, lib. xv. scribit. Ijs vero per quinquagenos dispositis, ac distributis, ducenti ex Regis, aut Satrapæ alicuius liberis

constitutum, quem currentem, sequi jubebant, Curriculo quod triginta aut quadraginta stadia pateret, definito. qua de re Strabonis verba sunt hæc. σωμάτιοι δὲ εἰς ἑνα πόπον φόρῳ χαλκοῖ, τοι δὲ ὄρεται, μεταγέρνοντες δὲ τοῖς Κοπλιάταις, η θύραι. Τεχαντες δὲ διὰ πεντηκοντα μετρίου τοῦ βασιλέως οὐα πατέσαι αὐτοῖς, η Σατράπου, βέρχοντες λέοντας ἐπεδεινούς, χωειον αριστειστατες πεντακοντα, η πεντεσκοντα σταδια. adiicit post aliquot interposita Strabo, οὐταν δὲ τοῖς βασιλέως αἷλαι δρόμου, τοι δὲ τοῖς πενταθλοις, id est, ut Interpres, Cursus & ceterorum que in quinque annis exercentur, præmia ab Rege proponuntur. Verum, Dij melius, quam vt credam, tam imperite & oscitanter, vocem πενταθλοις Interpretem, quisquis est, vertisse. Liquebat enim mihi deierare, scripsi illum, Quinqūertijs, Feste duce & auctore, qui Quinqūertiū, ait, vocabant antiqui, quem Græci, πενταθλον, vt indicat hic versus: Omnis aequalis vincet Quinqūertio. Strabonis autem, quod obiter dictum sit, in Latinam linguam conuertendi, Nicolaus v. Pontifex Max. negotium Guarino Veronensi, & Gregorio Tiferhati dedit. Hos laborem hūc interfecit partitos, ex vetustis quibusdam Epistolis didici, Guarinūmque Europæ descriptionem, Gregorium, Asia atque Africæ arripuisse. quod imperfetum relictū opus, post excessum Pontificis, Jacobus Antonius Marcellus, Patritius Venetus, Equestrīs ordinis vir, confectū & absolutum, sua opera reddidit. Translationis verò fronti, Guarinus titulum inscripsérat in hæc verba. strabo recte & acutè perspiciens, mundi designator acutissimus, atque soleritissimus, vt ex Latinis, per agrandi orbis viam commonistraret, Guarini Veronensis interpretamento, Italis quoque se aperuit, Pontificante Nicolo v. eodemque mandante.

Sed hæc à re proposita recedunt, quæ tamen interlocutum me, non piget. Ut igitur ad ordinem redcam: ad illū, vnde digressi sumus, Strabonis locum, commodissimè accedent, quæ de Gymnicis Persarum agonibus Xenophon lib. i. παρ. refert. Ait enim reliquas Tribus quæ domi manentes, venatum non exibant, in his se exercuisse, quæ, Pueri cùm essent didicissent: Iaculis nimirum, & telis mittendis, eaque inuicem decertādo agitasse. Publicè enim instituta erant iaculaudi, sagittandique certamina, præmiisque victoribus proposita. In ea autem Tribu, in qua plures peritissimi & fortissimi extitissent, summo, non hi modò qui tūm temporis ci præerant, verum etiam Magistri qui præstantissimos illos Iaculatores & Sagittarios erudierant, à popularibus suis, honore adficiabantur. Xenophontis hac de re, verba sic habent. εἰ δὲ οὐδὲν τοις φυλαῖς σφετέραις μάχησανταί τε εἴλα ἀπέδεσσιν ἔντεσσιν, καὶ Τζελάν καὶ αὐτοὶ τζελάν. καὶ σφεγγωνιζόμενοι τετταὶ περὶ τοὺς ἄγρους, καὶ ἀθλα περιθέται, εἰ δὲ οὐδὲν τοις φυλαῖς πλέονται, οἵτινοι τοις περιθέταις καὶ πληστοῖς πολεμοῦσι, καὶ πυροῖς μόνον τὸν τοῦ δρόχοντα αὐτὸν διλαβοῦσι ποτὲ τοις περιθέταις. Hac Sagittandi peritia, apud Persas, Catches excelluisse fertur: qui adeò certo isti, (à Curtio lib. vii. hæc sumo) destinata feriebat, vt aues quoque exciperet. Nam ergo si forsitan, Sagittandi tam celebri ysi, minus admirabilis videri ars hæc posit: tamen ingens visentibus miraculū, magnoque honori Carenifuit.

Saltatione quoque Persæ exercebatur: eamque rem ad concinnum corporis motum, roborige adiungendam agilitatem, valere censebant. Athē-

naeus lib. x. Γέροντα τὸν, ὁντερ Ιππεὺν, ὃντα καὶ Ορχῖδας πανθεῖνοι. καὶ νομίζοντι τούτῳ τῆς ἐργασίας θεών κατόν, ἐμελῶντα λαμβάνειν πανταῖς τῆς τοῦ Κέρκυρος ράμιν. Ibi-démque Persarum Regem, illis duntaxat, qui Mithræ sacri erant, diebus, Persico more, saltatice, reliquos vero omnes Saltationibus tūm abstinuisse, scribit. Idem Athenaeus varia Saltationum genera reconsens, lib. xiiii. Persicam silentio non prætermisit. Cuius formam exprimit Xenophon lib. v. Αναβάσις. Κύρος δὲ, ποτὲ Ηροντὸν ὠρχῖδας κρίνει πάλαις καὶ ἀκατακείται ποτέ ταπέντα εἰρήματα ποτέ πάλαις εἰρήματα. Herodianus etiam lib. iii. in simulatis nuptijs Antonini Caracallæ, cùm Artabanii filia, Partho Persas hoc quoque saltationis genere, latitiae qua exultabant, documenta dedisse, refert in hunc modum, πάντα πλήθος βαρβάρων ποτὲ Τίτιος Βαπτισμένον, εὐθηπτοῦ καὶ βαφῆς εἰρήμορι πεποικαλμένον, εόρπτε, ποτέ πάλαις καὶ σύντηγα πυκταῖς πενήσεις, εσκίρτων διεύθυντος.

Iam vero, Epheborū opera utebantur Magistratus, si qua in re præsidio op̄ esset, ad larrones, facinorosique homines, coquirēdos, & ad alia quæ viribus corporis, aut velocitate gerēda essent. Xenophon lib. i. παρ. χρῶνται ἢ ποτὲ μὴντος τοῦ ἐφίσεων αἱ δρόχοι, λόπον ποτὲ φροντίσουσι δένην, καὶ πεκουνύρρους ἐρυθρούσι, ή λινοῦς πανδραμένην, ή διλόποδας ιχθύος ή τελεῖς ἐργαζέται. Vnde in transcurso notandum est, eos qui ciuitatibus oppidisque præerant, sollicitè egisse, vt malis hominibus Provinciam purgarent, eaque de causa, graffatores, fures, homicidas, diligenter conquisiſſe, vt prout quisque delinquisset, in eum animaduertenterent: & hoc modo consecutos Præsides, vt quieta ac pacata esset prouincia quam regebant.

Præterea Strabo, de Persarum disciplina, lib. xv. scribit hæc, Απηνδοσ δὲ (de Magistris loquitur) καὶ νόμον ἐκάστου μαθήματος, ἀλλὰ καὶ μεγαλοφωνίαν, καὶ πολέμου, τούτῳ πάλιν αἰσιοιώτερον ποστούς καίμα δὲ, καὶ τοσχὸς ὑγρός, οὐδὲρος γέχυστρος διεβατέος, ὥστε ἀεροφράσιαν φυλακὴν. Εἴ πλα γένεται, Εἴ ποιμανήν δὲ γέχυστρον, Εἴ καρποῖς αχείος ἔπι ποιηθεῖ, θερμούσται μην. Τρυπαλατοις, αγραδοι. Καλοῦστοι δὲ Καρδακες, ἀπὸ κλοπίνας πρεσβύτεροι. Καρδακαὶ τὸν πόδαράδεσ, Εἴ ποιεικὸν λέγεται. Ηδὲ καθὶ πιμεραν δίστητα, ψῆπος μὲν ποιμάνοις, Εἴ μαζαν γέχυρεμον, γέγονος γέχροσην κρέα ὅπλα ή εφθαί έξ οὐδεποτε πότον θένθωρ. Et paulo post δεῖλης δὲ φυτουργεῖν, γέριζοπομεῖν ἀσποδοῖς, γέσπολοποτεῖ, γέλιω γέρκος φιλοπαχέν.

Talia fuisse Xenophon Ephæborum, & Adulterorum munia ait: quo in statu, totos decem annos agebant. Decennio vero expleto, iusta perfectæque ætatis habebantur, & in Virorum ordinem allegabantur ac cooptabantur: Vnde, si tempora ad calculos reuocentur, facile qui quis, vel metatecente, intelleget, Persas virilis vigoris initium, septimo & vicefimo anno definitissimum.

Postquam vero ex Ephæbis excesserant, nouam vitæ rationem Persæ ordiebantur: ad cuius metas, decurso demum quinque & viginti annorum curriculo, perueniebant.

Et illi quidē Magistratibus, non secus ac Ephæbi præsto erant, si qua in re, publicas vtilitates ope, consilio, iuuare possent: nec à Magistratibus officium suum, operamve requiri patiebantur, quibus vltro se se offerentes adsiduèque sistentes, eorum quæ imperarentur, nihil quidquam detrectabant, solam obsequij sibi gloriam vindicantes. Vtebantur autem eorum opera Magistratus, in his rebus, quæ coniunctas prudentiæ vires exigebat.

Quippe iam consiliisque, manūque (vt Ouidius loquitur) boni, strenuam domi forisque, pro salute communi operam nauabant: & sicubi militiæ munera obeunda erant, iam non Telis & Iaculis, Sagittis, Paltis & alijs missilibus, quibus antea in pueritia, & in adolescentia affueuerant, instruebantur: verum armis quibus continuus pugnarent, induebantur. Aërea enim Lorica pectus tegebant: Læua, craticium, seu ex cratibus compactum, Scutum: Dextra, Macharam, aut Copideps gestabant: quo habitu Persæ, cum in armis erant depingebantur.

Atque Virilis hic ordo, seminarium erat Magistratum, indéque legebantur omnes qui ad munera publica vocabantur: exceptis puerorum Magistris, quoram lectio, vti fieret, supra docuimus. Horum omnium auctoritatem præstabit, idem ipse Xenophon, qui se iam toties nexus obligauit. Äquis igitur animis eius orationem, quæ melle dulcior fluit, accipiamus. Τῶντα μὲν δὴ, ait, οἱ Εφικει μεγίστοισιν. ἐπιδιδούσι δὲ τοιάδε τηλεπελέσσων γέρχονται εἰς τοὺς πελέσιους Ανδρας. αὐτὸν δὲ μὲν εὔελθωσι γέροντος ἐπὶ τὸν Εφίκεων, γνωστὸν αὖ πάντες γένοσιν ἐπὶ μέγετον γέροντον μάρτιον αὐτῷ οἱ Εφικει, παρέχοντις ἑώρητος ταῖς Αρχῇσι γέροντος λίνη πολεμίον κονοδον, δόσα φρονοωπόν τε ιδίην ἔργα τέλον, γέρηπι διωμάρθιον. Λινὸν δὲ ποιησιν γραπτεῖσι, Τόξα, μάρτιον θέτω πεπανθεμένοις γένεται γέχονται καὶ Παλπά γραπεύονται. Τοιάδε μὲν γέμιαντα σπλανχνάθματα (γένεσιν πέφεται τοις τερποις, γέχροντος τοῦ ἐπιστεῖται, γέρηπος γέρερφος) οἱ Γέροται, ἔχοντες, εἰς τὴν μέξιην, Μαχαριπον, ή Κοπίδα, γέρηπον γέρηπον εἰς τοπον καθίσανται πάλιν. οἱ τοῦ παγδῶν δισδόσιοι.

At postea quam. x x v. annos perfectæ ætatis Viri in ciuilibus, militaribusve muneribus, &

officij, πλεον isti Andares consumperunt, annos iam nati quinquaginta, aut eo plus, Senilem ordinem ingrediebantur. Apud Persas enim inter Seniores numerari incipiebant, quotquot ætatis annum supra quinquagesimum agebant. Cuius ætatis beneficio, militia vacationem habebant, nec ad delectum respondere, aut peregrè extra patrium solum proficisci, cogebantur: sed domi manentes, morantesque, iudicandi munere fungebantur, & iudicis publicis priuatisque operam dabant. Nec de pecuniaris modo causis Seniores cognoscabant: verum etiam capitalium criminum quaestiones, ac iudicia exercebant. Ad eos etiam reliquorum Magistratum, qui Rem publicam gererent, & ius populo dicerent, creatio pertinebat. Quod si quis ex Ephebis, aut perfectæ ætatis Viris, quid prætermisisset eorum quæ legibus sancta constitutaque essent, aut etiam aduersus legum præcepta quid commisisset, à Tribunis & Phylarchis reus postulabatur. Accusandi etiam cuilibet ex populo facultas erat: propterea quod publica erant huiusmodi iudicia, popularésq; accusatores. Postulabantur autem apud Seniores, qui causa cognita, reoque auditio, sententiā ferebāt: ac coniunctum, ordine mouebāt. Semel vero ordine motus, infamia notabatur, & , ut ignominiosus, reliquum vitæ degebat. Quorum ne quis à me fidem requirat, reum debendi delegabo, & quidem idoneū ac locupletem, Xenophōtem, qui hęc omnia, περὶ δ. i. firmat, his verbis, ἐπιδεὺς δὲ τὸ πέμπτη τὸ εἴκοσιν ἔτη στεγανῶν, εἴκοσι μὲν αὐτοὶ πλέοντι οὐ πεντήκονται ἔτη γεννόντες, ἀντὶ γένεων. Κέρχυνται τὸ πλικαῦτα εἰς τοὺς Γραμμέτεροις, οὗτοις τὸ καλεμδύοις. οἱ δὲ αὖ Γραμμέτεροι τὸ πλατεῖον τοῦ μη

οὐκέπεντε τὸ πλατεῖον, οἵνας δὲ φέρουτες δικαζούσαιτε ποινὰ πατέται τὸ τετράγωνον. Κέρχυνται τὸ οὖτοι πρίνατοι, τὸ πατέρας αρχαῖς οὐ ποιητας αὔροις ταῖς τελείοις αὐθεάσιν ἐλάτην. Οὐ τοιμίστην, φάντα μόνοι φύλαρχοι ἔκαστον, τὸ τρίμηνον οὐ βελόμηνος οὐ δέ γεραίτεροι αἰκούσαστες, οὐκερίστηστε, απιμος πάντοις βίον διεπελεῖ.

Enim uero, à vice simo anno ad quinquagesimum usque, Persas, Magistratus geffisse, munera publica subiisse, stipendia quoque meruisse, Strabo lib. xv. tradit, σπανύσσεται, inquietus, καὶ αργεούσιν, οὐτοὶ εἴκοσι ετῆ τέλος πεντήκοντα, περὶ οἴτε, τὸ παππᾶ. Atque ita, ex Strabonis sententia, Munerum publicorum vacationem, quinquagesimus ætatis annus dabat.

Ad Honores porro & Magistratus, idonei quique ex his qui sub imperio Regum erant, nullo habito nationis, gentisve delectu, admittebantur. Xenophon lib. iii. παρ. Καὶ νῦν οὐ οὐτὶς ιδεῖ θεὸν Υπεράνθιον καὶ πατεναγόνος καὶ δρόσης εὐχοντας, οὐδεὶς καὶ Προστόν καὶ Μηδιῶν οἱ δὲ δοκισσοντες μέτοιτον. Nec vero, vt idem lib. i. παρ. scribit, Persarum quisquam, si modò, Pueritiae, Adultæque ætatis curriculum in publicis iustitiæ scholis confecisset, à dignitatibus arcebatur. Non enim omnes omnino Persae liberalibus illis studijs imbuēbatur, eruditabanturque: sed hi demum qui parētes, pro impensæ, quæ ad eā institutionem necessariò facienda erat, modo, locupletes sortiti essent. Soli namque patres familiarum, quibus amplæ facultates, & ad liberos in illis Magistrorum umbraculis, ac scholasticis exercitationibus, educandos, sufficientes erant: ex se natos in eos ludos in quibus ad iustitiam Pueri edocebantur, mittebantur. At quibus res erat angusta domi,

officij, n̄elesioi isti Aράχες consumperunt, annos iam nati quinquaginta, aut eo plus, Senilem ordinem ingrediebantur. Apud Persas enim inter Seniores numerari incipiebant, quotquot ætatis annum supra quinquagesimum agebant. Cuius ætatis beneficio, militiae vacationem habebant, nec ad delectum respondere, aut peregrē extra patrium solum proficiisci, cogebantur: sed domi manentes, morantesque, iudicandi munere fungebantur, & iudiciis publicis priuatisque operam dabant. Nec de pecuniariis modo causis Seniores cognoscabant: verum etiam capitalium criminum quæstiones, ac iudicia exercebant. Ad eos etiam reliquorum Magistratum, qui Reipublicam gererent, & ius populo dicerent, creatio pertinebat. Quod si quis ex Ephebis, aut perfecta ætatis Viris, quid prætermisisset eorum quæ legibus sancta constitutaque essent, aut etiam aduersus legum præcepta quid commisisset, à Tribunis & Phylarchis reus postulabatur. Accusandi etiam cuilibet ex populo facultas erat: propterea quod publica erant huiusmodi iudicia, popularēq; accusationes. Postulabantur autem apud Seniores, qui causa cognita, reoque auditio, sententiā ferebāt: ac conuictum, ordine mouebāt. Semel vero ordine mortus, infamia notabatur, & vt ignominiosus, reliquum vitæ degebat. Quorum ne quis à me fidem requirat, reum debendi delegabo, & quidem idoneū ac locupletem, Xenophōtem, qui hęc omnia, παραγ. i. firmat, his verbis, ἐπειδὴν δὲ τὸ πάντα ἡ εἰκόσιν ἔτη διετέλεσσον, εἴησαν μὲν αὐτὸν πλέοντα ἢ πεντήκοντα ἔτη γεννήσας ἀπὸ γυναικός. Μέτερχοντα δὲ πλωκάμπα εἰς τοὺς Γραφέροις, οὐτας δὲ κατελεμψάσ. οἱ δὲ αὐτοὶ Γράφεροι διοι γραπτούσι μὲν

οὐκέπ τέλος τῆς ξανθῆς, οἶκοι δὲ φύροντες δικάζουσι τέττα ποντα περὶ τῆς Ιδίας. Ηγειράνου δὲ οὐτας ιρίνας, ηταῖς αρχαῖς αῦτοι πάσας αἵρωνται ύπει τοις δὲ εἰς ερηνεοῖς δὲ τοις πελεοῖς αἰθράστη ελλίπη. Οὐ δὲ τημένον, φάγεσι μὲν οἱ φύλαρχοι ἕκαστον, ητούμην δὲ βενάδρηνος οὐ δὲ γεράτεροι ἀκούσαντες, οὐκέπινοντι. οὐ δὲ εὐκριβεῖς, αἴποις πέντε λοιποὺς βίου δίγεπελέ.

Enim uero, à vicesimo anno ad quinquagesimum usque, Persas, Magistratus geſſiſſe, munera publica ſubijſſe, ſtipendia quoque meruiſſe, Strabo lib. xv. tradit, σφαγίναν δὲ, inquietus, η αρχαῖς εἰποιεῖται πεπίκοντα, περὶ τοις δὲ, η πατητικός. Atque ita, ex Strabonis ſententia, Munerum publicorum vacationem, quinquagesimus ætatis annus dabat.

Ad Honores porro & Magistratus, idonei quique ex his qui sub imperio Regum erant, nullo habito nationis, gentiisve delectu, admittrebanter. Xenophon lib. IIII. παραγ. K αὐτοῦ δὲ επ' idem δὲ τὸν Υπαρχοὺς δὲ πισενούδηνος δὲ δράχμας ἑχοντας, αἰσθάνεται Πέρσαν δὲ Μαδωνοὶ εἰς δοκεσσον μέτοιτι. Nec vero, vt idem lib. I. παραγ. ſcribit, Persarum quisquam, si modò, Pueritiae, Adulteriaeque ætatis curriculum in publicis iustitiæ ſcholis confecifset, à dignitatibus arcebat. Non enim omnes omniꝝ Perſe liberalibus illis ſtudijs imbuēbātur, erudiebanturque: ſed hi demum qui parētes, pro impensæ, quae ad eā institutionem necessariō facienda erat, modo, locupletes ſortiti eſſent. Soli namque patres familiarum, quibus amplæ facultates, & ad liberos in illis Magistrorum umbraculis, ac ſcholaſticis exercitationibus, educandos, ſufficientes erant: ex ſe natos in eos ludos in quibus ad iuſtitiam Pueri edocebantur, mittebant. At quibus res erat angusta domi,

qui que huic oneri ferundo, sumptibusque suppeditandis, propter fortunarum tenuitatem, non erat, hi liberos apud se continebat, & artificio aliquo instruebant: nec alij prorsus in Epheborum classes referebantur, ac deinde ex Ephebis in Virorum consortium adsumebantur, quam qui in illis publicis Iustitiae Scholis educati, institutique fuerant. Atque his solis ad honores, muneraque ciuilia aditus patebat: reliquis exclusis, qui legitimis pueritiæ rudimentis, adolescentiæque tyrociinijs non fuissent imbuit. Sed nec, ad senile illud otium cum dignitate, pertingere poterant, nisi qui Puerorum, Epheborumque disciplina eruditæ, ac per eos quos diximus gradus, laboribus citra vllā reprehensionem defuncti, ad senilem tandem portum appulissent. Hac me Xenophon docuit cuius verba ipsa è lib. I. παγ. subieci. Τίνων δὲ οὐδεὶς ἀπελιλατεῖ, Νόμοι, πρᾶξις καὶ ἀρχὴν αἱ τέκνα πάντα Πέρσαι πέμπουσι. Τις ἐκατὸς πῆδες εἰς τὰ πονητὰς μηχανοσώνις μηδεπελεῖται. αἱ δὲ οἱ μηδὲ μεταβαθμίαι τρισέφθιντις πῆδες ἀρχομέναις πέμπουσιν. οἵ δὲ μηδεμίαιροι, οὐ πέμπουσιν. οἱ δὲ αἱ παγκένθωσι τῆσδε τις ἀγροστίοις οὐταρξεῖται. οἱ δὲ αἱ τις ἐφίσεοις σεπτελίσται τὰ νόμιμα ποιοῦντες, οἱ τετρατοις αἴδησις παυσανίζεσθαι, καὶ αρχὴν γε πρᾶξις μετέχειν. οἱ δὲ αἱ αἱ ποτὲ πελεῖσις μηδέθινον πανεπιπληθοῖς, οὐτοὶ τὴν γεράπεραν γίνονται. οὐτα μηδὲ οἱ γεράπεραι σῆμα πατέται τὴν ταλαντὴν γηγενέστεροι γενισταρι. καὶ οἱ πολιτεῖαι αὕτη, οἱ οἰονται γεωρμοι βελπονται αἱ τις.

Porro inter cetera quæ ad rectam nec satis unquam laudatam Persarum disciplinam spectant, non infimum locum obtinet, quod Risum, maximèque solutum & effusum, continuisse eos, nec in publico cachinnum sustulisse accepimus. Turpe quoque & inhonestum apud eos habebatur, non

modo in propatulo, sed ne quidem in conspectu cuiusquam, vesicam leuare, aut aluum soluere, ventremve exonerare: aut vomitu cibum egere: sed hæc domi, sub tecto, clam omnibus, ac remotis arbitris, peragebantur. Testimonium dictis nostris prohibet Herodotus lib. I. Etenim inter ea, quæ Dexocem Medium primitus instituisse, vetuissè refert, hæc lib. I. numerat. γελῶ περὶ πολὺν αἰτον, γε ἄπαντα τον γε τοῖς αἰτογόν. Idem eod. lib. I. de Persarum institutis, καὶ τοι τὸ ἔμεση Κέστι, οὐδὲ οὐρησαν αἰτον δῆμον. Xenophon lib. I. παγ. Κύρος εἰργόν εμβολήν τοῦ ἐπὶ τὸ ιόντα που φαρόν γνέσθει τὸ οὐρησαν ἔτενε, ή τῷ δῆμῳ πνοὶ θειεύπον. Ταῦτα τὸν αἱ ἔμεση ποιεῖν εἰ μη τῇ στρατείᾳ ἐξεργάντη, γε τούτοις ἐκπνοοῦμεν αἰτοισον, οἵτε δῆμοι ποι ἀποχωρεῖν. Idem lib. V I I I. παγ. Εργέτης ὁ ᾧ μηδὲ πιῶτες μηδὲ ἀπομαθέμοι φαρόν εἶν, μηδὲ μετατρεφόδαιοι τὴν θέρην μιθενός, οὓς οὐδὲ Στρατιόντες. Ammian. Marcellin. lib. X I I I. super his, nec stando mingens, nec ad requisita naturæ scēdēns, facile visitur persa: ita obseruantius hæc, aliisque pudenda, declinant.

In more quoque positum fuisse apud Persas, vt durum itinera conficerent, neque ederent quidquam neque biberent: ac neque vrinam facientes, vel aluum exinanientes, conspicerentur, idem Xenophon lib. V I I I. παγ. docet. Verum aetate sua, non iam eos, vt olim, longinquas excursiones, sed tam breues fecisse, vt non mirum si interim, necessarijs illis corporis fulturis, naturalibusque deiectionibus, abstinerent, scribit his verbis, λοιπὸν τοπικόν, πομεταξύ πορθμούσις μοτε ταῦτη, μητε πινχε, μητε τῷ δέῃ τοῦ Γενναίου αἰαλκαίων, μηδὲ τὸ ποιεῦντας φαρόις τῷ. τοῦ δὲ αἱ μηδὲ πόντων αἰαλ-

χεδεύ ἐπ θεραπείαν, ταῦτα μὴν τοι πορείας οὐτω βεστήσας ποιῶνται
ώς μην τὸ ἐπ θεραπείαν τὸ απέκειθαι τοῦ αἰτιατοῦ. Et hoc
ad sua usque tempora manisse in Perside, prisci illius moderati, exercitationumque laboribus fir-
mati victus, argumentum, Xenophon lib. i. παρα-
scribit. Persas enim Pane & Nasturtio, famem, si-
tim, aquæ potionē expleuisse ait: quam Persarum
frugalitatem ex eo auctore, Cicero lib. v. Tuscu-
lanar. quæstion. cominédat. Persarum à Xenophonte
victus exponitur, quibus negat, ad panem quidquam
adhiberi, præter Nasturtium. Idem lib. ii. de Finib. sit
voluptas non minor in Nasturtio illo, quo ræsci Persas so-
litos scribit Xenophon, quam in syracusanis mensis, quæ
à Platone grauiter vituperantur. D. Hieronymus lib.
ii. aduersus Iouinianum, Persarum Regis Cyri vitam
Xenophon octo voluminibus explicat, polenta, & car-
damo, & sale, ac pane cibario eos afferens victitare. Nec
has Persis insuaues epulas fuisse, censem, ait Xe-
nophon, quisquis apud se cogitauerit, quibus eas
condimentis condirent, fame nimirū & siti. Quis
enim nescit quam volupe sit, famem quovis pa-
nis genere, ac Maza ipsa, depellere: quam
item audiē ac incundē arripiant aquam, qui diut-
urnam sitim explore cupiunt: Nam & Virgilius
Ecloga v. inter ea quæ gratissima sunt, ac suauissi-
ma ponit.

Quale per aestum,

Dulcis aquæ saliente situm restinguere riuo.

Mazam autē, quo verbo Xenophōn titulit, Hesychius interpretatur, δύοπα πεφυριδαύδειπ γέγαψ. Sui-
das vero ἔρων, αἴπον. Nam ut ibidem ait, ὅτις Λιφι-
ποτεῖ οὐδεὶς μεμυμένης τινο Μάζην εἰδίσ. ὅτις δὲ Αρποτεῖ,
οὐδεὶς δεσμυδόν Αρπον.

De Persarum, etiam victus ratione, hæc Strabo
lib. xv. οὐ δὲ κατ' οὐρέαν, σταύρον, Αρπον μὲν τὸ γυμνοτον, γέ
Μάζη, γέ Κάρδημον γέ άγρον, χόνδρος, γέ κρέας οἴκα, ή ἔρθρα γέ
ύδεντος, πατέν οἱ θέρα. D. Hieronym. in Daniel. cap.
vii. Rigidum & parcioris victus, in morem Lacedæmoniorum, Regnum Persarum fuit: ita ut in pulmento, Sale
viteretur, & Cardamo. Legamus Cyri maioris infantiam.

Nasturtio autem delestatos Persas, quod lotij
inhibendi, sistendique vim haberet, Suidas ita
scribit, Κάρδαμα: οὐρητικὰ οὐρων τοι Κάρδαμα, γέ πλεονα-
της. γέ μέτον φασι ποι Γέροντις χρῆσθαι. Φυλακίοντα τὸ πολλὰ
πλουτού οὐρεῖν, γέ ξπομάθεσθαι. Quam tamen Nasturtij
vim, Dioscorides lib. ii. cap. CLXXXVIII. Cassianus
in Geoponic. lib. xi. cap. xxvii. Plinius lib. xx. cap.
xiii. cum ceteras eius vires accuratè recenserent,
ne attigerunt quidem.

Parcè etiam ac duriter, nec sine magno labore,
Persas ab initio victitasse, propter egestatem, &
regionis asperitatem, idem Xenophon lib. v. i. i. i.
παρα docet: de Cyro enim loquens, εἰδὼς οὐδὲ, ait,
Γέροντις ποιοῖς οἰκοι, πακούιαντοις μὴ οὐτας δέ τοιαν, δημιουρί-
αντα δὲ ζωντας δέ τινας χώρας τραχύτητα. Plato lib. i. i. i.
de Legib. ποιωμένων οὐτων Γέροντον, ραχίδις χώρας ἐκρέονται,
σπλιράν γέ ικανοί ποιητας αὐτορράζεσθαι μαλα ιχυροῖς, γέ
διωμαδίοις θυραντεῖν γέ ἀχευτεῖν, γέ εἰς ερεπεδας δέοις, βε-
πτυνεσθαι. Proinde Sardanis I ydus, ut est apud Herodotum lib. i. hac ratione Crœsum à bello Persis in-
ferendo dehortabatur, quod aduersus eos expedi-
tionem pararet, à quibus nec spolia, nec cōmoda
villa reportare posset: propterea quod, σπινταναι αιε-
bat ille, οὐχ οὐτα ιδελεστην, αλλ' οὐτα ἔχοντις, χώραν ἔχοντες θυ-
ράλιους, απός δὲ την οὐρανού μεταχειρωνται, αλλανδροποτεστοι. οὐ συ-
ναντικαταστηταν διότι οὐτα οὐδετέραν ειδέτι. Verum antiquos

illos rigidosque Persarum mores paulatim Medicus, Lydiisque luxus ita infecit corruptaque, ut priscam frugalitatem, parsimoniam, continentiamque funditus euerterit. Itaque in veteris illius, simplicis & sine arte, mensa, locum, lauta & opipara conuiua subierunt. Sed & qui prius abstemij & aquae potores erant, Mero feso onerare & ingurgitare, Persae cœpere. Itaque ut vinofos eos Herodotus lib. i. mordet, his verbis, οἴη δὲ καρπά περιστέραν. Maxime vero in eam intemperatiām prolapsi sunt, Regibus exemplo præeuntibus. Quis enim historiam nouit, qui ignorat, quā fuerint vino dediti, Cabyxes, Darius, Artaxerxes de Cambyses Herod. lib. iii. & Senecam lib. iii. de Ira cap. xiiii. non amplio illo præconis boatu, sed exili voce, aut libello, cito. Reliquorum temulentiam inscripta eorum monumentis epitaphia loquuntur: Nam & Merobibos, & Multobibos (liceat mihi Plautinos sales imitari) feso extitisse iactitant, atque gloriantur. Xenophon lib. viii. πολ. disciplinam veterem in præcepis ruere compisse censer, ex quo Αρτάξερξης ὁ βασιλεὺς τὸν οἰωνὸν ἀποκόπησε. Quinetiam postquam cibo potionēque famies ac sitis depulsa erat, poculis non tēperasse Persas, sed maioribus poposcisse, meroque feruide induluisse, refert Alianus Variæ Histor. lib. xi. cap. i. οἱ δὲ οὐδὲ τὸ περὶ τὸν αὐτὸν Κέρον ή Ασσονία, ἐποχεὶ μὲν ἀπὸ δεῖπνου ὡν, καὶ πίνειν ἔμελε καὶ τὸν Σέπον τὸν Περοκόν. μὲν τὸν διατητικῶν Σέφον οἱ Πέρσαι πήποντο, γὰρ τὰς περιπόστους δὲ μάλιστα πορχολέῖσαν, οἰοντεὶς τοὺς πονούς, οἱ περὶ αὐτοπαλον πόσιν οὖσι. Persas quoque sibi inuicem propinasse: conuiuāsque insuper suos ad bibendum compulisse, ex eo satis aperte colligitur,

colligitur, quod Estheris cap. i. legitur: in illo Asueri conuiuo quod tanto apparatu instructū fuit, nullum extitisse qui inuitos ad bibendum cogeret: cùm ita Rex constituisset. Verum disertis verbis Persicum hunc morem adstruit Iosephus lib. xi. Antiquit. cap. vi. vbi de Artaxerxe scribit, περιστέρας δὲ τὸν διατητικὸν βασιλεὺς πίνειν, τὸ πόνον αὐτὸν ουαξάνεις περιφέροντας, τοιοῦτον Πέρσας γίνεται: αὐτὸν θερέπιν αὐτοῖς, καὶ τοὺς δὲ βασιλεύς οὐκ επιτελεῖται οὐκέτι φιλοσοφεῖται. id est, ut Ruffinus verit, Præcepit itaque Ministri, ne cogerent libere eos, potionem eis offerentes: quod apud Persas fieri solet: immo ut concederent uniuersitate discubentium, ut quemadmodum vellet epularetur. Athenæus lib. xxi. de Alexandro Magno, νοῦ τὸν περιπόστους περιπόστους παραποταῖσι, γὰρ ποιὲι αὐτοὺς οὐδὲ γίγνεται.

Huic etiam temulentiae, solitas suas, Bacchus lætitiae dator, & sine quo friget Venus, faces admouebat. Nā ut Tertullian. in lib. aduersus Psychicos eleganter ait, Monstrum haberetur libido sine gula, cum hac duo, tam vnitā, atque concreta sint, ut si disfugiō omnino potuissent, ipsi prius ventri pudenda non adhæreret. Idēmque lib. ii. aduers. Marcionem, Comites gulae dicit, libidinem et luxuriam, qua ferè ventris castigatione frigescunt. Ergo mersi vino & madentes persae, in Triclinia vbi cœnabant, mulieres induci iubebant: sed an iustas vxeres & matronas, an vero pellices & concubinas duntaxat? subficto. Ut enim hoc adfirmat, ita illud negat, Plutarchus lib. i. Symposiacor. cap. i. quo tractat, εἰ δεῖ φιλοσοφεῖν καὶ πόνον, καὶ πάντα γε, σεμιώτας καπετανούμνους, λέγονται μὴ δεῖν αὐτῷ οὐκανθέσσονταν εἰ σίνη φθέγγεισθαι φιλοσοφίαν, καὶ τοῦ Γέρος οὐδέτερος φασι, μὴ τὰς γαμετάς, ἀλλὰ τὰς παλαιάς, συμμετέστησαν, καὶ συνορχεῖσαν. Cuius loci In-

terpretem in medium adduco Macrobius. Is enim, quod in transcursu dictum sit, ultimum Saturniorum suorum librum ex Plutarchi Symposiacis magna ex parte contexuit. sic igitur ille lib. vii. Saturnal. cap. i. Plutarchi verba in Latinum conuertit. Doceat nos vel peregrina institutio vel disciplina à Parthis petita, qui solent, cum concubinis, non cum coniugibus, inire coniuia: tanquam has, & in vulgus produci, & lasciuire quoque: illas, non nisi domi abditas tueri deceat teatum pudorem.

Stat & ab his partibus D. Ambrosius libro de Helia, cap. x v. Præterea certè ego citharam, psalteria, tympana, quæ cognomimus coniuuiis huiusmodi frequenter adhiberi: vt vino & cantu excitentur libidines. Plerique etiam Persico more, mulieres dignas temulentorum consortio, induci iubent: & ab his phialas accipiunt atque illis se substernunt sedentibus: & huc ritum sacræ habent observationes in ebrietatis ministerium.

Contrarium Herodotus adstruere videtur, eorum Legatorum ore, qui à Megabyzo ad Amyntam Macedonum Regem missi fuerant, vt Dario Regi terram & aquam poscerent: Nam cùm illi benignè & comiter cœna opipara accepti essent, ab Amynta hospite petierunt, vt mulieres accessi iuberet, quòd dicerent, esse hoc in more positum apud Persas, vt qui splendidam & ingentem cœnam exhibuissent, non concubinas modò, verum etiam matresfamilias intromitterent. Herodoti verba lib. v. sic habent. Αμυντας ἀδεκπετοις φιλοφρόνως. ος δὲ ἀπὸ δέποντος ἐψύχοντος αὐτοντος, ἐπανοι Γέροντος Κάλε. Σέιτε Μακεδόνας, ημῖν νόμος δέι τοῖσι Πέρσοις, ἐπεὰν δέποντος καρεσθέμενα μέρα, πότε καὶ ταῦς παλαιὰς καὶ τὰς κονεδίας χωμάκας ἔστησθε παρέδροτος. σοὶ οὖτος

ἐπίτιμος ταρεθύμος ωρὶ ἐδέξαο, μεγάλως δὲ ἔστις ζειτίζεις, Δαρειώ δὲ βασιλεὺς διδοῖς γέλον τε καὶ θάρη, ἐπεο νόμος τῷ ήμετερῳ. εἶπε τοὺς ζεῦτα Αμυντας, ὡ Γέροντος, νόμος μὲν γέλοι τὸν θεόν, αλλα κεραυνίδην αὐδρός χωμάκας ἔστι τε δὲ νέας εἰρτες δεκαόμην κεραυνίδην τοντεων, παρέταν ίμαν καὶ λαύτη. εἴπεις πολλά τε Ἀμυντας μετεπίμετο τοις γυναικας, αἵ τι ἐπὶ τε καλεόμενας ήλθον, ἐπεξῆς ἀντιούσαντο ποιο Γέροντος. Et ut nuper Plutarcho Macrobius, ita huic quoque Iustiniani interpretarem adhibebo. Sic igitur lib. vii. hanc historiam exponit: Megabyssus, ait, Legatis ad Amyntam regem Macedoniae missu, obſides in pignus futurae pacis dari ſibi postulabat. Sed Legati benignè excepti, inter epulas ebrietate crescente, rogan Amyntam, ut apparatu epularum adiiciat ius familiaritatis, adhibitis in coniuuium ſuum filiis & uxoribus: id apud Persas haberi pignus ac ſurdus hospitiū. que vt venerunt, petulantius Persis eas contrectantibus, filius Amyntae Alexanderrogat patrem, respectu etiā ac grauitatis ſue, abiens coniuio, pollicitus ſe hospitium temperaturum iocos. Quo digreſſo, mulieres quoque paululum ē cōiuicio enoēat, cultius exornatus, gratioreſque reducturus. In quarum locum matronali habitu exornatos iuuenes ſupponit, eosque petulantiam legatorum ferro, quod ſub veste gerebant, compescere iubet. Facit & ad hanc rem Aſſueri historia: qui lautissimam & omni apparatus genere inſtructiſſimam cœnam proceribus Persicis dans, Vuastem Reginam ad eas ſollen-nes epulas, per Eunuchos, euocauit. At illa ire detrectauit, patrium morem cauſata, quòd mulieres virilibus coniuuijs ſumimouebantur arcebantürque: nec alterius quam coniugis oculis conficiendas ſe præbebant. Et reculaffe quidem illam eō accedere, Hester, cap. i. refertur,

Verum qua de causa, quoque obtentu, eius libri auctor silentio suppressit. At quod illuc omisso est, suppletur ex Iosepho, qui eam vnam, quam supra attulimus, causam fuisse ait, cur illa, Regi, & instanti, obsequi renuerit. Iosephi igitur ex Antiquitat. lib. xi. cap. vi. verba ipsa subiungam, πέμψας (ait ille de Arraxerxe loquens,) ἐκέδοντες αὐτῶν (τὸν τὸν βασιλεῖαν) εἰς τὸ συμπόσιον ἔμεν, καὶ λόγῳ ταῦτα γνωμάκας ἀπόστους ἵστρηγασσαν. οὐ δὲ φυλακῇ οὐδὲ παιχὶ Γέροντος νόμον, οὐ τοῖς διορεῖσι βλέπεται ταῦτα γνωμάκας ἀπογράψασιν, οὐ ἐπορθετο. Nicolaus quoq; Lyranus, ad cap. i. Esther ait. Mulières comedisse, segregatas à viris. Nam consuetudo, inquit, erat apud Persas, quod coniuges, maximè nobilium, non dabant se a spesib; aliorum virorum. His consentanea Iustinus lib. XI. i. de Partho. Persarum moribus scribit hoc modo, Feminis non conniuia tantum virorum, verum etiam conspectum, interdicunt.

Atque huius vinolentiae inhibenda, moderandæque causa, apud Persas quoque legibus cautum fuisse, ne maiores calices, quas Prochorus vocabant, epulis inferrentur: Xenophon tradit, & sua tempestate, eam quidem consuetudinem permanisse, ait: verum tamen tantum potasse eos, ut ipsi e consuuijs auferrentur, nedum inferrent: cum ipsis præ temeto pedes labarent. Xenophontis lib. VIII. πατρ. verba sunt hæc, οὐδὲ αὐτοῖς νομίμον, μὴ τοιχίδες εἰσφέρειν εἰς τὸ συμπόσιον δηλοντες τὸ μὴ ἵστρηνεν, οὐδὲν οὐ καὶ θεματα καὶ γνώμας οφελειν. οὐδὲ τὸ μὴ μὴ εἰσφέρειν εἴη αὖτα μένει. ποσδὴν δὲ πίνεσσιν, ἀπέτελεν τὸ εἰσφέρειν, αὐτοὶ εἰσφέρονται. ἐπειδαν μητέ διώκεται οὐδεὶς ξένεν. Quem Xenophontis locum Athenæus lib. xi. laudans, Prochorus πατεῖ κακάς, interpretatur.

Non eo minus tamen, inter Scyphos, summa de-

republica, consilia conferre Persæ solebāt. Verum si qua de re inter pocula deliberauerant, de eo iterum postridie referre solebant: & siquidem sobrijs idem placuisse, quod bene potis, id amplectebantur probabantque: si in usus, repudiabant. Quinetiam de quibuscumque sobrij consilia inierant, eadem, cum mero incaluerant, in disquisitionem vocabāt. Huius moris non aliū quam Herodotum testem citat Athenæus lib. III. & Scholastes Aristophan. in equites ad verba οὐχ γέροντος. Eodem ergo teste ipse quoque vtar: cuius verba sunt hec, lib. I. μεθυσκούμβροι δὲ εἰδότες βυλθεάδης τὸν αποθεματικὸν οὐδὲν οὐδὲν σφι βυλθεμένοισι, πέντε τῆς ὑπερεγγύης νύρους τοιωτῆς ὁ τετράρχος εἰ τῷ αἰεόντες βυλθεμένοις καὶ λω μὲν οὐδὲν καὶ νύροισι χρέων) αὐτοῖς εἰ δὲ μὴ οὐδὴ μετέπειται δὲ οὐδὲ τηφοντες τοιερελμονται, μεθυσκούμβροι διπλούσιοισι. Athenæus lib. V. οὐ δύοις δέκατῃ τῷ Γρεγορίῳ συμπόσιον ἐγίνοντο Σενές καὶ βυλαὶ. Max. Tyr. Orat. XII. de Lege Conuiuiorum ubi consilia de Rep. capiebantur apud Persas, ἐπειδαν τοιχός Τύπον τὸν Γεροπότον νόμον τὸν αρχαῖον διὸν Γέροντος τῆς βασιλείας ἐπειδεῖν, αἰέκειν τοῖς Πέρσαις αἱ βυλαὶ εἰς τὰς διωχέας. ἀστροφοῖς διδυακεῖν εἰς τὰς ὀπικανοτοὺς Αθηνᾶς, εἰσὶ μὲν γέροντος κολαζαν τὰς μέδιας ἐπιτύχειν αὐτὸν τὰς αἰεταὶ τῆς διωχέας. Similiterque Ammian. Marcellin. lib. XVIII. inter epulas, de apparatu bellorum, εἰσηγήσας rebus, apud Persas, Graiorum more veterum, consulari, tradit.

Sanè Persas inter epulas belli consilia agitasse Q. Curtius lib. V. I. narrat. Atque adeo impensis placuisse, certioraque habita ea consilia quæ temulenti ceperant, quam quæ sobrij, testatur Strabo lib. X. V. his verbis, οὐ οὐσια, τὰ μέγιστα βυλθεμένοις, καὶ βεβαυμένοις, τῷ εὐνόμῳ, οὐτεναι.

Enimvero Regum exemplo, purpuratis quo-

que dubias cœnas appositæ Athenæus lib. i i i. significat. ὃ τω δέ, inquiens, καὶ παρεῖ τοῖς δῆλοις Γέροντος, τοῖς εἰ Δημαστέας οὖν, ἀρπόν πάντα τὰ σπίτα δὲ τὸν βάπτισμαν φέρεται. Strabo lib. x v. Δεκπεδον πολυτελῶς Πέρσας πέθεται καὶ ὁ λορδῆ, καὶ πλλὰ καὶ ποικίλα.

Vulgò tamen Persas Cibis vlos perpaucis, Bellarijs verò multis, neque ijs exquisitis, vel admodum bonis, Herodotus lib. i. scribit: indéque Persas dicere solitos, Græcos finem edendi fecisse, dum esurirent: propterea quod secundis mensis nihil illis vllijs pretij apponenteretur: quod si quid appositum fuisset, nō esse modum facturos. Verba Herodoti sunt hæc, στοιχ. δὲ ὁ λόγος ιχθύων, δηπορίγιασι δὲ πολλοῖς καὶ καλοῖσι, καὶ δέλτα φασὶ Γέροντος, τοῖς Ελλήνεσσι πεποιηθέντες. ὅτι σφι Στράτης δεῖντες τοῦ φρεσφρούρεαν οὐ δέλτα λόρδου αἴτιον. εἰ δέ τι φέρεται, εἰδοντες αὐτὸν πάνεδη. Præ ceteris autē festis diebus summa lætitia & hilaritate natales dics transigebat: Itaque genium eo die lautius curantes, copiosius conuiua parabant. Ac locupletiores quidem, solidos & integros Boues, Camelos, Equos, Asinos, eosque in fornacibus tostos & aslatos, apponebant: humiliores vero ac tenuiores, Natalem suum minorum pecorum cæde celebrabant. Aut̄or Herodotus lib. i. cuius verba Athenæus lib. i i i. excipit.

Ceterum bis die cibo ventrem (vt Salustius loquitur) onerare, moris non erat: Idque ita institutum, vt solidum rebus agendis, corporique exercendo diem impenderent, Xenophon lib. v i i i. ταῦθ. scribit, Εἰ μὲν inquiēστεροι μὴ λινοῦται μονοστεῖν τόμιον, ὅπως ὅμη τῇ ίμεσῃ χρῖνται εἰς τοὺς τελετὰς μηδὲν, τοῦ μὲν τῷ μονοστεῖν ἐπιθέμενοι, ἀρχόμενοι

ἢ τὸ σπίτιν. μήκετε οἱ αποικίατα αεισπίτες, μέχρι πύρου ἴδιοτες καὶ πίνοντες δέλτατον εἰς τὸν τρόπον οἱ οὐρανίατα κοινωμένοι. Sermone autem bono & lerido (quod caput cœnæ Cic. lib. ii. de Finib. appellat) vlos Persas in epulando, demonstrat Plutarchus lib. i. Symposiacon. τὸν Γαβέλων φυσι σωμάτιον τῷ Κύρῳ, τέλε δέλτα θαυμαζόν τῷ Γράτῳ, καὶ ὅπ πιλαντα μὲν ἀλλήλοις πρώτων, διηδοντα λινὸν διάνεμον, μηδὲν σκωφθεῖν. ἢ εἰ τρόπον πανούπτες ἔπροι πολλάκις, καὶ περισσάται, πᾶς δὲ ἀξιον λινὸν ἀγαθεῖ τὸν διβαστελίαν ἵστων καὶ τὸν σωτεῖον, ὡς καὶ σκάμψατα τῆς σωματομέρους ἥστελλε καὶ κάρδεν παρέχει.

Perfastandem ad priscam maiorum frugalitatem, tempestate sua, rediisse, Ammian. Marcellin. lib. x x i i. testatur his verbis, Munditias coniutorum & luxum, maximè potandi auditatem, vivantes ut luem: nec apud eos extra regales mensas, hora est præstituta prandendi, sed venter unicuique, velut solarium est: eoque monente, quod inciderit editur: nec quisquam post satietatem superfluos sibi ingerit cibos: Immane, quantum restricti, et cauti ut inter hostiles horitos gradientes, nonnunquam et vineta, nec cupiant aliquid, nec contingant, venenorum et secretarum artium metu. Parthorum quoque mores describens Iustinus lib. x l i. in cibum parcus fuisse eos, scribit. Procopius, lib. i i. de bello Persico, μονοτροπιζόν, εἰσῆργει λινος, καὶ Γέροντας εἰσὶν καὶ τὰς τινὰς διατρέψαντες τοιχοποιοι.

Ad mensam verò, eximia forma Pueri consistebant, iisque ad nutrum dominorum intuentes, diligenter ministrabant: aderat Vnguenta, Coronæ: incendebant odores. Duras vero Ministratorum illorum partes Ammianus Marcellin. lib. xxiii. prædicat. De Persis namque agens. Cutes vi-

uis hominibus detrahunt particulatim vel solidas: nec ministranti apud eos famulo, mensaque adstanti, hiscre vel loqui licet, vel spuere: in Rostriis pellibus libra omnium vinciuntur.

Præterea lautiores Persas in ministerio habuisse, Pistores, Obsonatores, Cocos, Pocillatores, Xenophon lib. viii. pag. 1. indicat in extremo: ubi, Σιντοῖς, καὶ Οἰοποῖς καὶ Οἰοχόις, καὶ ὁδοπέρναις, καὶ αὐτοροῦταις, in Procerum cohortibus, turmisque habitos, ait.

Artifices quoque comparandarum voluptatum, qui noua edulium genera, condimenta ete excoxitarent: qui gulosius condiendi cibos, aut luxuriosius fercula struendi, viam monstrarent, acceptissimos illis fuisse, Xenophon cod. lib. non obscure significat, cum ait, καὶ μὲν τὸ πεπόνθυσα ὅπλα βάπτεῖσα, οὐτε τὸ πεφύτευτον δύρητο, οὐδὲ αὐτὸν ἀφίηται σῆλα τὰς αἱρεῖσα βαπτυγχεῖνται. Εἴ τι καὶ ωστὸν ταῦτα. Εἰ δὲ περιποτητας εὑριστέρων τούτων κατέλυται.

Abacos verò auro argentoque calato ornasse, onerasseque Persas, poculorumque & multiuidine, & eximio pretio delectatos, ostendit cum Xenophonte, Strabo. Xenophon lib. viii. pag. 1. μὲν εὐποματα λιβύων τὰς πλεῖστα ἔχωσι, πούτα καταπίκονται. Strabo lib. xv. κόρων τε λαμπτερῶν τοὺς ἐπιποματαν τε τῷδε δῆλον, φέντε χρυσοῦ, & αργυροῦ καταλαμπεῖσα. Fertur Pausanias cum Mardonij, qui Darij Prætor erat, castris tabernaculisque potitus, esset, visa supellecstile eius, multo auro & argento, varijs quoque velis & Auleis, imperasse pistorib⁹, Coquis, Ministratorib⁹usque Persicis, triclinium sibi sternere, cœnāmque instruere, eodem modo apparatūque, quo Mardonio solebant. Quod cum illi diligenter executi

essent, obstupuit Pausanias aspectu lectorum aurorum argenteorumque belle stratorum, mensarum quoque aurearum & argentearum: necnon, magnifico totius cœnæ apparatu, epularum que ac ceterarum rerum appositarum copia, quemadmodum Herodot. lib. ix. & ex eo Athenaeus lib. iii. narrant: quod & Plutarchus in Apophlegmat. Laconic. perstrinxit. In eiusdem quoque Mardonij impedimentis, Hilotas Laconum inuenisse Herodot. lib. ix. scribit, οὐλως καπεποδει-σμένας χρυσά καὶ αργυρά, καὶ καὶ τὸ πεπριγένοτος καὶ ἐπαρρύροτος. κρητηρας τε χρυσών, καὶ φίλας τε καὶ δίκας σκηπόματα. Κέκους τε εἰς αἷμαξεν εἴλεσκον, οὐ ποτὲ λέγετες ἐφαγότο εὑρέστης χρυ-σοῖς τε καὶ αργυροῖς.

Aureis vtique lectis discubuisse Persarum processores, stratis pulcherrimis, textilib⁹ stragulis, magnificis operibus pictis, ex Athenæilib. i. i. & xi. colligimus. Ac planè in sollemnisi illius epuli descriptione, quod exhibuisse Assuerum, refertur Esther cap. i. καὶ οὐναντας καὶ αργυρᾶς ὅπλα λιθο-ράπτου Σμαραζίνης λίθου, καὶ ποίνας, καὶ πατένας λίθου. καὶ τρωματικούς διαφανεῖς πονήλας θλιβοτομένα κύκλῳ ρόστα πεποιητα. Interdum etiā Lecti auratis pedibus erat. Athenaeus lib. iii. Regē Parthorum conuiuis γα-μαὶ καθημόροις, ait, ὅπλα καίνους χρυσόποδας καπακείμον. Idē Athenaeus lib. xii. Cenaculū illud, in quo nuptiale epulū Persis Alexander dedit, ἐκποτέκλινος fuisse, ἐν ᾧ εἰκάσι λιβύοις κεκοσμημένῃ τολῆ γαμικῇ, εἴκοσι μηναῖς ἀρ-γυρῶν, ἡδὲ αἵτης, χρυσόποις λιβ.

Jam accurate Persæ Triclinia sternebant: & in sternendis ornandisque Lectis sumnum studiū, operamque ponebāt. Pretiosa autem veste stragu-la, Lecti, tam Tricliniales, quam Cubiculares, ster-

ni atque ornari consueuerant. Quinetiam propriā quandā, & Græcis incognitam, Lectorū sternendorum rationem, adiuuenisse eos, litteris proditū est: eique specialiter ministerio addictos habuisse famulos, quos Σβάται Græci vocant. Atque adeo persas, primos huiusmodi lectisterniatores (fas mihi sit plautinam hanc, bona omnium venia, vocem mittere) in usum inuexisse, ut explicandis stragulis suis constaret ornatū, & ordo, Athenæus, lib. IIII. ex Heraclide tradit. ὅφετοι πέραν, ὡς φησὶν Ηρακλεῖδης καὶ τὸν λεγεμένον Σβάται ἐφέρον, οὐαὶ κόσμον ἐχεῖν ερῶσι, καὶ ἀνάφεται. Itaque Artaxerxes, Timagoræ Cretensi σράματα πολυτελῶ mittēs, vñā quoque, ut Athenæus ibidem scribit, misit τὸν Καστρούνα, φάσκων, ὃν ὑπεισέλθει τῷ Ελλήνες Καστρούνῳ. Similiterque plutarchus, in Pelopida, Artaxerxem, Timagoræ Atheniensī (in eo enim non bellè ei cum Athenæo conuenit) dono dedisse καίνου πολυτελῆ, refert, simūlque καὶ Σβάται Κεράποντας, ὡς Ελλήνοις ὑπεισέλθεντα. Idem plutarchus in Artaxerxc, ἐπειδὴ καί τινας μαλακοὺς Καστρούνας ἐπέμει, ὡς οὐ μεμαργόντας Ελλήνων Καστρούνας. Nec satis habuisse persas τὰ καίνας μαλακοὺς Καστρούνας, verumetiam, pedes, δηλατίδων πεντεκαὶ πέντε μηδὲπειδὴ τὸ δάκτυλον, Xenophon, lib. V IIII. παγ. scribit.

Lectos quoque interdum, Aulaeis obducebant. Curtius lib. V IIII. Nec quidquam eorum quæ inuenient iactata erat, Rex ignorabat: quum post Aulaem, quæ Lectos obduxerat, staret.

Velis etiā atque Aulaeis, quæ interdum purpurea, interdum auro intexta erant, Ædes ac Tabernacula exornabantur. Tertullianus lib. de habitu mulieb. cap. VIII. de Parthis & Medis loquens, sed

paricetes Tyrijs & Hyacinthinis, & illis Regijs velis, quæ vos operosè resoluta transfiguratis, pro pictura abutuntur. Plutarchus in Themistocle, εἰς τὸν ιερόν αὐλαῖαν αἰρεσταί. Athenæus lib. XII. de Tabernaculo in quo Alexander, epulum nuptiale populo præbuit, ωφελεῖσθαι δὲ ἐν τῷ αὐλαῖον πολυτελεῖς Αὐλαῖαι ζωαντὶ καὶ θεραπευτικαὶ, καὶ νάρας ἔχουσαν ωφελεῖσθαι καὶ αὐταρχόροις. Vnde apparet belluata (vt Plautus loquitur) fuisse Persarū Aulæa, & animaliū figuris insignita. Quæ vero Athenæus ζωαντὶ, ea, τιμηταὶ Σβάται, eodem sensu dixit Plutarch, in Themistocle. illic enim Themistoclem in secundo suo cum Artaxerxe colloquio ac congressu, respondisse refert, τὸν τὸν Ανθρώπου λόγον ἐκπέμπειν, τοῖς πινεοῖς Σβάταισιν. dicit. οἵτις επεινά καὶ τὸν, ὁπειπολεμον, μὴ ὑπεισέλθειν τὸν εἰδη, οὐτεπολεμον δὲ κρύπτην καὶ σφραγίδην, διην αὐτῷ ζεόντεν. ἐπὶ οἴνῳ δὲ τὸν τὸν βασιλέως τῇ εἰκασίᾳ, καὶ σφραγίδην αὐτῷ ζεόντων. Ex quibus efficitur vetustum in Perside Aulæorum usum fuisse. Sunt tamen qui Attalum Asie Regem, tot sacerdotum interuallo, à Persicis Regibus remotum, Aulaeis parentem adsignent, fretri Seruij auctoritate, qui & inde vocis ipsius notationem arcessit. Is enim in lib. I. Aeneid. ad ea verba, Aulaeis iam se regina superbis: Aulaeis, ait, velis pictis: quæ ideo Aulea dicta sunt, quod primum in aula Attali regis Asie, qui populum Romanum scriptit heredem, inuenta sunt. Ideo etiam in domibus tendebantur Aulea, ut imitatio tentiorū fieret, sub quibus bellantes semper habitauere maiores: unde & in thalamis hoc fieri hodie cōspicimus. Varro tamen dicit, Vela solere suspendi ad excipiendū puluerem, quia vīsus camei & ignorabatur. Vnde Horatius. Interea suspenſa graues Aulea ruinas, In parizam fecere, trahēta pulueris atri, Quārum

non Aquilo Campanis excitat agris. Qui versus Horatij à Seruio laudati, petiti sunt ex Sat. viii.lib.ii. Sermon. ad quem locum yet. Interpres. Aulæa, inquit, *cortine, vela.* Apud veteres tensis Auleis exercebantur conuinia: unde permanxit consuetudo militibus, vt tentoria habeant: sub cameris autem tendebantur, vt si quid pulueris caderet, ab ipsis exciperetur. Idem Seruus in lib. iii. Georgic. ad versum, *Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.* Aulæa dicta tradit ab aula Attali regis, in qua primùm inuenta sunt *Vela ingentia, postquam is populum Romanum scripsit heredem.* quæ verba à me, breuitatis studio, auulsa sunt à multis aliquot quæ antecedunt: quibus, inter cetera, continetur, Augustum postquam vicit Britanniam, donasse populo Aulæa, id est, *Vela inimica:* quod postremum quid sit nescio. Nam qui vt ab hoste capta ea vela, *inimica* appellari in animum induceret suum, ipse sibi somnia fingeret. Reddamus ergo Seruio meliorem, id est suam, mentem. Evidem prima facie Seruium scripsisse *vela mimica* credemus: postea consultis manuscriptis codicibus, inueni in his scriptū, *Aulæa, id est, velamina.* DONATUS in præfatione cōmentarior. in Terēt. Aulæa quoque in scena, in terra sternuntur, quod pictus ornatus erat ex Attalica Regia, Romam usque perlatus: pro quibus, sipparia, etas posterior accepit. Est autem minutum velum, quod populo obseruit, dum fabularum actus commutantur. Cuius loci, verba aliquot, suspicione non vacant. Nam si in terra sternerentur Aulæa, vt prima verba sonat, populi oculis obstatore in actuum mutatione, non poterant: atque ita, summa imis non consentiunt. Deinde, qui potuit minutum velum esse, cum eo Scena obtenderetur, populóque pre-

renderetur, dum fabularum actus mutaretur: nec minuta ea vela fuisse ostendit Lucretius lib. iii. his versibus.

Et volgo faciunt id lutea, rufa que vela,
Et ferruginea, cum magnis intenta theatris
Per malos volgata, trabesque trementia fluitant.
Namque ibi consessum cauaci subter, et omnem
Scenæ speciem patrum, matrūmque, deorūmque
Infiunt, cogintque suo fluitare colore:
Et quanto circum mage sunt inclusa theatri.
Moenia, tam magis hæc intus perfusa lepore
Omnia conrident concreta luce dici.

Quamobrem scripsisse Donatum, illic quidem, in scena intenta: vel, intexta: hic vero, *Mimicum velum*, vero simile est. Isidorus Origin. lib. xix. cap. xvii. Aulæa, *væla picta et gradiæ: quæ ideo Aulæa dicta sunt, quod primùm in aula Attali Regis Asiae, cui successit pæculus Romanus, inuenta sunt.* Inscitè vtique Nonnius, hæc ex Varronis lib. iii. de Vita Pop. Ro. verba, citans. Quot ex hereditate Attalica, Aulæa, Chlamydes, Pallæ aureæ: Aulæa, interpretatur, genus vestis peregrinum: subiçitque, et est tanquam Paludamentum Barbarici habitus militaris.

Sanè, vt Aulæorum inuentorem fuisse Attalum, indéque Aulæis, (quæ vox Græca est) nomen impositum, à vero alienum est, ita veritati consentaneum, Attalum primum inuenisse, aurum velis intexere: cùm duntaxat colores diuersos eorum pictura inserere Babylon docuisset. Plinius, de pictis vestibus agens, lib. viii. cap. xlvi. Acu facere id Phryges inuenierunt, ideoque Phrygiones appellati sunt: Aurum intexere in eadem Asia inuenit Attalus Rex. Vnde nomen Attalicis, Colores diuersos pictura intex-

re, maximè Babylon celebrauit, & nomen imposuit. plurimis verò licijs texere, quæ Polymita appellant, Alexandria instituit.

Romanis quidem huiusmodi Stragula, Attali beneficio, qui populum Ro. ex ase heredem reliquit, beneficio, innotuere: in cuius bonis inuenta illa Vela ingentia, Scenarum adiunque ~~admiranda~~: quorum, tunc primùm fulgor, aciem oculorum Latinorum perstrinxit. Quæ res existimandi copiam præbuit, Aulæa inde nomen traxisse, quod ex Attalica aula, in orbem Romanum migrassent. Indeque *Aulæa Attalica*, dixit Propertius, Elegia xxxiiii.lib. ii. & Attalicum. Torum, idem Eleg. xiiii. ciusd.lib. ii. idest, Attalicis Aulæis instratum. Vester quoque auro intextæ, Attalicae appellatae, ab eodem Propert. Eleg. xviii. lib. iii. & Plinio, lib. xxxvi. cap. xv. & lib. xxxvii. cap. i.

Perſæ, porrò nō parietes tatum Aulæis, & vélis magni pretij, tegere & exornare, verum etiā ipsum ædium solum, ac pavimentum, Tapetibus sternere solebant. Nec super dura vel herbida humo, nisi substratis tapetibus, considere moris erat. Et ita, Xenophon lib. iii. ἐπιλογὴν, Agesilaum Lacedæmonium, & Pharnabazum Perſam in colloquium venisse narrans, ait, Agesilaum humili iacuisse super herbam: huic verò famulos Aulæa in quibus molliter Perſæ sedere consueverat, substrauisse: verba eius sunt hæc, ἵστησέντας δὲ αὐτῷ τὸν Καρπούνταν ράπτα, εἰ φῶν κακήστον οἱ Γρῦπαι μαλακῆς, ηγεμονήστησαν.

Non sunt & in Perſico luxu Vnguentæ omittenda, quibus delibitos fuissent, maduissæque Perſas,

minimi negotij est probare. Plin. lib. xiii. cap. i. iam Rose succo reperto. Nominatur enim id quoque in olci laude. Persarum esse debet gentis Vnguentum. sed & Paribi madente eo, & accersita commendatione, in gluuie natum virus extingunt. Primum, quod equidem insuenium, castris Darij Regis expugnatis, in reliquo eius apparatu Alexander cepit scrinium Vnguentorum. Postea voluptas ei⁹, à nostris quoque, inter laudatissima atque etiam honestissima vita bona, admissa est. Artaxerxes, vt est apud Athenæum lib. ii. Αντελκίδην τῷ λαχονι, τῷ ἀντὶ σφανδυνοῖς μύρον βάζεις, ἐπειψό. Qui netiam Perſas, vnguetis corpora in balneis fricare cōsueuisse, ex eo colligo, quod Alexander cum animaduerisset milites suos, vnguentatos è balneis prodire, nec iam olco, sed vnguetis, & odoribus, dum lauarentur, perfundi, persicóque more, in seruicio & ministerio habere cubicularios, & qui eos fricarent in balneis: benignè prudenterque eos obiungasse dicitur, quod viatores, in eorum quos vicerant mores, turpiter indecorèque transirent: Id vt planius noscatur, ipsius plutarchi verba in Alexander subijciam. ἐπὶ δὲ τῷ τοιί τούτῳ εἴσει παντάπαιον ἐκπεριφυμάται, καὶ φορποὺς τούς διάτας καὶ πατεῖσις ὄντας, μάρωδὲ γεωργίους, ἕτερα τοὺς μέγερμα καὶ λεύθη, ὅστις γὰρ θάλαττας δὲ καὶ Κατεπανατάς περιεργιμότοις, ἐπεπίμπει πρᾶξις καὶ φιλοσόφias. Θεομάρτινοι δὲ φαέθροις, εἰ Τοσούντος ἡλιοτούρμοιοι καὶ πλαισιοῖς αἰλάνταις, & μημονθύοισιν, διπλοὶ καταπορεύονταις ἔδιον κατεύθυνταις. Σδὲ δράστης Τοῖς Ρηστοῖς βίοις Τοῖς ἐπιτῆλοις καθελλονταις, οἵτις θευλικοτάπον μὴν δὲ τὸ βυρδόν, βασιλικόταπον δὲ τὸ πονέν. καθητικῶς δέπις, ἐφη, δι' ἐπιπλεύσαντος ἕππον ή λόγῳ μασκίστεν, ή κραύσος, ἐπειγίσκος τὸ φιλάπον Κέρματος ἀπειδεῖται τὰς χεῖρας: τὸν ἵτε, ἐπειν, οἵτινες κρατῶν ἀράζιμον θέτι, πρὶν τοῦ ποιεῖν Τοῖς κακρατημότοις;

Vnde apparet in ministerio persas habuisse testis, à quibus destringerentur, & fricarentur: eaque gratia, ut Romanis mulieribus Ornatices, ita Persis Ornatores inferuisse, ostendit Xenophori, lib. viii i. παγινοῖς in eorum familia recessens, Κοσμιπάται, οἱ τανχεῖοι περὶ ἀπελέοντα αὐτοὺς, γένεται μηδὲ ριθύμους.

Persas utique, Balneatores, circa se occupatos, seruos habuisse, testis est Xenophon eodem lib. in famulitio Persarum numerans, Λευκόν. Lecticarios etiam seruos, quorum humeris gestaretur, habuisse Persas, indicio est, quod Artaxerxem Timagoræ donasse φορέτς πικρούς κομήσοντας αὐτὸν ἀχειραλάσσεις, μαλακοῦς ἔχοντα, Plutarch. in Artaxerxe refert. Idem in Pelopida, de Timagora loquens, πίλας δὲ κατέβανεν θῆτα σάλασταν, εἰ φορεψίς κομήσοντας, ηπειροειδεῖς ταλαντα, τοῖς κομήσοντα, μαλακοῖς εἰδότην ἀφεῖς βασιλεῶν.

Ex quibus efficitur, Persas, urbanam familiam habuisse varijs & officiorum & ministeriorum generibus descriptam, ut ex Xenophōtis lib. viii. παγινοῖς supracitatis locis apparet. Acerbe autem potestatem in seruos exercebant: in quos vita necisque ius habuisse eos, Ammian. Marcell. lib. xxiiii. tradit. De Persis enim agens, iuxta, inquit, in adversis rebus & prosperis callidi, superbi, crudeles, vita necisque potestate, & in seruos, & in plebeios vindicantes obscuros.

Etiam illud priusquam à Persicis epulis discedā admonebo, persarum culinas Allio oppleri eosfuerisse, quod eius odore, serpentes, & alia venenata animalia fugari exploratum habent, ut tradit Simeo Magister Antiochenus in Syntagma de Cibariis. Facultatib. de Allio tractans, his verbis, φεύγουσι δὲ τὸν γένος ὄφες ὡς ερπετοῦ τὸ πήγανα, ἢ σχέτων οἱ πέροι.

ποτε

πότεν τὰ μαζητεῖα αὐτῷ σκορόδων ἐπειπτῶσι. Ac nec illud prætermittendum censeo, quod de Persicarū epularum reliquijs, ab Athenæo tradituim extat. Etenim cœna peracta, reliquias circumstantibus diuisasait: cū magna & panis obsoniorū inque copia, semper, sublatis mēsis, superesset, inter famulos ac seruos, ab eo qui ferculis seu mensæ præterat, viritim distribuebatur: eaque singulis Dia-ria cibaria erant. Qua de re Athenæi verbalib. iiii. sunt hæc, ἵπτα δὲ καὶ ἀρχέτοις προστοιχοῖς, τοῖς δὲ συνεστάτητον αὐτοῖς πάντα τοῖς πραπτζαῖς ἀρχέτοις, επιτελεῖ δὲ οἱ σωμάτιοι δέσποιντων τοῖς αὐτοῖς πραπτζαῖς τελετεοῦσιν, καταλείπονται δὲ πλεῖστα κρέα γέρπον, οἱ τῆς βασιλεῖς δημητρίους, δίδωσιν ἐπέστι, τοῖς οἰκετοῖς, καὶ τοῖς λα-δῶν τοῖς καὶ ημέρας θοριοῖ.

Sed tandem aliquando, Persicis mensis remoti, ad alia properemus:

Persis licuisse, liberorum quærendorum gratia, quas, & quot vellent, Vxores ducere: Vxoribus etiam, Pellices Cōcubinásque insuper adiūgere, certo certius est. Herodotus lib. i. γαμίσας δὲ εκατὸν πολλαῖς μηδ κονεσίοις γυναικαῖς, πολλῷ δὲ τὴν πλεοναστικαῖς κρατήσαj. Strabo, lib. x v. de Persis, γαμουσοῖς δὲ πολλαῖς καὶ ἄμα παλαιαῖς τρέφουσιν πολυτελεῖς χαῖεν. Ammianus Marcell. lib. xxiiii. de Persis, effusius plerique soliti solui in venerem, ægræque contenti multitudine Pellicum, puerilium stuprorum expertes, pro opibus quisque adsciscere matrimonia, plura vel paucā. Vnde apud eos per libidines varias caritas dispersa torpescit. Similiterque Iustinus lib. x vi. de Parthis. Vxores, dulcedine varie libidinis, singuli plures habent. Quanquam olim πολυγυμια, Persas verisimile est, nō libidinis modo stimulis amplexos, verum-

T

etiam, quod apud eos, ut Herod. scribit, post bellicam fortitudinem in pretio habebatur numerosæ sobolis procreatio: cum in multitudine populi, robur imperij possum esse censerent. Itaque patribus, & proctarijs, qui quamplurimos liberos suscepissent, tanquam egregium aliquid praestitissent, Regem annua munera misisse, ait Herodot. lib. i. in hunc modum, ἀπραγήν οὐ αὐτὸν ἀποδεκταί, μηδὲ τὸ μάχθωντι ἀγαθόντος διὰ πολλοὺς ἀποδέξῃ ποιῶσσεν. τῷ δὲ τοῖς πλεονεκτούσιν ἀποδέξῃ εἰπέμενον βασιλεὺς, πολλὴν τὸ πολλὸν ἡγάπαται εἰρυόντι. Iisdem etiam præmia, quotannis, à Regibus proposita decretaque, Strabo lib. xv. refert.

In eorum vero coniunctionibus, neque pudoris naturalis, neque honestatis publicæ, ratio habebatur. Nulla enim reverentia feruata, matribus sororib[us]que iungebatur: quæ eis in manum, iustarum vxorum loco, conueniebant. Philo in lib. de specialib. legib. μητραὶ δέρε, οἱ δὲ τέλει Γρῦσσαν, ταῦτα καὶ ἄλλα, καὶ τὰ φωταῖς σὺν τύπον, θύμβεσάντες νομίζονται, καὶ βασιλεῖς τῆς μετίσης, οἵτις λόγος, ἀλλοιοστον. δὲ τὸ γένον διατετέστερον διοστεργημα, πατέρος θύλακον πεπλυτούσος, τὸν δὲ ψαυτὸν ὡς θρόνον, ἐχεῖν φυλακέων, καταχώφι: Tertullianus Apologeticus, Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert: Minutius in Octauio. Ius est apud Persas misceri cum matribus.

Magos etiam censuisse, fas & ius esse, Μητραὶ, ηγαντεῖ μίγνυθαι, Diogenes Laërt. in procœmio tradit. Immo vero non alia inter Magos recepta coniugia, indicat Strabo cuius lib. xv. de Magis verba, sunt hæc, Τύποις δέ, οἱ μητρέασι σωβρέσθαι νεόμητρα. Hinc Catullus.

Nascatur Magus ex Gelli, matriisque, nefando

Coniugio, & discat persicum haruspici um. Nam Magus ex matre & gnato dignatur oportet: si vera est Persarum impia religio.

At Alexander Dario, vieto incestas istas, & nefarias nuptias, & à naturali verecūdia abhorrentes, inhibuit. Is enim ut Plutarctus in lib. de eius Fortune scribit, docuit Γρῦσσας τελεσθεῖς μητέρας διὰ μηναριῶν.

nea vterentur. Ceterum quem alij Σεπτὸν, auctor
lib. i.ii. Esdræ cap. i.ii. Μαρίαν τοῖς περὶ βάχλοις vo-
cat. Suidas μαρίαν δὲ φέλαια χέιος κόσμος, citatque hæc
vetusti cuiusdam auctoris verba, quæ forte de Par-
this scripta erant, Μαρίας δὲ φέλαιοις θεαν κενοφο-
ρόι.

Quemadmodum autem Romæ Bullis aureis in-
signis fuisse prætextatos nemo nescit, ita de Per-
sis, κοσμοῦται δὲ οἱ πάντες γευσθ, ait Strabo lib. xv.

Inauribus etiā vlos Persas supra docui. Diodo-
rus Sicul. lib. v. de Insulanis quibusdam, Εκ δὲ τοῦ
ώτου, κατέγενησίως τοῖς Πέροις, εὔποτημόντος κρίνος ἵπποδέ-
στοι δὲ κοντάς γεώντας, καὶ τοῖς γεώμασι πεποιημένοις φελά-
τηρον. Huius rei gratia aures forare solebant, quod
Lydis in more positum fuisse, Xenophon lib. i.ii.
Αραβίδο. ita scribit. Επὶ ἐγώ αὐτὸν ἔδοι, ὡς τῷ Λυδῷ, ἀφο-
τεγγέτα ὥτα περιπτεμένον. Eodemque modo, Afros au-
reis foratas habuisse, ex Ciceronis ioco quodam
patet. Nam cum Octavius qui natu nobilis videba-
tur, Ciceroni recitanti dixisset, Non audio que dicis, ille
respondit: Certe solebas beneforas habere aures. Au-
ctor est Macrobius lib. vii. Saturnalior. cap. iii. qui
hoc eō dictum fuisse ait, quia Octavius Libys oriun-
dus dicebatur, quibus mos est aurem forare.

Persis autem Gemmas & lapillos cordi fuisse, te-
statur Athenæus lib. iii. qui ex Androsthenis lib. i.
τῆς Ινδίας φέλαια, Margarita apud Persas ingenti
pretio cōparata ita scribit: ἤντοι τοῦ πορφύρα περὶ γένος τῶν
παλατίων τοῖς λοιποῖς. ήν δὲ ίδιον, δὲ καλοδανικεῖνοι Βρετανοί,

τοῖς Μαργαρίτας λίθος ηὔτη. αὐτὴν δέ τοι πολυτελέστερή τοι
Αστιν, καὶ παλέστερη τοῖς Πέροις περὶ, καὶ τοῖς φύσιοις, περὶ
χειροῖς.

Inter eos vero lapillos qui in Perside in pretio
erant, Cerauniam Plin. lib. xxxvii. cap. ix. nu-
merat, Parthorum, ut ibidem ait, Magis quæsitam,
quoniam non aliubi inuenientur, quam in loco fulmine
isto: Proximum Ceraunie nomen apud eos haber, que
appellatur Iris. Idem cap. sequenti, Arizoen ne-
cessariam fuisse Magis, Regem constituentibus. Zoro-
nition, etiam Magorum gemmam esse, narrari, scri-
bit. Ibidemque, Telicardies, ait, colore cordi per-
fas, apud quos gignitur, magnopere delectat: οὐ-
λάμque appellant.

Persas autem crinitos & comatos fuisse, Herodot. lib. iii. indicat, qui Κορωνίας eos, vocat. Eaque
ratione Βασυρηπτής appellantur in Epitaphio ΑΕ-
schyli, quod Athenæus lib. xi.iii. refert, id est densa
coma, rapillati. Persas etiam adsciritias capitum
corinas adcommendare, à Medis didicерunt, ut Xenophon lib. i. παγ. docet. Inter ea enim quæ à Medis
originem ducunt, numerat κόμας περιθέμις. Plu-
tarchus in Craſſo, δὲ Surena γινδικόπερον, ait,
τοπικούμενος ἐγείρει τοις περισσότου, καὶ κόμης διεκρίνεται τοῖς
διῆγοι Παρθῶν ἐπὶ σημεῖος δηλι τοφοῖς τοῖς απεστάλλαν κο-
μοτον, vel ut est apud Appianum in Αριστο-
στλοκομότων.

Persas etiam faciem pigmentis fuca, idque
à Medis arripuisse Xenophon lib. i. παγ. docet. Ex
Medorum enim luxu, in Perside manasse παραγ-
γενεφην, γεώματος ἐπερψή, ibidem ait. Et siquidem,
ut subiicit, νόμιμα τοῦ οὐ Μῆδοι. Porro Persæ

mulières in summo mœrore & luctu, Vests scindere, crinēsque lacerare solebant. Indicat Diodorus Sicul.lib. xvii. vbi, post Darium victum, mulieres, ταὶ εὐθὺς περιβόλεσσαι, μετ' ὁδορυθίῳ. ἐν τῷ σκηνῶν excessissime refert. Curtius lib. iii. ingens circa eam nobilium feminarum turba cōfiterat, laceratis crinibus, abscisāque veste, pristinū decorū immemores Reginas.

Idemque confirmatur Ctesiae verbis, quæ ab Hesychio, in voce *Regim*, laudantur. Idem quoque, mœstitia sua, planctusque documentū, viros dedisse, testatur Herodotus lib. iii. Πέρου οὐ ὡς τὸ βασιλεῖον ανακλασσόμενον, πάντες τούτο εἰδότες ἔχοντα δέχονται, τούτοις τετράφοντες καὶ σιμογήν αἱρέσθων θεραπεύονται. idem, lib. viii. οὐδὲ δὴ φρεστὸν εἰς Σοδοναῖς οἴστειν αἴπιομόρθιν, οὐδὲ ἔχοι Αἴθιας Εὔρηξις, ἐπερψήστω δὴ π. Προσένων τούτοις τούτοις δὲ οὐδὲ μωρόντοι πάσσοις ἐπορεσαν, καὶ ἐθυμίου θυμίματα. καὶ αὐτοῖς οὐ δυσίηστο περιβαθμός. Curtius lib. v. post hanc vocem spado, gemitu, non modo tabernaculum, sed etiam castra compleuit. Irrupere deinde alijs, laceratisque vestibus, lugubri et Barbaro vultu, Regem deplorare cœperunt. Lugubria etiam induebat qui lugebant. Etenim πάντων εἰδόντων sempissime mulierem Persicam, narrat Diod.lib. xi. Curtius lib. x. Ad Darij quoque matrem celeriter perlata est. Abscisā ergo veste qua induita erat, lugubrem sumpsit, laceratisque vestibus humi corpus abiecit. Et aliás eodem lib. Persæ comis suo more detonsis, in lugubri ueste cum singib[us] ac liberis, non ut victorem et mortis hostem, sed ut genti suæ iustissimum Regem, vero defiderio regebant.

Persas quoque ob Mafistrij, qui in acie Platæisi, turmas equitum ducebant, cædē, præ luctu, & scippos, & equos & iumenta totondisse, refet. Herod.

lib. ix. πάντος ἐποίησαν Μαστίς πᾶσαν ἀρατηνὴ Μαρδίνιος μέχετον. σφέας τε αὐτοῖς κείροντες, καὶ τούτοις καὶ τούτοις σικαρῆ τε χρεούμενοι αἰπάλετο. Plutarch.in Aristide, ἐγώδη δὲ τὸ κατεργάσαντο πολέμεος τοῖς Ελλησιν ἐπὸ τοῦ νεκρῶν τοῦ πλήθεος. ὀλίγοι δὲ οἱ ποστοὺς ήσαν, διότε τὸ πάνθεον τοῦ βαρβαρού. καὶ δὲ ξαυτοὺς ἐπειρονθῆσθαι πολὺ Μαστίς, καὶ ἄποινας, καὶ ἡμόνοις, σικαρῆς τε καὶ κλαυθμοῦ πολὺν θητικόντασσον. Cuiusmodi Barbaricos luctus ridens Cicero, lib. iii. Tusculanar. quæst. hinc ille (ait) Agamemnon Homericus, et idem Accianus, scindens identidem intonam comam: in quo facetum illud Bionus perinde stultiissimum Regem in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur.

Mulieres autem non aliud magis in contumeliam accepisse, quam lanæ admouere manus, Curtius lib. ii. i. testis est.

Ceterum, quod ad iudiciorum Persicorum formam & ordinem attinet, vix quidquam habeo quod addam ad ea quæ ex superiore & hoc ipso libro, iam diximus. Inde enim, ut iudicia, siue in pecuniariis siue in capitalibus causis redderentur, coniiciendi cuique potestatē facio. Tantum adjiciam Ammiani Marcell.de Persicis Iudicibus lib. xxii. locum, Ad iudicandum autem, ait ille, *vitis rerum spectati destinantur, et integri, parum alienis consilijs indigentes. unde nostram cōsuetudinem rident, que interdum facundos, iurisque publici peritiissimos, post indoctorum collocat terga.*

Rei quidem, apud Persas, in carcerem & vincula publica coniiciebantur. Et ita, Ctesias, multos coniurationis & conspirationis aduersus principem inita reos, in carcerem coniectos, narrat. Q. Curt.lib. vi. Otridates erat nobilis Perses, à Dario captali supplicio destinatus cohiebatur in vinculis. Sic &

Manem εἰς φυλακὰς & custodiam coniectum &
δέσμον fuisse, Epiphan. lib. 11. cap. de Manichæis,
Cyrillus Catech. viii. narrant & quod è carce-
re euasisset, Δεσμοφύλακας condemnatos, ibidem
Cyrill. refert. In vinculis verò & aureis & argen-
teis interdum habitos reos indicio est Crœsus à
Cyro cōpedibus aureis vincitūs, ut memorat Au-
sonius in Ludo septem sapientum, his versibus.

Vinctumque pedicis aureis secum iubet,

Reliquum quod esset vite, totum degeret.

Ammian. lib. x x v i i . de Sapore Persarum Rege,
captum ait, Regem ipsum Arsacem, adhibitumque in
conuicuum, iusit ad latenter trahi posticam: cùmque ef-
fossis oculis, vinctum catenis argenteis (quod apud eos
honoratus, vanum supplicium, estimatur esse solatum)
exterminauit ad castellum Agalana nomine. Quò spe-
ctauit Tertullianus lib. de habitu muliebri cap.
vii. cum ait. Apud Barbaros quosdam, quia vernacu-
lum est aurum & copiosum, auro vinctos, erga scutis
habent, & diuitijs malos onerant, tanto locupletiores
quanto nocetiores: aliquando re vera inuentum est quo-
modo & aurum non ametur. Aureis quoque com-
pedibus, apud Æthiopas, vinctos reos, Herodot.
lib. 111. refert.

Fuisse verò postremis temporibus apud Per-
fas carcerem, cui Lethe nomen impositum, in
quem nullus nisi capitali suppicio destinatus
conijciebatur, Procopius lib. i. de Bello Persi. ita
scribit. οἱ δὲ κιλῶναι ἀνδραί βασιλεῖς αἴγανος, οὐδὲ ὅλως
ἔχωσσεν. αὐτὸν ἐν φρεσὶ καθῆρεν ὅπερ τῆς ἀγῆς καλεῖται
νομίκουσσιν. Λιὸν τὸν οὐκέτια ἐμβληθεὶς πήρε, οὐδὲ ἐπὶ νόμος
σφίσι μητέλα διεῖται. οἶδα δέντρον τῷ οὐρανῷ, οὐκ
μία δέντη. οἷον δὲ καὶ τὰς ἐπανυπλα τεύχια τοῦς. Προστῆ-

ψαχν. ἀπόξ δὲ τῷ Αρρωμιανοὶ ιστέα φυτὸν γόμου τὸν αἴροντα
τὴν λιθίνην φρεσίων καθελεῖνδε τὸν διάβατον Γρόντας, Τί-
ποτείδε. Hanc tamen Persarum legem, Armeini
cuiusdam causa, Pacuuium Regem abrogare co-
actum fuisse, ibideim refert. Idem Procopius lib. i.
de Romanis captis in prælio, σκοτώνεις, ait, πὶν άναταν
χείρον, οὐ παντάπαιδας θεῖρες.

Neminem vero indicta causa, aut indemna-
tum, capite punitum fuisse, testatur Heliodor.
lib. viii. histor. Æthiopic. vbi Cysele Arsac
Reginam ita affaurit. πάντων δὲ ἡ Ελλοτεια Τιμο-
χεινον τὸν αὐτοῖν δίχα μήτοις οὐδὲ τὰς Πρᾶσιν περὶ τοῦ
νόμουν απογέρμενται. Ex quo loco præterea colligi-
tur, iudicia de capite reddita, proceribus in con-
silium adhibitis, & de consilijs eorum sententia.
quod & sequentia eiusdem auctoris verba declar-
rant quibus, de Chariclea agens, ait Η δὲ ηγεδανίου
ημφεῖλον ἵστον κρίσις οὐδὲ πέλας Περσῶν οὐ φέρεται, & paullò
post, ποὺς τε διωνάσταις Περσῶν οἱ πιθαλθεῖσιν ἵστοι οὐκ οὐρανο-
γέδυστοι τε οὐ ημφεῖλος οὐεῖσται τὸν ιχνῶν έχον, οὐδὲ τὸν κρί-
σιν εἰς τὸν Κηνον παρεκάλεσ.

Nunc genera Pænarum nobis enumerāda sunt,
quibus nocentes adfici, patrio Persarum more cō-
fuerat. Pœnæ vtique pro delictorum modo sta-
tutæ erat. Quarum aliæ, vitam adimebant, aliæ ci-
uitatem auferebant, aut exilium, aut coercitionem
corporis continebant. Sontibus autem morti ad-
dictis, vita non uno modo adimebatur. Nam vel
caput eis amputabant, vel cruci suffigebant, vel
viuos exurebant, aut in terram defodiebant, vel
pelle detracta necabant, vel lapidibus obruebant.
Itaque summa seu ultima supplicia apud persas,
erant hæc, Decollatio, Crux, Crematio, viui ho-

απειλούτων, καὶ δύκανθυμόν, οὐαρέντας τὴν ἐπέξαρχειαν
δραζάδην τῆς κύριας αὐτός, καὶ κατέγων, απίστεμε τῷ ξυρῷ τὸν
πράγματον.

Plerumque vero, Dextram cum Capite, Persæ
abscindebant. Et ita qui Regi parere, obtempera-
rēque detrectasset, πολυτελεῖς κεφαλῶν γενεχόντα πίθε-
ν, ait Strabo lib. x v. Cyri quidem certe in bello
cæsi, caput & dextram, Mesabates Eunuchus,
Regis Artaxerxis iussu, præcidit. Xenophon lib. 1.
Αναβάσ. εἰπώντας δὲ Κύρῳ ψητέμεταν γε κεφαλὴν γένεται.
Plutarchus in Artaxerxe. λοιπὸς οὖτος τῷ πατρού
τῆς σπουδῆς ὁ πλευραῖς ψητομάνων, εἰ πῶ γένεται τῷ Κύρῳ
Μασσαλίας βασιλέως δύναμος; sed qui à Plutarcho Ma-
ssalίας, is in Ctesia fragmentis Βαγατής appellatur, his verbis, οὐδὲ Βαγατήν, τὸν ψητεύμαντος, πορείας
τοῦ βασιλέως, πλευραῖς ψητὸν τὸν Θραστὸν Κύρον. Hoc ve-
ro Cyri caput, cū dextra simul, patibulo suffixum,
Xenophon ostendit lib. III. Αναβάσ. cum de Arta-
xerxe loquēs, ait, οὐδὲ δραματεῖς γένεται πάλιν,
εἰ πεντάποτος ήτιν, ψητεύμαντος πλευραῖς.
Causam huius dextræ amputationis hanc
Ctesias adfert, quod missa dextra iaculo, Ar-
taxerxem Cyrus traieisset. At Plutarchus hoc
secundum legitimam iuris obseruationem, fa-
ctum, in Artaxerxe tradit, his verbis, οὐδὲ ἐπίσην τῷ
τερψί, εἰ καὶ δύναται τὸν Γρισῶν, οὐδὲ γένεται γένεται
κεφαλὴ τῷ Θραστῷ, ἐπέλθετο πλευραῖς πλευραῖς
τοῦ κύριου δραζάδην τὸν βασιλέα γένεται τοῦ
ἀριστοῦ δραζάδην τὸν φάλαρον. Ex hoc more, Crassi caput
cum dextra abscissum, ad Hyrcanum Parthorum Re-
gem, à Surena transmissum, Plutarchus in Crasso
refert.

Crucis etiam supplicium, apud Persas vsu rece-
X iiiij

326 minis sepultura, Pellis detractio, Lapidatio: quæ
singula exemplis vel testimonij comprobanda
sunt. In primis, Capitis amputationem frequen-
tatem in Perside, ex Xenophonte lib. v 111. πα-
μελα liquevit. & ita, Phœnicibus caput præcidi, Xer-
xem iussisse Herodotus lib. v 111. narrat. Tisa-
pherni etiam Regis magni iussu caput amputa-
tum, Xenophon lib. 111. Επιλογ. & in Agesilao,
refert. Diodorus Sicul. lib. xv. de Artaxerxe, παρέ-
δεικνεῖ τὸ θεατικὸν τοῦ πατέρου, καὶ περιστάξεν ἀφελεῖν τὸν
κεφαλῶν. Atque hoc genere pœnæ nobiliores, &
honesto loco natos, adfici consueuisse, plebeijis
vero, humiliorisque loci personis, non eundem
honorem habitum, auctor est Xenophon lib. 11.
Αναβάσ. cum de Menone loquens, ait, μῆτε τὸν τοῦ
θεοῦ πατέρα στρατιῶν, Συμφορίδεις τεσσαράκοντας ἀπίστενε,
οὐχ ὥσπερ Κλεάρχος καὶ οἱ δῆμοι στρατιῶν ἀπομινθέντες τὰς κε-
φαλὰς (οὐδὲ παλινοὺς θανάτους ἔδικεν οὐ) δῆμος ζεῦν αἰγαίων
επικατέστη, οὓς ποιηρὸς λέγεται πελεύστης ποχύν.

Nec tamen Gladio in eos animaduertebant,
vel Securi, sed ceruicibus caput, Nouacula abscin-
debat: ut ex Plutarcho didici. Is enim sumptum
de Dario, ob cōiurationem aduersus Artaxerxem
patrē, suppliciū, sic in Artaxerxis vita, narrat. περὶ
Δαρεῖο μὲν τὸν τέλεων διάσχιστόν, καθίστηκε τοῦ βασιλεῖος Δικαι-
στας & πάρον αὐτὸς, αἷλλ ἐπέρον κατηγορισμάτων, ἐκέλθουσεν ὑπι-
ρέπεις, τὸν ἐκείνου χραζαδήνοις ἀποφασιν, οὓς αὐτὸν ἐπανείσκειν.
Ἀποφιλασθάνων δὲ πάντων ὄμοιως, καὶ καταγέντων τὸν Δαρεῖον
διενεπον, οἱ μὲν ὑπιρέπεις συλλαβόντες αὐτὸν, εἰς οἰκυμεῖα πλησίου
εἰσῆγον οἱ δὲ διῆμοις, κλιπτεῖς μὲν ξυρὸν ἔχων, οἱ τοις κεφαλαῖς
ἀποτίνοισι τῷν κολαζορθύων. ιδῶν δὲ τὸν Δαρεῖον ἀπεπλάγον, καὶ
πληγώρη. τοφεῖς τὰς θύρας, οὐτοπλέπων, οὓς ἡ δευτηρούμων ἀδε-

τελείωσαν αὐτοχθόν γνήσατε βασιλέως. Τέλος δὲ τοῦ Δικαιών

ptum fuisse patet, ex cap. vii. & viii. Esther, vbi Amanum Crucis suffixū & patibulo quod erat altitudine L. cubitorum, refertur. Eundem Amanum ἐν στροφῇ πρεμασθέντα θυσίαιντι iussisse, Artaxerxes Ioseph.lib.xi. Antiquit. cap.vi.narrat. Artaxerxes Esdræ cap. v i. lib. i. in sanctione edicti sui, Απ' εμού ἐπέγη γνώμη, ὅπερ πάτερ μνήστρωπος ἔσθητός τὸ ῥῆμα τῶν κατηγορούστων ξύλον ἐν τῆς σίνας αὐτῷ ὡρθόμηνος παγκόστην ἐπ' αὐτῷ. Καὶ ὁ οἶκος αὐτῷ τὸ κεῖται ἐμὲ ποιηθήσεται. Cuiusmodi pœna etiam summa dignitate ac potestate prædicti adficiabantur. Polycrate nanque Samiū, ab Oroente Prætore Darij in Crucem actum, Cicero lib.v. de Finib. post Herodotum lib.iii. scribit. Similiterque Artaphanes Sardium, Præses & Arpagus, Histiaum Milesium, in crucem, sed truncato prius capite, sustulerunt. Herodotus lib. vi. Αρταφέρνης τὸ δὲ Σαρδίων ὑπαρχος, καὶ ὁ λαζῶν Αρταγος, ὃς απίκεται ἀρχὺμος ἐς Σαρδίς, τὸ μὴ αὐτὸν σῆμα αὐτῷ ταῦτη αἰτεῖται, τὸν δὲ κεφαλὴν Τερεψίου πεποιηκαν πατέρα βασιλέα Δαρέον ἐς Σοδαν. In Ctesiæ quoque fragmentis à Photio collectis, breuiter de Bagapate stringuntur hæc, ὃς Εγποτὸν δέρμα στειρεῖται τεσσαράντιον ιστὸν Παρυσίπος. Sataspem, quod virginis, Zopyri filiæ, viatum obtulisset, Crucis suffigendum, Mater quæ Darij soror erat, ea pœna (tanquam grauiorem inflictura) liberari a Xerxe impetravit: ea lege & condicione, ut omnem ille Africæ oram circumquaque legeret, donec ad Arabicum sinum appelleret: cui decreto ut obtemperaret, bonam partem Africæ obiit, Herculis columnas præteruectus: sed emensus plurimū maris, cum eum longioris nauigationis post complures menses tadiūm cepisset, instituto cursu derelicto, in

Ægyptum remeauit: & illinc ad Regem Xerxem regreslus, causam cur vterius progreedi non potuisset, minus probabilem reddidit. Ideoque quod iniuncto sibi labore defunctus nō esset, in crucem sublatus est: vt Herodotus lib. iii. narrat. Ipsum etiam Leonida Spartanorum Regis, qui ad Thermopylas occubuit, truncum, & a capite auulsum corpus, in crucē tolli, Xerxes & Mardonius eius Prætori iusslerunt. Herodotus lib. ix. Λεωνίδεω τὸ διποδανόντος ὃν Θριμοπύλης, Μαρδονίος τε καὶ Ξέρξης διποταμόντος τὸν πεφαλὴν διεσαΐρωσαν. Ideoque, vt ibidem refert, cum Pausanias, victoria, apud Platæas, eodem Mardonio caso, potitus esset, exstitit Ægineta non infimo inter suos loco, qui suadet, vt par pari referens, Mardonij corpus in crucem ageret: at ille respondit, non recta suadere eum. Erenim bonis Spartanorum moribus non conuenire, in mortuum sanguire, nec in ea re, barbarorum inhumanitatem, imitari se velle. Denique Alexandrum in perside multos, ac vel Satrapas ipsos, in crucem sustulisse, Arrianus lib. vi. & Curtius lib. ix. testantur.

Viuos etiam interdum exuri consueuisse facinorosos, ostendit Ctesias, in cuius fragmentis verba hæc reperiuntur, & ἐμβάλλεται εἰς τὸν αὐτὸν Αρταφέρνης ἢ Αρσάτης. Et aliâs, ἀγνοτοῦ διδόται βασιλέα, δὲ εἰς τὸν αὐτὸν ἐνέβαλεν, Τισαφέρνη δοὺς τὸν Πιστοῦν Σατραπίαν. Ex hoc more, Heliodorus lib. viii. histor. Ethiopic. de Chariclea agens, ait, ποτὲ καπναλωθῆναι τατικρινεῖ ἄρτασον αὖτε περὶ τὴν δεσμιλεῖν, & μακρὸν τὸ πίζιον εἰδόσηγετο, κηρυκος, ὅπερι φαρμακοις πυρανθέριτο, σωθεῖσι, εἰκοσιντος.

Præterea Pellem, cutemque quandoque viuis

hominibus ultimo suppicio damnatis, Persæ detrahebant. Ammian. Marcellin. lib. xxi. de Persis agens, *Cutes viuis hominibus detrahunt particulatim vel solidas.* Huic rei argumento est, quod de Cambyses Herodot. lib. v. & Valer. Maxim. lib. vi. cap. iii. narrat, eum mali cuiusdam Iudicis ex corpore pellem detractam sellæ intendi, in eaque filium eius iudicaturum confidere iussisse. Mesabatem quoque Eunuchū Parysatis, eodem modo vta dicitur: sic enim de ea Plutarch. in Artaxerxe loquitur, λαμβάκη τὸν Μεσαβατὸν ἐπέδριψε τοῖς πεζοῦρημέσοις, οὐ ποτὲ εἰς τὸν θεραπευτήρα βασιλέα θύμεσθαι τὸν αρχιερατός, εἰχεισποστούσην τὴν θυμοφερεῖν, φεύγοντας τὸν ἀκμειερεπόντα. Εἰ τὸν μὲν στόμα πλάγιον δῆλον τελῶν τελῶν αναπίνει, τὸ δὲ δέρμα χωεῖς στρατιωτῶν. Et hoc Persico suppicio adfectum Manem hæreticum Cyrillus, Catechesi vii. de Rege Persarum loquens, ita scribit, κατέκρινε καὶ δῆλον τὸν δέρμοφυλάκιον φόνον ἐμπειρίνητον μελέτην Προτοκού νέματος γενέσιον. Εἰ τὸν λοιπὸν στόμα θηκείον φέρεισθαινεῖς βορεῖ. τὸ δὲ τῆς κακίστης γραίους θυχάριον, τὸ δέρμα διαλέκου δικτυον τοφὴ τὸν πυλῶν διηρτήτη, τὸ δὲ φεύγονταν τὸν αὐτὸν λέγων. Theodoretus lib. i. contra hæretic. cap. vlt. συλλογθεῖς ὅστος τὸν βασιλέως, πλει Γροικὸν ὑπέμενε προσείσας, οὐ δέρματος γυμνωθεῖς παρεδόθη κατί. Suidas in verbo μανίς, δὲ Γροικὸν βασιλέας οὐδέποτε ζώντας εἴπον θαράπου τῷ γούνινον γένον.

Nudatum ergo pelle, canibus obiectum, Theodoretus ait: At Socrates, pellem eius, in utris modū palea impletam, pro portis urbis suspensam, scribit: de Mane enim agens lib. i. Ecclesiast. Histor. cap. xxi. μαθάπτε, ait, αὐτὸν ὁ θεὸς Πέτρον βασιλεὺς ἐκεῖ σῆγει τέλη, αἰδούσεο ποίησε, ἔντει κέδροις ἐπίχυρον πινδαριανόν πλεύσασθαι, τοιοῦτος πύλης τῆς πόλεως τατζεύηκε. Εο-

démique modo Basilij à Magis damnati pellem detractam, & inde culeum, seu vtrem factum, suspe-
sumq; è procera, & in eximiā altitudinē edita ar-
bore procul lib. i. de Bello persico narrat. πανούσος
δὲ βασιλίς μὴ τὸ δέρμα ἐκδύεται, αἰσθούτε αὐτὸν πεποιηθός γε
αἰχμέων ἐπιπονήματος ὃνος, απεκρέμασται δὲ τὸ δέρμα πινος
ὑγροῦ λιαν. Idem & de Nachorage sumptum, more
maiorum, supplicium, Agathias lib. i i. refert. Ei
enim, quod ex acie excessisset, Chosroes Per-
sarum Rex, à ceruice, ad imos usque pedes, pel-
lemdetrahi, ita ut pudenda ac genitalia ipsa in-
uerterentur: ac deinde in vtris formam compa-
ctam, è scopulo quodam suspendi iussit. Et hoc
vtique supplicij genus Hormisdas Regis Persarū
filius coniuis comminatus dicitur, vt Zosimus
Histor. lib. i. tradit ἀγανάκτησις ιπτέλαις, πὼν Μαρσίς μόρον
αὐτοῖς ἔπιποντον οἱ φύη οὐαὶ σπλεῖσις ηγένονται τὸν λόχον, δια δὲ τὰ
ἔπιχελευτα ὄντα. Γένος δὲ πες ἔπιποντος τῇ Φρυγίᾳ, & τὸ κατ' τὸν
Μαρσόν απικνεώς διηγημα, τῆς απειλῆς Ορμισδοῦ τὸν εν-
τοναὶ τοῖς αθροισταὶ θηρίοις ἔξεπεν.

Interdum verò, facinoris conuictos, Persæ vi-
uos defodiebant, idque Persarum moribus rece-
ptum, Aristides, Oratione contra proditores my-
steriorum, scribit. Quod & Persicum suppli-
cium, Herodotus lib. v 111. pronuntiat, his ver-
bis Εὐρεα δὲ ὁδοῖς πυνθανόμενοι τῷ χώρῳ τόπον καλέσανται,
Τουτοῖς εἰ αὐτῷ παύειται η παρθένος αὐτροῦ οὐδὲ θηγω-
είων ζώοντας κατάπονται. Περούν δὲ το ζώοντας καταπονετείν.
Idem lib. 111. de Cambyses, Γροτούσιοις θεοῖς τοσφ-
ποισι συάσκεισι ἐπ' ἀθηναῖς αἴπη ἀξιόχεια ήσαν, ζώοντας θητού-
περαιών κατάποντες. Et hanc, Apollonidem Coum
medicum, quod Amytin Xerxis ex Amystre fi-
liam, Megabyssi uxorem, quam ægram cura-

bat, malis artibus illectam violasset, pœnam luisse Ctesias refert. Nam cum Amytis moriens, Amystri matri vltionem mandasset: illa Regis Artaxerxis permisso, prehensum Apollonidem viuum defodi curauit. Ctesiae verba sunt. *i. dæ* (videlicet Amystris hæc) *λαβούσσε*, *χρηστὸν Ἀπολλωνίδιων, σέργουσι κολαζόσσα*. *ἐπειτα ζῶντα κατώρυξεν, ὅπερ* *καὶ Διονὺς ἀπέθανεν*. Idem Ctesias alibi *ἐπειτα* *τὸν πατέρα τῆς Τερενούχμων, καὶ τοὺς αἰδελφοὺς Μιθράστων καὶ Ηλικού, καὶ τὰς αἰδελφὰς μὲν θεοὺς χαρεῖ τῆς Σπατηρας ζώσας εἰέλθουσαν πεπλωσαν*. Huius supplicij formâ alta obliuio suppressit: credibile tamen est, scroberem defossam & capite demisso pronos obrutos. At quo ritu Vestales olim defoderentur, explicat Plutarch. in Numa, qui lucem adfert subterraneo illi cubiculo, in quod demissam Vestalem, Domitiani temporibus, Plinius Epist. xi. lib. iii. refert.

Lapidibus quoque obrui interdum nocentes solebant: & ita Bagorafus, ut Ctesias refert, *αργαζόζ, βαπτλέως λιθόλιμος ἐγερόντις*. Idemque passum Pharnacyam Eunuchum, idem Ctesias ita scribit, *καπαλοῦν δὲ καὶ Φαρυγανίας, δὲ, σωτηρελῶν Σεκωνάρας, Ερξέλω*. At quod Curtius in extremo lib. vi. ait, *omnes à Nicomacho nominati, more patrio, dato signo, saxis obrui sunt, caue accipias, more Persico, immò, Macedonio, ut aliás eodem libro ipse met docet, cum ait, et ceteris quidem placebat, Macedonum more obrui saxis.*

Veneficos vero apud Persas, proprio quodam supplicio adfectos, Plutarchus in Artaxerxe docet. De Gige enim Parysatidis ancilla, veneficij rea scribit hæc, *κατέγνω θάνατον. Αποθήσονται δοι φαρμακεῖς ἐν Γρῦπτις καὶ νόμον γένεται. λίθος δὲ πλευτὸς*

ἐφ' ᾧ τὸν κεφαλὴν κατέντες αὐτὸν, ἐπέρω λέγει πεύσιν καὶ πτίζονται, ἀλλιστὶ δὲ σωθλάσσων τὸ πεύσιον καὶ τὸν κεφαλὴν. οὐδὲν Γρύς γένεται απέθανεν.

Interdū & viuos secabār: & ita Parysatim iussisse, *τῶν Ροξάνης ζῶσαν καταπερεῖν*, Ctesias Persicis refert.

Postremò, noui moris supplicium describitur ab eodem Plutarcho, in eiusdem Artaxerxis vita, his verbis, *ἐκέλευσε γενῶν τὸν Μιθριδάτην ἀποθανεῖν, σκαρφλεύσαντα. τὸ δὲ σκαρφλεύσαντα, ξιούτον δὲ, σκάφας δύο πεποιημένας ἐφαρμόσθιν δημήτας λαβόντας, εἰς τὸν ἑταῖρον κατακλίνοντας τὸν κολαζόρμον μῆλον, ἔπειτα τὸν ἐπέρωτα πεύσαντας καὶ σωαρμόζοντας, αὖτις τὸν κεφαλὴν καὶ τὸ χρέα τοῦ τέλειον πόδες κατολαμβάνεισθαι. τὸ δὲ δῆρο στέρνα τὸν Σπατηριόθεαν, σιδόσασιν τούτην τῷ αὐθιράπτῳ, καὶ μηδέποτε, περιφεριάζονται κεντητικές τοῦ ὄμητα. φαγόντα δὲ, πιεῖν μέρι καὶ γάλα συγκραδύον, ἐμέλοστον. ἔπειτα εἰς τὸ σώμα, καὶ κατ' ἓν πεύσοντα κατεπέχονταν, περιστεραὶ τὸν ήλιον αἱστορούσαι ἀγεντίας τοῦ ὄμητας καὶ μιῶν πεύσοντας πληθύνονται, παῖς Σπατηριόθεαν τὸ πεύσιον. ἐγὼς δὲ ποιῶντος, θάσα ποιεῖν αἰαῖκαντος δὲτὸν ἐσθίοντας αὐθιράπτοις καὶ πίνοντας, διλαγή καὶ σκώληκες ταῦτα φθοραῖς καὶ συπεδύσοις ἐκ τὸν πεύσιον παπιταὶ αἰαῖσθονται τὸ στέρνα σφεδενομένων εἰς τὰ ἄπτα. οὗτοι τοῦτον φανερότερον πεύσικός ὁ αὐθιράπτος, αἰσαρεστίον τῆς ἐπατακούσης ὄπων τὸν μὲν σφέροντας κατεπιθεμένην. πλεῖ δὲ αἰαῖσθοντα τοιούτων θειεῖσιν ἐσμοτὶς ἐσθίοντων καὶ πεύσησθαι ποτανούντων. οὐτως οἱ Μιθριδάτης ἐπιακαθίσκει ημέρας φερόμενος, μόλις απέθανεν. Verè ergo Ammianus Marcell. lib. x x x. Persarum nationem, *suppliciorum varietates, semper exercuisse, crudam*, ait,*

Atque haec grauioribus atrocioribus delictis pœna impositæ erant. Mediocribus vero, minorib[us]que, leuiores irrogabantur. Nam vel exilijs fontes multabant, vel aliqua corporis partē mutilabant: Naso, puta, Auribus, Manibus, Pedibus,

truncantes. Exilijs, Relegationisve exemplum nō aliunde quam à Megabyso petam: cui capit is pœna, in Relegationem verfa esse narratur à Ctesia in Persicis, his verbis, ἀργοτάξει (de Artaxerxe loquitur) πλὴν κεφαλὴν τῷ Μέγαβεντικὸν θύμῳ. Αρμύριος δὲ ἡ Αμυνός ἡ τῷ σώματι τῆς παραμοτοῦ, τῷ εἰρηνικῷ ποντίῳ, αὐτοτασσοῦ ἡ γνωται εἰς πλὴν ἐρυθρᾶν την πολὺ ὄνομαν Κύπρου. Aliud paris pœna exēplum idem Ctesias subiicit, inquiens, ἔροιτεν δὲ ἡ Αρτοξεφής ὁ θύνοδος εἰς Αρμύρια, ὅποι πολάνις νότιο Μεγαλύζει βασιλεὺς ἐπαρρόσιον. Quod autem ad Aurium, Narium, Manuum, Pedum, amputations attinet, eas in Perside usurpatas, indicio est quod Curtius lib. x. Persas, vario suppliciorum modo Græcos captivos adfecisse narrat, Pedibus, quosdam, alios Manibus, Auribūisque, amputatis, iniustisque Barbararum litterarum notis, in longum sui ludibriū reseruasse. Similiterque Diodor. Sicul. lib. xviii. occurrit illos Alexandro narrans, ἵκρωτειασμένοι δὲ πόνοις, οἱ μὲν χάραξ, οἱ δὲ πόδαις, οἱ δὲ ὄτα, καὶ πῖνας. Confirmat hunc Persarum morē Zopyri historia, qui ἀποταμὼν ἐωντὸν πλὸν πῖνας, καὶ ὄτα, καὶ κόμιλα καρφος φεύγειας, καὶ μαστῶσας, ἥλθε ἀργεὶ Δαρεῖον, ad Babylonios trāsfugit, quo rū alliciēdorū inescādorūmq; causa, à Dario se lacrātū verberibus, narēsque, & aures sibi præcīsas finxit, quemadmodum Herodot. lib. i i i. & Iustinus lib. i. narrat. Iijsdem vterq; libris Mago Cambysem vtrāisque aures præcidi iussisse commēmorat. Alexandrum etiam iussisse Bessum Darij percussorem tradi Oxatri Darij fratri, vt cruci adfixum mutilatis Auribus, Naribūisque, Barbari sagittis configerent, Curt. lib. vii. refert. Tacitus lib. xii. Annalium. Meherdates promissa Parrhacis paterni

clientis securus, dolo eius vincitur, traditūrque victori. Atque ille, non propinquum, neque Arfacis de gente, sed alienigenam, & Romanū increpans, Auribus decisis vivere iubet, ostentui clementiae suæ, & in nos debonefamento. Apud Persas quoque Aures, more regio, secari solitas pro delicto, Ammian. Marcell. lib. xxx. scribit. Denique Xenophon lib. I. Aracās. iustitiam Cyri prædicans, οὐ μὴ δὲ τὸν αἴτιον εἴποι, ὡς Τοὺς κακάργεις καὶ αἴτιοις εἴδαντες, αἷλοι αἴφειδεστα πάντων ἐπιφερεῖν πολάνις δεῦ ιδεῖν παρὰ ταῦς τις οὐδεὶς, καὶ ποδῶν καὶ Αρῶν καὶ οφθαλμῶν τεραμόνιοις αὐθάποις. Hinc Arrianus lib. I II. Βαρβαροῖν εἴσεσθι αἴφειδεστα πλὴν λάεις. ait.

Interdum & Oculos noxijs effodiebant, exculpebāntque. Proinde inter exempla pœnarum, quæ sub imperio Cyri edebantur, utrisque luminiibus orbatos ponit Xenophon lib. I. Aracās. & ita Arfacem captum, effossis oculis, in castellū quadam Sapor Persarum Rex relegauit, quemadmodum Ammianus Marcellinus, lib. x x v i i. refert. Porrò, ut suis tēporibus Oculi, ijs qui hoc pœnæ genere mulctabantur, effoderentur, eruerentūrque, Procopius lib. I. de Bello Persico, docet. Etenim, de Cabade qui Blasen excæcauit. Ἰεπόφλωτος, ait, Θέπω δὲ, οὗτοι πυφλοις οἱ Γέρους ποιεῖν ταῦτα κακούργεις εἰσιθασιν. Ελαγον εὑστα καὶ αὐτὸς οὐς μάλιστα τέον εἰς την οφθαλμοιν οὐ παύοντας, δηπχόντες προίλω πνεύσιδηρον παρεχειρωπτικόν, καὶ ταῦτη τῷ οφθαλμῷ τοῦτος χρίοντες.

Ignominia etiā quandōque noxijs nota habātur, sed & honoris insignia eis detrahebātur. Sic Murrahani, ob re malè gestam, ornamentū, ex auro & gemmis quo redimire crines cōcessū ei fuerat (cuiusmodi crinale summo honori apud Persas ducebatur) detractū Procop. lib. I. scribit, κόρον αφείλετο καὶ,

οὐ δεῖ αὐτοῖς ἡμῖν εἰ τὴν κεφαλὴν πειχῶν εἰσάγειν, οὐ τὸ χειρόν
ἢ μηδέρων πεποιηθέντων, οὐτε τούτα τὰ τὰ περὶ τὸν Πέρσας μέρα.

Publicatio etiam bonorum apud Persas locum habebat. Confiscari namque, & in fiscum cogi bona consueuisse eorum, qui aduersus Regia decreta quid fecissent, ostendit Cyri rescriptum, quod à Iosepho lib. xii. Antiquit. cap. i. refertur: in cuius sanctione, iubet eos qui contra fecerint, in crucem agi, τὰς οὐδίας αὐτῷ τῇ βασιλείᾳ, id est fico vindicari. Idem Ioseph. eiusdem lib. Antiquitar. cap. iii. de Cyro, Τοις δὲ τοῦ βασιλεύτα τὸν ἐπιστρέψαντας συλληφθέντας ἐκέλευσεν αὐτοὺς φέναι, καὶ τὰς οὐδίας αὐτῷ τοῖς πολεμοῦσι τοῦ βασιλείου κατεπαγγέλλει καταστρέψαντας.

Iam quæstionem de reis, per tormenta Persas habuisse, testis est Epiphanius lib. ii. contra heres cap. de Manicheis.

Planè dura lege viuebant Persæ, apud quos vnius ob noxiā pluriq; propinqui omnes plectebātur. Ammian. Marcell. lib. xiii. *Leges apud eos impēdīo formidatæ: inter quas, diritate exuperant latæ contra integratos & desertores, & abominanda aliae, per quas obnoxia vnius omnis propinquitas perit.* Atque ita cū Intaphernes, ex septem Magicidis vnius, contra vetrum, Regiam ingredi, Rege cum uxore cubante, ausus, ianitori ac cubiculario, aditu cum ptohibentibus, aures narēsque amputasset, Darius Rex γένεται αὐτὸν τὸν Ἰνταφέρα, καὶ τοὺς παῖδες αὐτοῦ, καὶ τὰς οὐκίας παῖτας. Οὗτοις παῖδες εἶχον μὲν τὸν συγγενέαν μήτραν λόγον οἰκουμένων, οὐλαβῶν δὲ σρας, εἴδης τὰς δύνατας, quemadmodum Herodotus, lib. i. i. scribit. Vicitum tamen uxoris Intaphernis precibus, fratrem eius, & liberorum natu maximum dimisisse, ibidem Herodotus refert. Sic & in Epistola Artaxer-

xis.

xerxis, apud LXX. Interpretes cap. viii. Esther, de Amane, οὐτε τὸ αὐτὸν τέλοντα ἔξεργαστοι πολές ταῖς Σαταναῖς ἐστρατεύεται οὐτὸν τὴν πανοικίαν, τὰς κατ' ὅλην τὴν τελείαν θητικαπωτὸς θεού, εἰς τὰχοις, ξηροδότος ἀνταρκτίου. Dariūm Artaxerxis filium, dum patri insidias pararet, deprehensum, cum socijs, pœnas parricidij, Dijs paternæ maiestatis vltoribus, dedisse: coniuges quoque omnium, cum liberis, ne quod vestigium tanti sceleris exstaret, interfectas, Iustinus lib. x. narrat. Clementiam tamen Regum Persicorum in liberos eorum qui ab ipsis defecerant, testataam reliquit Herodot. lib. iii. his verbis, ἐπὶ Καστροῦ ἐώστας Πέρσας τὸν βασιλεὺαν ποὺς ποιήσεις, τὸν λιγκαστέαν ξποτίσσας, ὄμοις ποιήσεις καὶ τοῦ ποιητοῦ ποιήσεις τὰς δράχμας. Quod & exemplis aliquot ibidem adductis comprobatur. Artaxerxis quoq; Longimani, pænè omnium gentium litteris, atque linguis celebrata est humanitas, qui vt Ammian. Marcellin. lib. x x x. scribit, Tiaras, ad vicem capitum, quibusdam noxijs amputabat: et ne secaret Aures, more regio, pro delictis, ex galeris fila pendentia præcidebat: Quod & libro superiore notare me memini, & nunc Plutarchi testimonio ex lib. de sera numin. vindic. confirmo, qui tamen hoc non vni Artaxerxi, sed publicis Persarum moribus, tribuere videtur, his verbis. οὐδὲ εἰ Πέρσας τὸν κολαζοδύνων τὰ ιατρικά ταῖς. Τιαρας ξποτίλλοσι, τοῖς ματιούσιν, οἱ δὲ πανοικίας διακρίοντες αὐτοὺς οἰονται. Idemq; in Apophthegmatis, φασι Γρεσσῶν τοὺς ὁμοίους λαμπταῖν πληγαῖς, αὐτὸν τὸ Θραστόν, τὸν Καΐδεων.

Cadauerā autem punitorum, & in quos capitalli supplicio animaduersum fuisset, non semper sepulta fuisse, argumento est, quod de Charidemo

Y

quem recta sibi consilia dantem, Darius abstrahi ad capitale supplicium iussit, Curtius lib. iii. narrat in hunc modum. Hec vociferantem, quibus imperatum erat, iugulant. Sera deinde pænitentia subiit Regem, ac vera dixisse confessus, se peliri cum iussit.

Postremis vero Persarum temporibus, qui Regem offenderant, stare ad Tripodem iubebantur, eoque loci exspectare, quid de his ille decerneret: cuius rei formam Procopius lib. i. de bello persico describit his verbis, *συμμόνιστο χωρίς εχθρός, στέλλεται τῇ οἰκουμένῃ πάντα τὸν μεταβολὴν ἐκεκλεκτὸν αἷς οὐδὲ τῷ πόλεμῳ αὐτῷ συντηνόντων. Τελέτης στάθμος τῷ τοιούτῳ βασιλεῖς αἱτησίνει, ἐπιδιάν οὐδὲ τῇ Περσῶν πολιτείᾳ ὅτι εἴστη τοιούτῳ βασιλεῖς χαλεπᾶς, ἔχοι, πόντον δὲ τοῦ περὶ τοὺς ιβρίους καταφυγῆς θέμα, τῷ διαχρόνιον ιέναι, ἀλλὰ πατεῖ πόντον καθημένῳ τῷ πειπόδει, τῷ βασιλέως περισσοῦ χρεού. Κήρυξ τῇ πάντων γένεσις φυλάσσειν αὐτὸν ἀλλοιώτως. ἀλλοίδια διμεροῦς ἐνοχήματα σκληροῖς ἑπτήπτοντος ήμέρας πολεμεῖσθαις περὶ αὐτὸν χωρίς ἐπαγγεῖλας λατεῖνον ἔκτενεν.*

Idigerdem etiam Persarum Regem, Magos obfallaciam & imposturā, qua ei illuferat, decimasse, Socrates, histor. Ecclesiastice lib. vii. cap. viii. scriptum reliquit, *πειρωνίον οὖν γνούμονος οἱ βασιλεῖς, περὶ μάχην γνώσης αἰδινότων. Porro fœdissimo conuicio, apud Persas proscissum eum, qui mauliere ignauior vocaretur, Herodot. lib. xi. notat.*

Grauissimam etiam habitam contumeliam apud Parthos, si quis nudo asino impositus, duceretur, testis est Iosephus. Etenim lib. xviii. Antiquit. cap. vlt. de Anileō, qui Mithridatē bello ceperat, hæc ait, *Μιθριδάτης ἦργεια λαβὼν, τὴν αἰτοῦσθην ἐνον γυμνὸν εἰδέθην, οὐδὲ αἰματὸν μετέπιν πατεῖ παρθενίας.*

Persa religiosissime sanctissimè fidem dā-

ταν obseruabant, nefasque, vel priuati quique, nedum Reges, fallere eam vel violare ducebant. Testis Xenoph. lib. viii. παρθενόν μόνον, inquiens, βασιλεὺς καὶ οὐ τοστὸν μάτη καὶ τοῖς τὰ ἐργάτα πεποιηκότοις, εἴ τι ὄρκος ὀμοσπέν, ημετέσθιαν, εἴτε δέξιας δοτεῖ, εἰτε εἰ. Nec minor Parthis fidei semel data seruandæ cura, quam etiam, eodem quo Persæ solebant modo, id est dextra pignore ac vinculo, adstringebant. Cuius rei exemplum Iosephus lib. xviii. Antiquitat. cap. vlt. suppeditat. Illuc enim Artabanum Parthorum Regem, Arsinei & Anilei germanorum fratribus audacia obstupefactum, ad eos armigerum & corporis custodem fidissimum mississe narrat, λέγοντα, ὅτι βασιλεὺς Αρτάβανος κατέσφερ οὐδικεμόνος εἴφερεν οὐδὲ τοιούτως αὐτόν. τῇ δραχμῇ γνωμένον, οὐ δέσμονι τῶν κοτὸν αὐτῷ ὄργειν τῆς οὐμετέρας δρεπές ποιούμενος, απέστηε με δέξιας περὶ πίστιν δάσσοντα οὐμῆν, συγχωράντες αὐτούς περὶ αἰσυλίαν ὁδον, καὶ οὐδὲ φίλια παρεχωρεῖν τοῖς αἰτοῖν, δύλος περὶ αἵματα χωρεῖ. Quibus promissis diffidens Arsineus, ipse substituit, fratrem vero suum Anileum misit, qui cum solus venisset, sciscitatus Artabanus cur non & Arsineus una cum eo venisset: vbi intellexit in causa fuisse metum, nequid ab eo malū pateretur, τοῖς περὶ πάντων θεοῖς ἐπάντιτο, μηδὲν κακὸν δράσοντι αὐτοῖς πίστη τῇ αὐτῷ περισσευχωρητοῖς, καὶ τοὺς δέξιαν εἶδον, οὐδὲ μέγιστον πατεῖ πάσι τοῖς εἰκενοῖς Βαρθεροῖς παρεδόγματα τοῖς θεοῖς περιτείνειν τοῖς οὐμαλοῖσιν. οὐ δέ τοι μόνον τοῖς δέξιαν τοστὸν εἴτε δοτεῖς γνωμένον, οὐδὲ πτερύγιον ἀγορασθεῖν εἰ ποιέσθε εἰσπραλεῖας δόσις γνωτον, πατεῖ τῇ πάντῃ αὐτοῖς περιτείνειν.

Peris autem mos erat, floribus & odoribus vias quibus Rex incedebat sternere. Herodot. lib. vii. de ponte quo Xerxes Hellespontum continentem iunxit, θυμιάματα πονητα, οὐδὲ μηχανάρια κατε-

ζίζορτες, καὶ μυροῦνται τριπλάσιον ὄδον. Ex hoc more, Bagophaneim arcis Babylonicę custodem, obuiam Alexandro egressum, totum iter floribus coronisque constrauisse, argenteis altaribus utroque latere dispositis, quæ non ture modo, sed omnibus odoribus cumulauerat, Curtius lib. v. memorat. Idem Curtius lib. x. vicos per quos iter erat, floribus, coronisq; sterni iussisse Ale xandrum ait.

Sed & pro latitiæ publicæ argumēto Coronis & florib^o vias stratas fuisse, Herodotus lib. viii. ostēdit. Nam cum esset Susis nuntius allatus, Xerxem, Athenas in suam potestatē redegisse, tāto inde Persas gaudio exilijsse, refert, vt vias omnes Myrtho sternerēt, odoresq; vicatim incéderent. Hic de his quæ à Persis ad reliquas genies manarunt, breuiter differam. quo in numero est Nux, mollusca Plauto appellata: quæ inde Persici mali nomē inuenit. Macrobius lib. iii. Saturnalior. cap. x viii. Persicum quod vulgo vocatur, & Mollusca nux dicitur, scilicet quod ceteru omnibus nucibus mollior sit. Huius rei adfertor idoneus est sueius vir longe doctissimus, in Eidilio, quod inscribitur Moretum. Nam cum loquitur de hortulano faciente moretum, inter cetera quæ eō mitiūt, & hoc pomum mitti ait, his verbis.

Admīsee tu Acca basilicis hæc nunc partim,
Partim Persica: quod nomen sic denique fertur,
Propterea quod qui quondam cum rege potentissimo
Nomine Alexandro Magno, fera pīelia bello
In Persas tetulere, suo post inde reuenerūt
Hoc genus arboris in prælati finibus Graijs
Differuere, nouos fructus mortalibus dantes.
Mollusca hæc nux est, ne quis forte inscius erret.
Nuces quoque iuglandes, non modò Karpia basi-

ang, sed & πέπεντο, à quibusdam vocari, Dioscorides lib. i. cap. CXL I. tradit. Vnde Plinius lib. xv. cap. xxi. de Nucibus iuglandibus agens, Et has, inquit, è Perside à Regibus translatas, indicio sunt Graeca nomina. Optimū quippe genus earum, Persicum, atque Basilicon vocant. Et hæc fuere nomina.

Persica quoque mala, ipsa appellatio Persidi accepta fert. Plin. lib. xv. cap. xxi. In totum quidem persica peregrina, etiam Ajiæ Græcieque esse, etiam ex nomine ipso appetat, atque ex Perside aduecta. Et mox. Persicæ arbores, sero & cum difficultate transfiere, ve quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto eorum fuerat hospitiū. Falsum est venenata cum cruciatu in Persis gigni. & panarum causa, à Regibus translata in Ægyptum, terra mitigata. Id enim de Persæ diligentiores tradunt, quæ in totum alia est, myxis rubentibus similes, nec extra Orientem nasci voluit. Eam quoque eruditiores negauerunt ex Perside propter supplicia translata, sed à Perso Memphi satam. Et ob id Alexandrum, illa coronari victores ibi instituisse, in honorem atque sui. Quibus verbis, Plinius eorum errorem refellit, qui Persica mala, venenata in Perside fuisse, soli vero mutatione mitigata, vim nocendi cum cœlo mutasse credunt: hoc enim in Perseam arborem cadere, non in eam quæ mala Persica ferat: quamquam vulgi errorem sequatur Columella lib. x, qui de cultu hortorum inscribitur, his versibus.

Tunc præcox biformis descendit ab arbore ficus.

Armeniisque, & cereolis, pruni que Damasci
Stipantur calathi, & pomis quæ Barbara Persis
Misera, (vt fama est) patris armata venenis.

At nunc expositi paruo discrimine lethi
Ambrosios præbent succos, oblita nocendi.

Ihidorus quoque lib. xvi. Origin. cap. vi. Malum Persicum, ait, vocatum, quod eam arborum primus in Aegypto fecerit persicus, à quo se oriundos Ptolemæi ferebant. Hæc in Perside fructum generat intersectorium, apud nos autem incundum ac suauem. Enim uero Persica arbor, quæ malum Persicum fert, diuersa est à Persica, quam in Aegyptijs arboribus aut fruticibus numerant, copiosissimeque describunt, Theophrastus lib. iiiij. de Histor. plantar. cap. ii. Plin. lib. xiiij. cap. ix. qui & Persicam arborem eō loci nominat, quam lib. xv. cap. xiii. Persicam. & quod ab eo, de Persica, ex quorundam sententia traditur, confirmatur à Dioscoride & Galeno. Dioscorides lib. i. cap. CXLVI. Περσικὴ δέ δρον ἔτι εἰς Αἴγυπτῳ καρπὸν φέρον ἐδάμιμον, οὐδέμαχον, ἐφ' ἡ καρπὸν τελεόρδινα κρανοκόλαπτα φαλάγγια δίστοκητα, μάλιστα δὲ εἰς Θιβαῖς. Et mox, τὴν δὲ ιστορίαν λινες εἰς Περσίδα, μάραρπτὸν θῆ, μεταπεθέντες εἰς Αἴγυπτον, ἄγουσθέντες καὶ ἐδάμιμον γένεθλια. Galenus lib. ii. de Facultatibus Alimentorum. cap. τοῦ Περσικοῦ. Εἶδον καὶ τὸ πότιον εἰς Αἰγαῖανθρέα τῷ μεγάλῳ δὲ καὶ αὐτῷ ἐνέδρῳ. Ισοροῦσι δὲ τὸν καρπὸν ἀντὶ μοχθηρὸν ὑπάτως ἀπερχεῖν οὐδὲν αἱρεῖν λινές φαγόντας, εἰς Αἴγυπτον δὲ πορθῶντας, ἐδάμιμον αἵτοις τε καὶ μύλοις, ὃν καὶ τὸ μέγεθός ἔτι. Idem Galenus lib. ii. τοῦ σωθεούσι φραμάκου τῷ καὶ πότιον cap. τοῦ καταπλασιάτων εἰς κεφαλαλγία. εἰς Αἰγαῖανθρέα μόνη τε τῆς Περσικῆς δέρμον εἶδον, οὐ μέν εἰς δῆμον καὶ πνιγμόν τοῦ Ρωμαϊκοῦ εἴδενταν. εἰνοι δὲ Περσιοις οὐομάζονται καὶ τὸ φασὶ εἰς Περσικὸν δέρμον θῆ τὸν καρπὸν τὸ δέρμον τούτου. καὶ δὲ τὸ τῇ θῇ Αἴγυπτον χώραν, αἱ λαβέες ωπάρχει τῷ Αἴγυπτοι μῆρον οὐχ οὐ ποιονθῆται καὶ μενδονιον οὐομάζεται. Exstat Platonis Poëta in quendam qui malorum Persicorum satietate perierat, Epigramma huiusmodi,

Ἐκ φοίνικας Περσική, φόνιον φυτὸν ἥγανε Περσική
Γαρ δὲ θωράκου τὸ δαχτύλον τερραῖσιν.

Medica verò mala, originem à Medis trahere, ipsa appellatio satis ostendit. Virgil. lib. xi. Georgic. Media fert tristes succos, tardumque saporem, Felicia mali: ad quæ postrema verba Seruius, apud Medos nascitur quædam arbor ferens mala, quæ Medicæ vocatur: quam per periphrasim ostendit, eius suppressimē nomen: Hanc plerique Citrum volunt: quod negat Apuleius in libris quos de Arboribus scripsit, & docet longè aliud esse genus Arborum. Tardum autem saporem dicit, vix intelligibilem, quod illi ad carnem medium cirri referunt: nam primi & inferior facile suum ostendit saporem. Dioscorides lib. i. cap. XXXI. Καὶ Μηδικὴ μῆλα λεγόμενα ἢ Περσικὰ, ἢ κεφαλαλγά, Ρωμαϊκὴ Κίπεια, πάσι γένεσι. Galenus lib. ii. de Facultatibus Alimentorum. cap. τοῦ Κίπεων. καὶ τὴν Μηδικὴν οὐομάζονται μῆλον, οἱ μηδικα νοεῖν δὲ φθεγόται τερραῖσιν. Plinius lib. XII. cap. III. Ηλιας Ασσυρία, quam alij vocari Medicam, οὐ νεκτηρία medetur. & mox, tentare gentes transferre ad se se, propter remedij præstantiam, fistilibus in vasis, dato per cæurnas radicibus spiramēto, qualiter omnia transitura longius, seri arctissime trans ferrique meminiisse cōueniet, ut semel quæq; dicantur. sed nisi apud Medos & in Perside, nasci noluit. Hæc est autem, cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis, cōmendandi balitus gratia. Nec alia arbor laudatur in Medis. Cūm autem Plin. ait, dixim⁹, reuocat nos ad cap. LIII. lib. XI. quo de anima agens ait, Huius quoque tamen reperta pœna est: ut neque idipsum, quo vivitur, in vita inuaret. Parthorum populus hoc præcipue, & a iuuentu, propter indiscretos cibos: namque & vino facient ora nimio. Sed si bi proceres medentur grano Assyrii mali, cuius est sanguis

tas precipua in esculenta addito. Quod postremum, Plinio auctore, Seruum in suis ad 11. Georgic. commentarijs adnotasse credibile est. Inde certè illustratur quod Virgilius ait,

Animas et olenia Medi

Orafouent illo, et senibus medicantur anhelis. id est, vt Seruius interpretatur δίγνωστα, seu pulmonis vitioum anhelitum, & συστομα oris. De hoc etiam Mediae proprio malo, Solinus in Polyhistore. cap. XLVIII. scribit hæc, *Hos terrarum ductus excipit Media, cuius arbor inclinavit, etiam carminibus Mantuanis.* & mox, *υπουρη σιβινεμορα ιστα οπιαυερυντ εγ και αιλε nationes, per industria transuecti germinis, sed beneficium soli Mediae datum, natura resistentie, terra alia non potuit maturari.*

Præterea Gallos Gallinaceos è Perside primum prodijisse, indeque in alias orbis terrarum regiones deuictos, Athenæus lib. XI. ex Menodoro Samio tradit. Vnde à Græcis Gallus, Γρῖοντος ἐριν vocatur. Aristophanes in Auibus,

Ορνις αφ' ιμβή τῇ γέροις τῷ Ρθοτοκῷ.

Θετοφορ λεγεται άγνότατος Τῇ πανταχοδ,

Aρεως νεοτίος. ad quem locum Scholia festes, μητοντει τὸν διγενήριοντα λέγει. Μήδος τὴρ λέγεται, Αρεως δὲ νεοτίος, ἐπεὶ δύκινος καὶ μάχημος. & mox ibidem, Αρεως νεοτίος, νεοτίος πινες διγενήριοντα λέγονται καὶ η Μηδίνοι. Hesychius, Περσικὸς ὄρνις διγενήριων. Suidas, Περσικὸς ὄρνις διγενήλωρ διλέπιος λοφικός, οὐ διπλούς τοποτελεῖ οὐδὲ βασιλεὺς ἐχεῖτο, ἐκαλέστι Περσικὰ καὶ μινῶν τοῦτο Αεισφαντός, οὐδέος ὄρνις Περσικός. Ex Media vero petitos Phasianos περσικόν, quos Prolobius Rex Alexandriae, in palatio alebat, Athenæus lib. XIII. refert. Ceterum Papyri & Chartarum, vel Parthis ipsis vsum incognitum, ostendit Plinius

lib. XII. cap. XI. his verbis. *Nuper εγ in Euphrate, na-scens circa Babylonem Papyrum intellectum est eundem vsum habere chartæ. Et tamen adhuc malunt Parthi ve-stibus litteras intexere.* Membranis vero vlos Persas, argumento est quod res ab illis gestæ, quæ litteris mandari consueverat, in Membranas redigebantur. Cuiusmodi membranæ Regiorum Annalium codicibus, vsum se, in suis Perficiis confici-bendis, ipsemet Ctesias professus erat, quemadmodum Diodorus Sicul. lib. I. scribit his verbis. Εὖτε οὐδὲ, de Ctesia loquitur, φαντα τὴν θεωρίαν θεωρεῖν (εἰ δις οἱ Πέρσαι ταῖς παλαιάς ταχαῖς κατὰ πανόμοιο τῆλον συντελεῖνται) πολυφρεγμονταί τε καθικασται, καὶ συντελεῖνται τοὺς ισοελαντές τοῖς Ελληνιστικοῖς. Atque ut Persicarum antiquitatum studiosis, quo adeius fieri poterit, fiat satis, aliquid de Mēsuris, & Nummis Per-ficiis adspergam. Persæ itinera Parasangis metiebā-tur. Plin. lib. VI. cap. XXVI. Inconstitiam mensuræ, di-uersitas auctorum facit: cūm Persæ quoque Schoenii, & Parasangus, alia mensura determinent. Festus, Para-sange, apud Persas, viarum mensuræ. Παρασάνγης au-tem, vt Herodotus lib. II. rursusque lib. V. tradit, διώκτης πεντακοντα στάδια. Idem lib. VI. Artaphernem Sardium præsidem, Ioniaz mēsuram per Parasangas tributū imponendi causa, egisse scribit his ver-bis, ταῦτα χρήματα μετρήσας καὶ Παρασάνγης, τοῖς πεντεκοντα οἱ Γέροις τοῖς πεντακοντα στάδια. Hesychius, Παρασάνγης, μετρητὸς διδος πεντακοντα Σταδίοις ἔχειν, Suidas, Παρασάνγης, εἴδος μετρητὸς διδος πεντακοντα στάδια, Xenophonis que verba adducit. Idem & Agathias lib. II. Herodoti Xenophontisque auctoritate tradit: additique, Gerulos seu baiulos humeris onera portan-tes, apud Lazos, singulis Parasangis & confectis,

onera posuisse: aliisque in eorum locum subeuntibus, paulisper quietuisse: idque factitantes, eodem spatio, itinera metiri solitos.

Ea vero quæ mensura constabant ACHANIS Persæ admetiebantur. Suidas Αχανί, μέτρον διαρεπού πάντας αρχηγούς μετριών αστικούς μὲν αἰς μηδοτρόπην Αχαντέλης. Eustathius in II. Odysseæ, αἰνὴ αἰς Αχανίαν οἱ διανομαὶ τῆς πόλεως εἴησαν. Περισκέπτεται δέ τοις ἀπεπέμψεις θητοπομοιοι τοῖς Σταροῖς. Qua de re scilicet alibi dicturum pollicetur: quod præstitit in eiusdem Odysseæ. τ. vbi ait, καθαίσθη ιχνίζει, ηταν γένει Αχανί, μέτρον βοσκούς, πολλῶν πτῶν φασὶ μετριῶν. Περισκέπτεται, φασι μέτρα αἰς Αχανία, νέος γένεις εἶπον πρέσ. εἰς αἰς ἀπεπέμψεις θητοπομοιοι οἱ δηπιθεωταί τελλούμφοι.

Persæ autem nummis aureis Darij forma percussis vtebantur: qui, quoddam eius Principis imaginem insculptam haberent, inde Daricorum monumen traxerunt. Χαρακτῆρα enim Δαρειον habuisse eos, Diodor. lib. x vi r. ait Vnde venustè Socratem dicere solitum Βασιλέων Δαρειον ἔχει μᾶλλον φίλον, οὐ πάντα Δαρειον, Plutarchus τοῦ φιλαδελφίου, refert. Regi utique Dario, quemadmodum Herodot. lib. IIII. tradit cura fuit, memoriam sui, ad posteros trāsmittere insigni aliquo opere, quod ab alio nullo Regum factum esset. Eaque de causa, ex auro quam potuit purgatissimo monetam percussit. Quem emulatus Aryandes Ægypti Prætor, idem exargento fecit. verum ea re cōperta, insimulatum, quasi rebellaret, nouisque res moliretur, Darius morte adfecit. Darici aurei, ait Harpocration, erat χρυσοῦ στατῆρες. ήδεναν δὲ οἱ εἰς ταῦτα οὐδὲ καὶ οἱ χρυσοῦς φίλοι τοῖς Δαρειοις, οὐχ ὡς οἱ φίλοις τοῖς Δαρειοις, τῷ Ερέβῳ πατέρες αἱρετούσι.

Βασιλέως: λέγοντι δὲ πνευματικῷ Δαρειον ἀρχηγοῦς φραγμαῖς οὐδὲν. οὐδὲ τοῖς πάντα Δαρειοις διωδεῖται μηδὲ δρυγεῖς. Cui non omnino, consentit Suidas: non quidem primis sed nouissimis verbis. Ait enim, Δαρειος, ήδεναν πάντα χρυσοῦ, οὐδὲ Δαρειος φραγμαῖς ἐπενόσον. Et inox, εἰσὶ μὲν χρυσοῦ στατῆρες οἱ Δαρειοι. ήδεναν δὲ ἔκαστος αὐτὸς οὐδὲν οὐ πάντα τοῖς Δαρειοις οὐρανοῖς χρυσοῖς (εμενδα χρυσοῦ) τῷ Δαρειον τῷ Ερέβῳ πατέρες αἱρετούσι. λέγοντι δὲ πνευματικῷ Δαρειον φραγμαῖς δρυγεῖς εἴκοσι. οὐδὲ τοῖς πάντα Δαρειοις ήδεναν φίλοις δρυγεῖς. Et ita Daricos accipe apud Plutarchū in Artaxerxe, non semel, & Lucianum in Nauigio, seu votis, & in Toxari: item apud Athenaeum lib. x i i i. cum Alcibiadem ait, Τιμαζαν Agidis Lacedæmoniorum Regis vxorem, missis Daricis mille, de stupro appellasse.

Persarum etiam nummos Sagittarij nota signato fuisse, docet Agesilai iocus, qui Asia decedens fertur amicis dixisse, οὐδὲν τερπεῖν τοξότους Κέρελαντον τῆς Ασίας, οὐδὲν βασιλέως. τῷ τῷ Γρησον νόμον, addit Plutarch. in Apophthegmat. Τοξότων θητομον εἶχε.

Posterioribus vero temporibus Persarum Regibus argenteum tantum, non item aureum nummum nota sua signatum percutere licuisse, Procopius lib. III. de bello Gothicō scribit. Καյποι ήδεναν φίλοις οὐδὲν βασιλεὺς εἰσέραστο ποιεῖν εἴσθε. χαρακτήρα δὲ τοῦ έργου οὐδὲν βασιλεὺς ταῦτα χρυσοῦ οὐτε αὐτὸς θεμις οὐτε τοῦ άγονού οὐτε οὐδὲν βασιλέα τῷ πάνταν βαρεαφόν. Καύητα μᾶλλον οὐτα χρυσοῦ κύλεον, επει οὐδὲ τοῖς ξυμβάλλοντι ποστεροῖς τῷ νόμοντα τὸν οἱ οἱ ποιον, Καραρίος τοῖς ξυμβάλλοντας τῇ ξυμβάλλειν.

Perficos quoque nummos stateras vocat Herodotus lib. III. Democedi medico phialam stateribus

plenam dono à Darij vxoribus datam, refert: quo genere nummororum etiam phocaenses vsos Åelia-nus lib.xii.Var.histor.cap.i.indicat. Stater autem, vt Suidas exponit, erat περσάκων νόμοια. & τὸ Σέδ-
γιον, & τὸ ζύνιον, ἡ εἶδος νομίσματος. Αεισφαιντος πλούτῳ,
σπαθίοις & οι θεραποντες δράχμῃσι, τούτηι, νομίσματα περισ-
ρράχηα ἡ σεβεία. Verum apud Herodotum State-
rum nomine Daricos intelligendos, eius ipsius in-
dicio prodam. Sic enim lib.vii.Pythij Lydi opu-
lentiam memorans, χριστὸν, ait, περγανοῖς μετειδας
Σατήρον Δαρεινόν.

Porrò Persica lingua cognitu difficilis habe-
batur à Gracis. Vnde Themistius Oratio. II. χα-
λεπώτερον δι' σωμάτιον ἢ τῆς Περσικῆς σφραγίδεων. ἐκεῖνον δὲ καὶ αὐ-
τολαζρῆς αἰκονῶν ὡς στηρεῖ, ἔχειν δὲ τὴν γένεσιν Στράτεροι. Pro-
inde summae Themistoclis memoriae tribuitur,
quod vnum intra annum optimè Persicè loqui di-
dicerit, quemadmodum Quintilianus lib. xi. cap.
111. scribit. Is enim, vt Valer. Max. lib. vii.
cap. vii. Diodor. Sicul. lib. x i. Plutarchus cùm
Æmilio Probo in eius vita, testantur, per summam
iniquitatem patria pulsus, & ad Xerxem, quem
paulo ante deuicerat, configere coactus, priu-
quam in conspectum eius veniret, Persico sermo-
ni se assuefecit: vt labore parta commendatione,
Regijs auribus familiarem & assuetum sonum vo-
cis adhiberet. Alcibiadem quoque linguam Persi-
cam didicisse, Athenæus lib.xii.auctor est. Peuce-
stem etiam ex custode corporis, Satrapem Persi-
dis ab Alexandre constitutum, Persicam linguam
didicisse narrat Arrian. lib. vi. Nomina autem
Persica fere omnia littera terminari, Herodo-
tus lib. i. scribit his verbis. Ταῦτα οὖματα γένουματα, π

Δωειτες μὴσι οὐκετόσι, λαρες δὲ, σηματα. ἐξ τοῦτο μηδένιον
διρήσις πελεποντα τῷ Μερσέαν τε οιωόματα, οὐτε μόνι, τε οὐ-
τοι, διγά τεττα διμοίωτα.

Sed enim non ingrata forte fuerit Persicorum
quorundam vocabulorum ex diuersis coaceruata
locis congeries. Persica esse nomina, C A N D Y S,
S A R A P I S, G A Z A, T Y C T A, O R O S A N G E,
M I T H R A M A G I, P A R A D I S V S, S A T R A P A,
P I S A G E, A S T A N D E S, R Y N D A X, C O N D Y,
A R M A M A X A, G A N G A B E, P A R A S A N G E, supra
docui. His adde, C Y R V M Persico sermone, Solem
significare. Auctor Ctessias, qui Parysatideim Dario
præter Artaxerxem, alium filium genuisse, narrās,
addit, & οὐκπινόνομα αὖτε δέποτε οὐλίας Κύρον. Plutarc.in
Artaxerxe, οὐ μόνον Κύρος, οὐτοί Κύροις τοιαύτηα
ἔχειν εἰνι φερετοντες δέποτε Ηλιάς θυέτας φασι. Κύρος τοις καλεῖν Πέρ-
σας τὴν Ηλιον. Idem & Plethon in expositione eorū
quaes in Magicis Zoroastri oraculis obscurius di-
cūtur, scribit. D A R I V S, lingua Persica, idem signi-
ficat, quod Græcè ἐρένης, id est coérctitus. X E R X E S,
idem quod ἀρένης, id est marrius, seu bellator. A R-
T A X E R X E S, idem quod μέγας δρόπιος, id est ma-
gnus bellator. Quod nos Herodotus lib.vi.docet.
Ammianus Marcellini. lib. xix. Persas refert, in
acie, Saporem appellasse A C H E M E N E M, & A R-
T A X E R X E M, quod, Regibus imperans, & Bellorum
victor, interpretatur. Z O R O A S T R E M Persica lingua
ἀσπόδητον significare, Laërtius ex Dinone, lib.v. hi-
storiar.scribit, in procemio lib. de vitis Philosoph.
Solinus in Polyhisto. cap. l ii. scythes Persa lingua
sua S A C A S dicunt, εγ inuicem scythæ Persas, Char-
saros nominant. Cyrillus Catechesi. v i i. οὐτοί Κε-
ρεῖνον, Μαΐλων έπινοματεν, οὐδὲ κατα τούτον Περσαν διέ-

Auctor tunc ὄμηλον θυκόσ. ἐπειδὴ τὸ δέχεται καὶ ἔδοκε τίς τοῦ,
Μαῖλος ἔστιν ἐπωνόμασεν, οἵονεὶ ἐρυκτὸν πατέας. Apud
Babylonios, Spadones B A G O V vocari, Plinius
lib. x i i i . cap. i i i . scribit. A Medis, Canem
S P A C O N appellari, Herodotus lib. i . & Iustinus
lib. i . testantur. T I G R I S , vero Persica lingua, Sa-
gittam significat: & inde flumini nomen. Auctor
Curtius lib. i i i . M A R M A L C H A amnem re-
gū sonat, interprete Ammiano Marcell. lib. x x i i .
G A N G A M E L A , Persis, est Cameli domus, aucto-
re Strabone lib. x v . C A R D A , Persica lingua τὸ
ἀνθράκες, ὡς πλευρικὸν significat, vt ait, idē Strabo lib.
xi. vnde & furto viuentes ait, C A R D A C E S appelle-
tatos. M E G A B Y S O S etiam σραπηροὶ τὸ Γερσῶν βασι-
λέως vocari, ait Hesychius. Idem Hesychius, Πλεγ-
μαγίλον, οἱ Πέρσαι τοὺς δέχεται λογοταξίους λέγοντο. Sed &
σραπηροὶ Περσῶν, eorum lingua P A S A G A R D A di-
cebatur, vt auctor est Strabo, lib. xv . Persicum gla-
dium A C I N A C E M vocari Herodot. ait lib. viii .
Eustath. in Odyss. τ. Αἴλιος ἡ Διονύσος λέγεται Περσικὸν
ὄνομα, ὡς Μαρδύας ἔστι τὸ φυσικόν. Ferè ad metam
peruenimus. Restat enim aliud nihil, quām vt
Persarum corpora terra condamus: hoc vno præ-
misso, finem vitæ Persarum longissimum, octa-
gesimum annum fuisse. Cambysis enim legati Re-
gi Äthiopum interrogati ζεύνον ὄκοσον μακροπεπον αἴπερ
Γέρων ζών: responderunt, οδόνοντα ἔπειτα ζώντος πλήρωμα
αὐτῷ μακροπεποντα περιέσθη, quēadmodum Herodot.
lib. iii . refert.

persæ verò magno apparatu funera celebra-
bant. Testis Curtius lib. iii . his verbis. Alexander
possero die cum cura sepultū militibus, quorum corpo-
ra insuenerat, Persarum quoque nobilissimis eundem ho-

norem haberi iubet. Matrīque Darij permitti, quot vel-
let, patro more sepeliret. Illa paucos arta propinquitate
coniunctos pro habitu praesentis fortunæ humari iusit,
apparatum funerum, quo Persæ supraea officia cele-
brarent, inuidiosum fore existimans, cum viētores haud
preiōse cremarentur. Cyrum in ultima valetudine,
mandasse quādam de funere suo Xenophon lib.
viii . πατέ. scribit: quem locū Sueton. in Iulio, cap.
lxxxvii . laudat. Iusta, patri mortuo fecisse Cyru, idē Xenoph. lib. viii . πατέ. narrat his verbis. ἐδυτε τὸ
τομέζορφα ἰστεῖα κατέπειται χρυσὸν Γέρων καὶ τὸ πατέα, &
τὸ δέκα διεδίδω. Apud Persas autē cadauera humari,
non cremari vel rogo imponi, cōsueuisse, certum
est. Ignem enim numinis loco habebant, eūin-
que pro Deo colebant, ac venerabantur: &
ideo humana corpora voranda consumendāque
Deo obijcere, nefas atque impium censebant.
Proinde Cambysi vitio datum est, quodd Amasis
Ægyptij Regis cadaueret, cremari, contra patrium
Persarum morem, iussisset. Hæc nos Herodotus
lib. iii . docet his verbis, Καμβύσης δὲ ἐπεὶ ἐσῆλθε ἐς τὴν Αιγαίον
Αιγαίον οἰκία, αὐτήκατα ἐκέλευθε τῆς Ταρίνης τὸν Αιγαίον νέκυν
ἐκφέρει ζών. αἰς δὲ ταῦτα θητεπλεὰ εὔχετο, μαστιχῶν τὸν νέκυν
ἐκέλευθε, καὶ ταῦτα τελέατα ποτίλλειν, & κερποῦ, & τὸ λα-
μαγέτερον, ἐπὶ τοῦ δὲ γάντα τοκεμπτες (οὐ τὸ δὲ νεκρός,
εἰτε πετρυχυμένος, αὐτέχει τὸ γάντινον δειχέσθω) ἐκέλευθε μὲν ὁ
Καμβύσης κατακαΐση εὐπλόδωμος τὸ δότα. Πέρσαι τὸ δέ τον νο-
μίζονται τὸ Πέρση τὸν κατακαΐσην τοῦ νεκροῦ, εἰδέμεντος τὸν νόμον
εἰδεπροστέονται, Πέρσης μὲν δὲ διόρθῳ εἴρηται, θεᾶς καὶ μήτρας τοῦ Ελ-
λαγίου γε Ηραδέτην οὓς φύσιδι ταῦτα Magos etiam μόστον ήσαν

σειραις θάλασσαις, Diogenes Laëtit. in Procemio tradit, quod & confirmat Strabo, lib. xv. cum de honore quem Pyropo persæ habebant, loquens, ait, *καὶ τοὺς νεκροὺς ταφέτεροι καθάποτε οὐδὲν πέμπουσι, καὶ λύπην.* Itaque parasydem, caput & dextram Cyri sepelijste, in Cresia fragmentis legimus.

Quæ cum ita se habeant, mirum est quod Iustinus lib. xxxvii. scribit, legatos à Dario persarū Rege Carthaginem missos, adferentes Edictum quo panī humanas hostias immolare, et canina carne vesci, prohibebantur: mortuorum corpora cremare potius quam terra obtruere, à Rege iubebantur: quibus cupide paruere. Inter cætera v̄tique crimina quæ Seosi obiecta fuere, Procopius lib. i. de bell. persico, hæc narrat. *Καγάπα τε τὸν αὐτὸν δαχνόντα τέλειν, ἐπειδὴ τὸν θυτὸν στολὴν ἔκαλος τὸν γυναικαν διάφανον ἀπειριζόντων Τοῖς Ρωσῶν νόμοις γῆρας κρύψιμον ποτὲ τὰ τὸν νεκρὸν Κουάνα. οἱ μὲν οὖν δικαιοτέροι Σοβανοὶ τὸν διάκοπον γενοσσούσι.*

Cera vero oblita fuisse corpora, priusquam humo mandarentur, ostendit Herodotus, qui lib. i. ait, *κατακηρύσσοντες δὴ ὃν τὸν νέκυαν Γέρσον, γῆρας κρύψουσι.* Strabo lib. xv. *Θαῦσοι δὲ τηροῦσι ταπειλάσσοντες τὸν Κουάνα.* Cicero i. Tusculana, Condiunt Aegypti mortuos et eos domi feruant: Persæ iam Cera circunlitos condiunt: ut quammaxime permaneant diuturna corpora.

Alium vero à populi Persici moribus diuersum humandi ritum Magi obseruabant. Etenim, vt Cicero lib. i. Tusculanar. Quæst. scribit, *Magorum mos erat, non humare corpora, nisi à feris essent ante laniata.* Herodotus lib. i. inter ea quæ vt parum sibi liquido comperta, & explorata, de Persarum moribus scribit, ponit hæc, *οὐ ταφέτεροι θάλατταν αὐδρός Ηέρσων οὐκέτες, αφίνειν τὸν ὄρνιθας ἡ κυνός θυναδῆ μελέτοις αὐδρός*

τὸν ἀργετέας οἰδα τῶν ποιόντας. ἐμφανέως γοῦδὴ ποιεῖσθαι. Strabo lib. xv. *τοις δὲ Μάργοις οὐ διατίθενται, εἰλικρινούσιοις εἰσι.* Quem morem postea Parthos usurpasse, docet Iustinus: de Parthis enim lib. xli. loquens, sepultura vulgo, aut avium, aut canum laniatus est. Nudum demum ossa terra obtruunt. Idein etiam postremis persarum temporibus, in usu fuisse, Procopius testatur. Apud eum enim, lib. i. de bello persico, Cabades Iberos Asiam incolentes ad fidem deferendam sollicitans, *αὐτῷ τῷ βασιλέᾳ γουργήν εἴπεσσαν τέτοιαν ἀλλα ποιεῖν Ηέρσοντας τοὺς νεκροὺς τῷ γῆρασκῷ κρύψιμον, χαλκοῖς κρύπτειν, τὸν ὄρνιθα τούτην γένεσθαι.*

Agathias autem lib. ii. hæc de persicæ sepulturæ ritibus scribit. Tunc demum Mermerois demortuum corpus, qui circa se erant, elatum, et extra urbem destinato in loco depositum, solum nudumque reliquerunt, canibus, simul et avibus, vel eiusmodi ceteris obscuris et sarcouoris ahimantibus laniandum et abfumepolym. Hunc ex lege seruant Persæ sepulturæ ritum, nec propter ut carnibus ossa per campos dispersa iaceant, vetunt. Apud hos nāque in arcum vñnamve mortuos condere, vel terra obtruere, haudquaquam fas est. Cadaver vero, ad quod non statim dilacerandum aduolent aues, aut canes accedant, hominis fuisse affirmant, qui iniquitatibus moribus fuerit, iniquiorisque animi, et dignus plane, qui in barathrum detrudatur, in prauique Dæmonis dictiōnem ut veniat: et propinqui mortuum tunc maxime deflent, ut cui nihil putent spei reliquum esse. Nec parce melioris participes fore. Quod si quamcelerrimè mortuus deuoretur, beatum hunc et felicem dicunt, huiusque animam et demirantur quammaxime, et Deo similem faciunt, et dignam omnino, quæ in campos Elysios deferatur. Accedit etiam, quod si obscuriores

quidam & infirmæ fortis, interea dum rem militarem exercent, grauiſſimo morbo acrius vrgeantur, vt vel ſpirantes adhuc & sobrios efferant, & quodam depositis loco, panis frumentum & aquam baculumque iuxta apponant, vt quamdiu cibum poterunt deguſtare, & virium aliquid his relinquatur, eo ſe baculo a belluis tueātur, & coniuiaſ hoc abigant ad ſe venientes. Sin verò vel ſpirantes adhuc viſ morbi peruicerit, atque adeo, vt manus mouere nil queant; tum miſeros illos & ſemimortuos, incipientesque animam exhalare, aues canesque deuorant, & vita ſpem demunt, ſi qua tunc forte fuifet. Qui verò ea ex aggritudine conualeſcunt, & ſe domum receperunt, haud ſecus viſi alijs ſunt, vt in Tragedicis fit tabernaculis, ac ſi tenebrarum è foribus prodiuſſent, & extenuati prorsus, oriſque colore alienato, obuijs timorem incuterent: vnde vniuerſi hos auerſantur, & perinde omnium ſceleratissimos confeſtim defuigunt, & tanquam apud inferos adhuc fore agentes declinant: nec priſtinis & conſuetis ad vitam muneribus frui, priuatis hoc finiunt, quād per Magos admiffa in ſe iniquitatio expurgetur, quād perinde ex mortuis expectatione contraxerat & quaſi vt riuere poſſint, potestatem recipiat. Sed hiſ Agathiae verbis perſis in æternum claudamus lumina noctem.

FINIS LIB. II.



DE REGIO PERSARVM PRINCIPATV LIB. III.

PER I instituto tanquam fastigium liber hic imponet: quo rem cognitione dignissimam, & qua in Persicarum antiquitatum tractatione non inſimum locum obtinet, deſcribendam exponēdamque fuſcepimus. Militarem nimirum Persarum diſciplinam atque industriaſ: ex qua non modicam laudem ea gens olim adepta eſt. Ad eam certè multum iſtudij non priuati modò, ſed & Reges ipſi, adhicebāt. Etenim Πέρσων βασιλεῖα τῇ πολεμικῇ ἔχουσι τημένη, Xenoph. in Oeconomico ſcribit. Bellicæ utique laudes, ſupra ceteras ſemper in populo Persico eminuerunt: eximiōque ac präcipuo honore, in Perside, fortiuitidine prästantes viri adſiciebantur. Primas enim honoris & gloriae parres, bellicæ virtuti tribuiffe Persas, Herodotus lib. i. ſignificat, cùm ait, ἀνδραὶ τὸν ἄντρον πολέμου πάντας τὴν εὐαγθίαν, ὅτι ἀν πολλοὺς πολέμου πάντας. Eaque vel maxime gratia, ab iñeuincate, Equitare, Iaculari, Sagittarięque diſcebat: Venatu etiam exercebantur. Hæc enim iuſti prälij quaſi präludia erant. Et ita laboribus militaribus tolerandis, pæne à pueris af-

Z. ij

scabant. Ammian. Marcell. lib. x x x i. de Alanis. Inuentus vero equitandi vsu à prima pueritia coalescens, incedere pedibus existimat vile, & omnes militaris disciplina prudentes, sunt bellatores. Vnde etiam Persæ, qui sunt originales Scythæ, pugnandi sunt peritissimi. Eadémque de causa, & natare discébat, & sumique & frigus perpeti: ἀνα καὶ μεγαλοφορια, καὶ πόδια καὶ πλύνται αποκαίησε, καὶ ταῦτα καίμα δὲ, καὶ ταῦτα ψύχεσθαι οὐμέρους, καὶ χυμός τοξεύεται, καὶ αὔρωχα φυλάττειν καὶ ἴππα, καὶ εἰσῆπα, quemadmodum Strabo lib. xv. & ex eo Eu-

stathius in Dionys. de Situ Orbis, memorant.

Quinetiam vel in alta pace, gladio semper accincti ambulabant, vt Ammianus Marcell. lib. xxii. indicat his verbis, Omnes tamen (de Persis loquitur) promiscè vel inter epulas festò que dies, gladijs cincti certuntur: quem Græcorum veterum morem abieciisse primos Athenienses, Thucydides est ancor amplissimus. Iosephus etiam lib. xviii. Antiquit. Iud. cap. i i. Regem Parthorum inter epulas à suis cæsumi obtrūcatumq; narrās, subiicit, μαχαροφορεῖ πόρος ἄπαντα. Quod Romanis qui non nisi in procinetu, & sagis sumptis, gladio accingebantur, Barbaricum videbatur. Vnde Ouid. lib. v. Trist. Getas semper ensæ accinctos, mordet.

Equis quoq; adsiduè hæsisce Persas, nec vñqñā, pharetras humeris suspensas, posuissc, Herodianus lib. v. testatur his verbis, Τίξοις δὲ καὶ ὑποισ εἰς τὸ πολεμικὸν μόνον χειλῖπ, ὡς τῷ Παρθοῖ, αλλὰ ὃν πολέμων σὺν αὐτοῖς δρεπεφοιτ, καὶ θρῶντες διατῶνται ὑπὸ τοὺς φρέβας ποτὲ Σατραποῖς, ὃν τὴν ἐπιπλανητικὴν τοιότητα, δεῖ εἰς αὐτοῖς χειροβοι,

η̄ Σατρά τηνταν.

Iam Persæ, ex quo primū per ætatem arma ferre poterant, in numeros referebantur. A vicefimo

verò anno stipendia merere cœpisse, Strabo lib. xv. docet his verbis, σπατινοῖς δὲ ισχύος ξενοῖς εἰνοῖς εἰρῆσις πεντηκοντα, καὶ πέζοι καὶ ιππεῖς.

Nec vero vacationem militiæ quisquam habebat. Ad Delectum itaq; cuncti iuniores respondere, & nomina dare, Régemque in militiam euntem sequi cogebantur. Atque adeo ægrè indignaque ferebant Reges militiæ vacationem à se postulari cum in expeditionem proficiscebantur.

Proinde Darius, qui primus post ablatum Medorum Imperium, Persas & magnam partem Orientis obtinuit, cum bellum Scythis Orientem cingentibus indixisset, rogatus ab Oëobazio nobili sene, vt ex tribus liberis, vnum, insolatum, Patri relinquenter, duorum opera veteretur: plus quam rogabatur, pollicitus, omnes sc illi remissurum dixit: & occisos, in conspectu parentis abiecit: quemadmodum Herodotus lib. i i i. & Seneca lib. i i i. de Ira, cap. x v i. narrant. Xerxes quoque Pythio Lydo quinque filiorum patri, vnius vacationem petenti, quem vellet, eligere permisit: deinde quem elegerat, in partes duas distractum, ab utroque viæ latere posuit, & hac victima lustravit, exercitu, vt Herodotus lib. v i. & Seneca eiusdem lib. i i i. de Ira, cap. x v i. memoria prodiderunt. Graue ergo & Regibus inuisum delictum erat, militiæ munus detrectare. Cum autem copiæ conscribenda erat, exercitūisque cogendus, alicui ex Satrapis id negotij dedisse Regem, ait Herodianus lib. iii. Idémque lib. v. Mercenario milite Persas ætate sua minimeulos tradidit: sed statius

castris exercitum habitum: verum omnem populi, ac vel ipsarum quandoque mulierum, multidinem Regis Imperio cogi solitam: quæ mox bello peracto, suas protinus in sedes dimittebatur, absque alijs stipendijs, commodis, aut præmijs quam his, quæ cuique ex præda supererant. Verba Herodianide Persis loquentis sunt, *καὶ τὸ μὲν πόροις γέρωνται στρατώπεια οἱ βαρβάροι ἀπό τῷ Ρωμαῖοι γέρει στρατεύεσθαι εἰχοι πλείστην μέροντα, πολέμου τέχνας εγένετον αστυνομία, οἷα πᾶν τὸ πλῆθος τὸ δυρσὸν ἔδειστην καὶ τὴν γαλακτοῦ, ἀπὸ πελῶν βασιλεὺς αὐτοῖς ζετεῖ. Μέλλοντος δὲ τὸν πόλεμον, ἵνας εἰς τὸ ἑαυτὸν ἐπειρχεται, Ταῦταν διπολεμήσοντας δὲ τὸ δέ, δρπαγῆς αὐτῷ περιθύντα. Amm. Marcell. lib. xxii.* Militari cultu ac disciplina, præludiisque continuis rei castrensis ex armature, quam sibi formauimus, metuendi vel exercitibus maximis, equitatus virtute confisi, ubi desudat nobilitas omnis et splendor. Pedites enim in speciem Mirmillonum conteleti, iussa faciunt, ut calones: sequiturque semper hæc turba tanquam addicta perenni seruitio: nec stipendijs aliquando fulta nec donis: et gentes plurimas præter eas quas abunde perdomuit, sub iugum hæc natio miserat, ita audax et ad pulueres Martios eruditæ, ut bellis ciuilibus, externisque adsidue vexaretur.

Generaliter vero de persarum armatura hæc Hetodotus & Xenophon scribunt. Ille quidem lib. vii, exercitum Xerxis recensens, Γραμμὴ ait, φρέσκειν αστυνομίαν. τοιούτην τῆς κεφαλῆς εἶχον Τιαράς, καλεόμενοι, πίλοις ἀπαγγειλαντεῖς δὲ τὸ σῶμα καθίστανται χειρωνοῖς ποικίλοις, λεπίδος αποκρέπει ὅμηρον εἰχθυοντεος. τοιούτην δὲ τὰ σκέλεα Αντικυθίας. αἰτεῖται δὲ αστιδεν, γέρει. τοιούτην δὲ φαρέβεαντες ἐκρέπουσιν. εἰχμαὶ δὲ βεργάλαι, εἶχον, πέζα δὲ μεγάλα, δίστης δὲ καπάριαις, τοιούτην δὲ μεγάλην τὸν Δέξιὸν μηρὸν παρεγγέρειν.

εὗμα ἐκ τῆς ζώνης. Et paulò post, Μηδικὴ πλειαῖς αὐτῖς τοιούτην εἴσαλμον εἰσραπεῖστο. Μηδικὴ δὲ αὐτὴν εἰσελθεῖση, καὶ οὐ περπική.

Xenophon vero lib. vii, παγδίας. απλομένοι δὲ πάντες ήσαν, οἱ τοιούτοις Κύρῳ ὄπλοις, καὶ πάντοις φοινικοῖς, θεραπεῖσι χαλκοῖς, κρανίοντος χαλκοῖς, λόφοις λαβυρῖνθοις, μαχαίραις, παλτῷ κρανίοντα ἐπικαστος, οἱ δὲ ἕπτοι περιμετωπῖοις πατὴτεσερηρίσιοις καὶ φρεστηλερίσιοις χαλκοῖς τὰ δὲ αὐτὰ τοιούτα καὶ φρεστηλερίσια, λιτὴ δὲ αὐτρί. Συστὸν δὲ μόνον διέφερον τὰ Κύρου ὄπλα οἵτινες δὲ μάχα εἰέχεισον φρεστηλερίσια, καὶ δὲ Κύρου ὄπλα ὡς τῷ κατόπιν τοιούταντα. Vulgaria tamen persarum Arma, siue ad nocendum, siue ad tegendum, erant haec, Acinaces, Copis, Sagaris, Lorica, Gerra, Pelta, Tela, Iacula, Arcus, Sagittæ, fundæ; de quibus singillatim dicam. Sane vulgarem persicum gladium ACINACEM appellatum nemo ignorat. Herodot. lib. vii. Πεσσοὺς ξίφος, πάκιναν καλέσοιται. Vnde Polemon in Epitaphio Callimachi Ακινατοῦ Μηδικὴν dixit.

Acinaces autem persarum breues fuisse, declarat Iosephus, dum sicariorum gladioles adsimiles facit Acinacibus persarum. Sic enim lib. xx. Antiquitat. de sicariis loquens, χειρίδιοι ξιφιδίοις, παρεχηλοῖσις μέρη τοιούτοις τοιούτην γραμμὴν Ακινάνοις, οὐτικόμπτοις δὲ. Herodotus lib. vii. dum Persarum armaturam describit, habuisse eos, ait, εἰχειδη τοιούτην πεζὸν μηρὸν παρεγγέρειμα ἐκ τῆς ζώνης. Vnde apparet pugiones, ex zona aut baltheo appensois habuisse, qui incumbebant in dextrum femur: cùm ex altera parte sagittæ & pharetræ pendere.

Breuiores quoque fuisse persarum gladios, indicio est quod Diodorus lib. xvii. de Dario ad Issum bello victo, narrat, πέζην, καὶ πάξιν,

πολὺ μείζω τῶν περιεγένερων ἐπίσταται, ἢ οὐ πολὺν δέ
τύπον πολὺν μάχην πεπεφεύγεινεν. Vaginam autem
Acinacis Persicam ab eodem Dario, in eam for-
mam qua Græci vtebantur, mutatam fuisse, Q.
Curtius lib. II. scribit. ACINACEM tamen Hesychius,
Suidas, & Etymologici auctor, non solum
Περσικὸν ξίφος, verum etiam μάχην δορύ interpre-
tantur.

COPIDEM Persas dextra gestasse, Xenophō lib.
III. παρ. docet. Etenim arma Persarū recensens ait,
Κόπις δέ τον Σάργαν, πλι' δέξιαν. Copidem etiam ut gla-
dij Persici genus, Plutarchus in Alexandre memorat. Idem in Aristide, Persas in Platæensi pugna
Copidibus vsos ostēdit, καὶ τοις πάντας, inquiēs ξίφας μάχη
τὸν δρόμον, διὰ τοῦ Κοριτοῦ τὸν αἰγαλεῖας λεγόμενον. Polemō
in epitaphio Callimachi, τὸν Κοριτόν προτιμῶν αἰχμῇ Βα-
βυλωνίᾳ, τὸν πλέον φονικόν. Corrida autē & μάχης pro
eodem usurpat Polybius in arte equestri: tradit-
que, sublimi & edito loco plagam violentius Co-
pide, quam ense, infligi. Cepidas vero fuisse
gladios falcatos, & leuiter curuatos declarat. Qu.
Curt. lib. VII. Copidas vocant, Gladios leniter cur-
uatos, falcibus similes, quicis amputabant belluarum
manus.

SAGARI quoque vsos in prælijs, & hæc illis
communia cum Amazonibus armia fuisse, inue-
nitio. Xenoph. Avarcas. lib. III. ἔχοντα πέζον Γριθοὺς καὶ
φύρερας καὶ Σαργεῖν διεισερχομένους αἱ Αμαζονες ἔχοντον. Hesychius
πλέον exponit & μονόδον. Sagarimi tamen
Crepidem & μάχης, ut synonima ponit Xenoph.
lib. II. παρ. his verbis, μάχης δέ τον Σάργης, εἰ τοῦ δέξιοῦ
& alias eodem lib. Κόπις δέ, τον Σάργης εἰς τοῦ δέ-

Præterea Persas milites loricatos fuisse, thora-
céque squamis aspero, corpus texisse & munisse
Herodot. lib. VI. docet. Illic enim eorum arma
describens, habuisse ait, τοῖς πολεμαῖς μάχας χειρο-
ποιοῖς ποιήσου, λεπίδος σιδηρέντις, ὡψὶν ἰχθυοειδέος. Idem lib.
I. x. de Masistio persa qui in Platæensi acie cecidit
ἐντος, ait, θάρηκα ἔχει χειρούσον λεπιδωπόν· ηπειροφέδε δὲ τον θάρη-
κος, πιθώνα φονίνεον ἀνεδείκνεε, πιθώνες δὲ εἰς τὸν θάρηκα ἀντί,
ἐπιπλέον γένεν. Xenophon lib. I. I. παρ. Kyp. Cy-
rum ijsdem armis persas induisse narrans, qui-
bus Homotini vtebantur, in his ponit, θάρηκα
τοῖς πολεμαῖς. Idem lib. III. Αλαρύντιον δὲ τον αἴρα
τον θάρηκα, ἔχειν, θάρηκας μὴν ἐρύματα τῷ Καρατόν.
Fuisse verò Persarū Lorica squameam aut squa-
mosam, seu squamis confertam, indicant Her-
odotus & Strabo: quorum hic, μάχας λεπιδω-
ποι: Ille, χτῶνα φολιδῶν, vocat: quæ duo idem val-
ent. Nam quæ in Reptilibus, φολις, ea in Natan-
tibus λέπις dicitur. Ac plane, Lorica squamas tri-
buit Virgil. Enæid. lib. IX. cum ait, quam nec duo
taurea terga,

Nec dupli squama Lorica fidelis est auro,
sustinuit.

Sic & Silius lib. V.

Lorican induitur: tortos huic nexilis hamos
ferro squama rudi permixtoque aperat auro.

Quinetiam θάρηκα Possidippo, apud Athen. lib. IX.
φολιδῶν appellatur. Priscis vero tēporibus lineas
fuisse lorica tradit, Xenophon lib. VI. παρ. his ver-
bis, ἐπὶ τον θάρηκα πονοῦσι θάρηκες, δὲ θηράπειος τον αὐτοῖς,
ἄνθετος, περιφέρεις αὐτοῦ τὸν Γαλάτα χειρούσιν κρατος. Et ita
armatum fuisse Aiacem Oileum, Homerus lib. II.
Iliad. docet, θάρηκα vocans. Cuiusmodi Loris

Iphicratem Atheniensem ducem probasse, Ammianus Prob. in eius vita scribit, his verbis. Idem, genus Loricarum mutauit: *et proferreis, atque aeneis, Lineas dedit: quo facto expeditiores milites reddidit.* Nam pondere detracto, ut aquæ corpus tegerent, et leues essent curarunt. Postea ex ære, & ferro cudi, apud Persas, Loricæ coepere, Xenophon lib. vii. οπλαὶ δὲ πάντες ἵστησι τὸν Κίρον θύεσκι χαλκοῖς. Parthos etiam Plutarch. in Crasso ait in acie constitisse φλογεσθεῖς, κράνεον γέθεσκι. Φαρσανος οἰδητὴ στροφης οὖν, γέθεσκης, narrat. Plinius vero Suidas equitis Parthi Thoracem describit hoc modo, θύεσκι τὸν φλογεσθεῖς, στένατο, καὶ μπροστὶ, καὶ χρεας ἀπρατο, καὶ αὐθίμας, καλύπτει τὸν ὄποιαν, νῶτα τε καὶ τὸν αὐχένα καὶ τὸν κεφαλὴν ἀποτελει. περόναι δὲ εἰσι περὶ τοῦ πληθυρῆς πεποιηθεῖς, οἷς ἐνέπερον τὸν μερῶν συμπορηθεῖν, ὃνος σιδηροῦν ποιεῖ φανεραῖς τὸν ιστόπεδον. κυρίων δὲ σύγχρονον οὔπε τὰς ἐκπόσις τὸν μήναν, ἐντεις τὰς συστολάς. οὐτας ἀκρίβεις περὶ τὸν μήνα φυσικὸν πεποιηται. Thoracem vero persarum Ammian. Marcell. lib. xxv. ita designat. Radianes Loricæ niueis limbis circundatae, ferrei *et coruscæ Thoraces, longe prospæcti, adesse Regis copias indicabant.* Ex quibus appetet Persis, continuum ferri tegimen fuisse, de qua posteriorum temporum armatura infra dicam. Ab Aegyptijs autem Thoracas mutuatos esse Persas Herodotus lib. i. indicat. Eos enim peregrina instituta facile sibi adsciuisse ait. Σεριμαὶ δὲ νομαζα Πέρσαι περιστεναι, εὐθρῶν μετάστα. καὶ γὰρ δὲ τὰς Μηδικὰς εἴδηται νομισθεῖς τῆς εωνύμης τῆς καλιού, φορέουσι: καὶ εἰς τὰς πολέμους, Τοὺς Αιγυπτίους θύεσκας. Σπόλας etiam pro Thorace, quosdam gestasse, Pollux lib. vii. cap. xv. ex Xenophonte refert.

Præterea Persæ GERRA, id est è cratibus contexta scuta, clypeorum vice, gestabant. Et quidem αὐτὴ Λασίδων, Γέρες habuisse eos, Herodotus lib. v i. auctor est. Harpocration, Πέρσικα φλογεσθεῖς. Suidas, Γέρες, Πέρσαι ἐπικλειστοις. Et alibi, Γέρες Λασίδες Πέρσαι ἐπικλειστοις λέγονται. Et mox, Λινᾶ δὲ Δερματίνα σπειρόματα, καὶ Πέρσικα οἵσαιτο διαδεικνύεται. Similiter Strabo lib. x v. de Persis verba faciens, οπλιζονται, ait, γέρεις ρόμποειδεῖ. Scuta quoq; Persica, GERRA appellata, notat Ælius Dionysius: ex quo Eustathius in lib. xii. Odyss. hæc descripsit, Γέρες, Λασίδες Πέρσαι, εἰς λύγαν καὶ σιονινον. Vnde appetet fuisse è vimine textas crates quibus Clypeorum seu scutorum loco vrebantur. Et quidem Gerra hæc, ρόμποειδē fuisse, Strabo ait lib. xv. id est figura quadrilatera: quæ æquilatera quidem, sed non rectâgula. At ρόμποειδē, Mathematicis est, Quadrilaterum, quod neque æquilaterum est, neque rectangulum: habet autem opposita latera, & angulos inter se æquales. Sic enim ρόμποειδēs definitur ab Euclide lib. i. Elementorum: οὐ διπλόποιο διπλάσιο ποτε ορθογώνιον, ἔχον δὲ ταῦτα απειράντων πλευρας τε γε γωνίας τοις. Ea vero GERRA, grandiora fuisse, Scutis Romanorum & Gallicis similia, Pausanias in Phocicis scribit. Ac planè totum corpus operuisse ea, ac ad pedes pertinuisse, pertigisse que, indicio mihi est Xenophon, qui lib. viii. παρ. μέταλλα, ἐπίπεδα, Γέρες habuisse ait. Apertiūisque lib. vi. οὐκ ἀστοῖ, τοῖς ποδίσταις, Persas pugnasse & in acie constitisse scribit. Apud Suidam Γερροφόροι exponuntur, οἱ τοι ξυλίνας γέθεσκης αποδημεῖς, φοροῦστες. Hinc est quod Ammianus lib. xxiii. de Persis, Pedites, ait, in speciem Mirmillonum contecti, iussa faciunt.

Repugnat tamen superioribus Diodor. Sicul. qui persas scutis & peltis breuiorib⁹ vsos, leuioriq; armatura rectos, lib. xvii. ita scribit, οὐδὲ Εἰλίων ἡστρεχόνταν ταῖς δέρεταις, οὐδὲ μετέθεισθί Ασσίδαιοι μόνις ἐνδύουσι Μῆδοι. Et mox de Cissijs & Sacis, κλεισθύροι οἱ τοῦ θεοῦ αὐτοὶ τὸν Δεσπότην, & βιασθέντες ὑπεράσπισαν. Ασσίδαιοι δὲ πελταῖς μικράσι οἱ βαρέστοι χρωμένοι οὐδὲ ταῖς θύρησιν εἰπειούσκουσι, δύναντοι γνώμονοι. οὐδὲ ταῖς στρογγυλίαις, οἵτις οὐρανοῖς τοῖς δύναμις οὐρανοῖς συμπεφεγμένοις τοῖς μετάλλαις Ασσίδαιοι δύναμις οὐλον τὸ σῶμα αὐτοὶ δὲ δέ ταῖς ποντίτησι οὐτεπατησιαν ὄπλαν διατίθουσι, πυνθοῖς θύραμασι πελτάπτον. Quæ verba ut Scutorum Græcorum amplitudinem, longitudinemque, ita ex cōtrario, Persicorum breuitatem declarant. Clypeos certe Græcorum, ante Iphicratis tempora, maximos fuisse idem Diodorus lib. xiii. docet, de Iphicrate loquens, in hunc modum, οὐδὲ Εἰλίων μεγάλας Ασσίδαιοι, οὐδὲ ταῖς δύναμις οὐλον τὸ σῶμα αὐτοὶ δέ ταῖς ποντίτησι Ασσίδαιοι, οὐδὲ ποπούλαισι Γέλπας συμμετείπει, αμφοτέρων δὲ τοιχοστολόροις, τοιχοπέτραις τὰ Γέλπατα, & τὸ διώροδον τοὺς ζεωμόντοις ταῖς Γέλπαις, δέ τοις ποντίτησι, πατελῶς δύναμιντοις ιππάρχοι. Quorum verborum interpretationem faciet Aemilius Probus, qui in Iphicratis vita, præclarum illum Atheniensem Imperatorem pedestria arma mutasse refert. Nam cum, ait ille, ante illum Imperatorem, maximis Clypeis, breuibūque Hastis, minutis Gladiis, vterentur: ille, contrariò, Peltam pro Parma fecit, à quod postea Peltaſtae pedites appellantur: ut ad motus, concursusque effent leuiores.

Inter Persarum arma, numerantur & Pelta. Aliud autem est Pelta, aliud Paltum. Pelta enim, vt Liuius lib. xxvii. tradit, Cetræ haud dissimilis erat. Seruius in l. Aeneid. Pelta, interpretatur scu-

ta breuissima, in modum Lunæ iam medie. Vnde & Lunatas Peltas Virgilius appellat. Non Marcell. Cetra, scutum breue, Virgil. lib. vii. Lanas Cetra tegit. Pelta, scuta Amazonica. Ac planè plin. lib. xii. cap. v. Peltam Amazonicam dixit. Cuiusmodi scutis armati, Cetrati, & Peltaſta vocantur. Liuius lib. xxxi. Nocte, Cetratos, quos Peltaſtas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidijs abdiderat. Quorum peltaſtarum originem, ad auctorem Iphicratem Atheniensem, referunt Diodor. Sicul. lib. xiii. & Aemilius Prob. in Iphicrate.

At Paltum, iaculi, seu hastilis, genus est. Suidas, Παλτά, τὰ δύσσπειρα. οἱ Κέρπος αἰαῖες οὐπί τηπάνι, τὰ παλτά οὐπί ταὶς ξῆρας θάσει. Ξενοφόν, οἱ Αρρίανοι. Ιεπόνηπζον εἰς τὴν μαχαρδούς τὸ πείχος. οἱ μὲν παλπτέ. οἱ δὲ, Βέβλιματα εἰς τὴν δέξιαν έχων παλπτόν οὐς έχον έπαπιχ, έμπασθιν μὲν λόγχων έχον οὐπάδεν δὲ αὐτός τὸ έύλον σφαιροειδές. Ηεψυχ. Γαλτά, αἰστόπα, λόγχα. Γαλτή, αἰκονίαν. Λιόνηοι autem idem, δορσίον δι μικρὸν λόγχων exponit, id est hastile, spiculum. Et huiusmodi Paltis armati Adolescētes, venatum proficiscebantur, vt Xenophon lib. i. πατ. scribit. Hisce que Paltis vsos Persas, vbi manus cum hoste conferebant, idem lib. viii. πατ. indicat. Rursusque lib. viii. cominus, hisce Paltis, pugnatum, ex Cyri instituto, docet his verbis, Κέρπος τὸ μέρον οὐρανοῖς θωρακίσται, θωρακίσται δὲ καὶ αὐτοῖς, οὐδὲ ιπποῖς, οὐδὲ τοιχοπέτραις, οὐδὲ ποντίτησι, οὐδὲ τοιχοπέτραις εἰς ξῆρας οὐράνης πιεύ μαχίλων έποιεῖτο. Proinde quod eod. lib. scribitur, έφεποντο δὲ οἱ αὐτοὶ Συπολέχοι, έφ' ιππον τεκοστημόνοι, οὐαὶ Τοῖς Γέλπαις, an reūtum sit, in dubium vocari potest. Nam peltatos aut cetratos fuisse Scptuchos, quod aliquando probauit, nunc non placet: ac forte Περσῶν scripsisse Xenophōtem, primo aspectu facile sibi quis-

que persuaserit. Verum peltam etiam Γέλπην à Græcis vocari Suidas docet: ait enim, Γέλπην, θωρακίων ὄπλον καὶ Αστοῖς ἵππων μὴ ἔχοντα. Quod autem ait ἵππον ab Hesychio illustratur, apud quem Ἱππον dicitur esse οὐ ἐχόντες αἵματα, οὐ πελφέρειν τῆς αἷμαδος, οὐ τὸ βύχον, οὐ πάντας πελφέροντες τὸ πελυπτόν μέρος. Idem Suidas, Peltas & pelta confundit in hunc modum, Γέλπην λόβον όντα περάγων καὶ παπελταν. Sed & Hesychius Γέλπην, ἕδος ὄπλου δύναται, οὐ μικρὰ ὄπλα. Πέλπην, αστοῖς ἵππον ἔχοντα, οὐ ὄπλον σκέπασμα, αἰκόνιον. Γέλπης Θράκιον ὄπλον. Denique Suidas, Γέλπην, Τοξόταν, οἱ τοξεῖς ξυπνοὶ κατέχεντες. Ut, ut sit, huiusmodi iacula fuisse κρανίνα, Xenoph.lib. IIII. Εμλωπον & lib. de arte Equestri scribit, id est cornea, seu ex corno: ex qua, tela, sagittas, vena- bula olim fieri confueisse, multis Latinorum po- ētarum locis facile comprobari posset. Vnde & aptam bello Cornum, Virgil.lib. I. Georgic. dixit. Σάνιν quoque Hesychius, αἰκόνιον βαρβαρον esse ait.

Nonsunt & in Persicis armis, Arcus, & Pharetra prætereūda: sub Gerris enim & scutis, ex hu- meris pependisse Pharetras (id est ut Hesych. in- terpretatur βελθήνας) telis onustas, Herodotus lib. VII. testatur, his verbis, οὐδὲ ἡ φαρεβάνες ἐκρέμαντο Strabo lib. xv. οὐδὲ ἡ ταῖς φαρεβάσι, οὐ Σαταρίς ἔχονται. & aliás eod. lib. οὐδὲ οὐκοντας Τοξον γρανθόντων. Sed & sui temporis Persas semper cum Arcu in publicū prodijse, Herodian. lib. v. testatur.

Breues vero fuisse Persarum Arcus, testis est, si- que oculatus nō auritus, Aristagoras Milesius, qui apud Herodotum lib. v. hæc de Persarum armatu- ra Cleomeni renuntiat, οὐ μάχη αὐτῶν δεῖ Τινδε. Τοξα γέληχαν βεργέα. Attamen idem ipse Herodotus lib. VII. dum persarum armaturam recenset, αἰχμας δι-

ait, βεργέας ἔχον, Τοξα δι μετάλαι, δισοις δι καλαμίνοις, qui- bus verbis, Hastas breues, Arcus verò grandes, & Sagittas arundineas, fuisse docet.

persarum autem successores Parthi, quantum sagittandi arte ac peritia ceteris gentibus præstite- rint, nemo nescit. Vnde & sagittiferos, Catullus Epigramm. ad Furium, eos vocat: & Αριάδης Dionys. in poëmate de Situ Orbis, vbi ad- dit eos nec aratro arua proscindere, nec nauigare: neque armenta vel greges pascere: sed, prima pue- ritia, equitate, & neruo sagittas aptare, arcuque emittere edoceri: εἰ δὲ γρέβλις, ait,

Νυπίαχοι, τοξοισ, γέπιποσινοισ μέγονται.

Αἰεὶ μέγεσσαν αὐτὰ χθίνα δοῦλος αἰκόντων

Η βελέων. πάντη δὲ τὸ διγοπόδων δρόμος ἱππων

Θωμόντων. οὐ γάρ σφι θέμις δόρποιο πίσταδει

Γειν πολέμου μάχθων κάρπεις ισράντ παλιώται.

Totis vero lacertis ac viribus, validos arcus intendeant. Plutarchus in Crasso si δὲ Παρθοι γεστα- πις, οὐ μάχης οὐδέποτε Τοξον ἀμα πανταχθέν, οὐ τοις αἴριστης πεζοῖς (sic enim emenda ex Appiani Parthi- cis) οὐδὲ σωμένης γέπιποτις οὐδὲ Ραμαζάν, οὐδὲ τῷ βαλαρδίῳ σλαμπροτάτῃ αἰδρός παρέχειν. Βέπονται δὲ ταῖς πληγαῖς γέ βιβλοις διδύνεται, οὐδὲ πέντε πραπατῶν γέ μετάλαι, γέ τῇ σκολιότητι τῆς κάρπης, Ιωακιμούντον πέντε λαπτομόντων. Nec pediti- bus modo, sed & ipsis equitibus suspensa abhu- meris sagittæ pendebant. Ouidius lib. II. Fastor.

Nunc petit Armenius pacem: quum porrigit Arcum Parthos eques.

Quinetiam non tantum in aciem aduersus ho- stes consistentes, verum etiam terga vertentes, fugamque capientes, sagittas aduersus inse- quentes emittere norant. Plutarchus in Crasso,

ιστόφθυρον γέδι ἀμα βάλοντες οἱ Παρθοὶ, καὶ πάντα κράπισα ποιοῦσι
μὲν Σωθαῖς, γέδι Θράκης δέντες αἰνιαρόδιοις ὅπῃ τῷ Ζεύς επικαὶ, τῆς
φυγῆς ἀφαρέν τὸ αἰχλόν. ἀχει μέρισιν ἡ πλήσιον αὐτοῖς ἐλεαμέ-
νοις τῷ βέλῳ, γέδι επικαὶ μάχῃ, καὶ σωδαῖς φειτοῖς χρῆσας εἰκρέπεσσι.
Vnde Virgil. lib. i. i. Georgic. fidentemque fugaz
Parthum, versisque sagittis: ad quem locum Ser-
uius, bene, ait, fidentem: tunc enim melius ruculantur sa-
gittas. Inde & Horatius Odei lib. i. Versis animosum
equis Parthum appellat: ubi interpres versis ait, id est,
versis in fugam: sic, et missam Parthi poscunt in terga
sagittam. Atque hinc Ouidius Earthos fugaces lib. i.
de Remed. Amor. dixit.

Procopij autem ætate Persæ licet supra ceteras gentes arcus paulo momento tendere, ac coactis cornibus celeriter flectere, à pueris, didicissent, remissius tamen eos intendebant: atque ita destina-ta mollius feriebant: adeò ut nec scuta nec loricas traiicerent. Procopij lib. i. de bello Pers. verba sunt hæc. Γέρος τοξόται γέδοντες εἰσὶν ἀπταῖς, γέ τολν θεῶν,
καὶ ἀγονίζουσαντες αἱ θρώποι, ποιεῖσθαι τοὺς βολαῖς εἰκῇ δάσκονται.
Ἐκ δὲ τοξῶν μα λαθακον τε γέ οὐ λίπιον ἀπτεραδίον βαλλόμενα θεώ-
ρειν τοσούς ἡκαρπούς οὐ γέ ἀπταῖς ἀγνόγνατα Γεωμαγές αἱ θρός ἀπτκα-
νέστο πε, καὶ λυπεῖν τὸν αεροστήσοντα οὐδαμον εἴχε Γεωμαγόντες το-
τε τοξόντες, βεραδύπερα μέρις εἰσὶ εἰσὶ. ἀπεὶ δὲ τοξῶν σκιλ-
λαρίων πε ὑπερδιαν γέ διχοῖς ἀπτεραδίον βαλλόμενα, πορευεῖσθαι αἱ
τοξεῖς αἱ θρόνοι εἰχοτέρων πολλῷ ἐπι μάλλον οὐδὲ Πέροι. οἷς
αἱ εὐτόχοις διπλεῖς σύνονται. διπλαὶ οὐδενὶς, ἐμποδῶν αὐτοῖς γνω-
ρέψει τῷ ρύμῳ. Sagittarios vero sui saceruli priscis he-
roicorum temporum Sagittarijs longè præstisſe,
idē Procopius initio eius libri prædicat hoc modo.
οἱ δὲ τοιοῦτοι, γαστιν μέρις εἰς μάχην πε πορευομένοι πε γέ
κυνιδοῖς εὐαρμοσταδροῖς, μέλχοις εἰς γόνου. ἥρπιται δὲ αὐτοῖς ξύπο μὲν
τοῖς δεξιοῖς πλευραῖς τῷ βέλῳ. Κατόδε τοῖς ἔπερας τῷ ξύφος, εἰσὶ δὲ

τοῖς δὲ δόρυ πεσσοπικέμαται. καὶ βερεχταὶ πε τοῖς οὐδὲ αὔραν
αἰστοῖς οὐδὲν γένεται. πέρα, πάντα μέρι το πεσσοπιν γέ αὐχένα βοη-
καλύκηρον, ιππούσονται δὲ οὐδὲνται. καὶ θέατος αὐτοῖς οὐδὲ το γένεται το
τοπον, πε ποτέ το οὐχαλεπᾶς ὄπινον δοῖ το εἶτο εφ' εἰκαπερα, καὶ
διώκονται τῷ βάλλεται πε πλευροῖς γέ φύλιονται. Κατεπι δὲ αὐτοῖς
καὶ το μέτωπον οὐδενί παρ' αὐτοῖς μάλισται οὐδὲ αὐτοις το δέξιον.
ποστήτης διχοῖς ἐμπικλώσα τῷ βέλος, οὐδεται το εἰργαστικοντα
κλεψην. οὐδὲ ασπίδας, οὐδεσ. οὐδὲ ιωσενος ψηφικούεδην πε
ναρθρά τοις ρύμης.

Suis quoque temporibus ut ex sagittarum numero, eorum qui in acie ceciderant, numerum inirent Persæ, docet Procopius lib. i. his verbis,
γόμος δέ τοις Γέροσι, οὐδέποτε δέ τοις πολεμίων πνεύσις σραπεύ-
θαι μέλλοισι, τον μέρη βασιλείας δέ τοις δρόνται το βασιλείας κατήνεται.
Κοσίνοις δέ οἱ πολοις ἀλεύθεροι πε. Καὶ παρειναὶ μέρη τον σραπη-
γόμος δέ τοις σραπαὶ δέ τοις εὐερπίσιος οὐχιμόσεμης δέπιδεξος δέ τοις
πατενέας δέ το πράτεμα ποτοντος το βασιλέως πνεύσιν, κατε-
πέρας εἴναι. καὶ αὐτοῖς οὐδενός εἴναι τοις Γερπαὶ ριπεῖν, μέτροις δέ
αυτοῖς μέρη το βασιλέως πολεμίδης κατεστημασμένας φυλάσσεται.
ἐπειδεῖν δέ εἰς Γέροσι εἰποντος το σραπεύμα πάπο το μέρη σραπωτοῖς,
εἰποντος δέ το αρρένων εἰς αὐτορέπεδαν βέλος. αὐτομοσιπτες οὐδὲ
βελῶν δέσσανται πνεύσις πλανάνται αἴρηταις δέ δημιεται η προνή αὐ-
τομέλλοισι πε βασιλεῖ, πο τον δέσσανται επανηποτων σραπαῖ
τοπον το δοῖς οὐ το πολέμων περαπίσσοντα ενδηλοις γίνονται οὐτοις μέρη
οὐδὲ Γέροσις οὐδέ μοις εἰς παλαγῶν εἴχε. Atque ita ex sagitta-
rum vacantium numero. Cadmeian fuisse eam vi-
ctoriam quam de Bellisatio reportasse se Ezare-
taus gloriabatur, ibidem ait.

Sed & Diuus Ambrosius, de Sagittarijs suorum
temporum Persis, deque corum pugnandi ratione
hæc lib. vi. Hexaemerò. cap. v. scribit. Inde gens Per-
sarum, ferox bellis, valida sagitta, omniumq; telorum ia-
cū, quia de superioribus ad inferiora, validiore nisi tela

torquentur. Acies eorum velut gradientibus turribus se-
pta, procedit. In medijs campis, tanquam de muro dimi-
cant, & velut in arce quadam & specula collocai, spe-
ciant magis bella, quam subeunt. Ita alieni à periculo vi-
dentiur, tuti molibus bestiarum. Verum, vt ad priscos
Persas regrediar, ex hac sagittandi adsiduitate,
Persis Pharetrata dicitur à Virgilio lib. iii. Geor-
gic. & Susa, pharetrata, à Claudio, de bello Gil-
donico. Veteres quoque Persas sagittas Equis,
etiam fugæ fese dantes, aduersus hostes (quondam
Parthis factitatum suprà diximus) emisisse, te-
statutur Xenophon, lib. i.ii. Aracæs, his verbis, si δέ
βαρεῖσον, ἵπποις καὶ φύλοντες ἀμα ἐπί τε πολεῖς, εἰς τὸν πόλεων Τε-
ξθόντες, οὐδὲ τὴν ἵππων. Cuius generis Equites, sagittis
ex equis videntes, Græci ἵπποις vocant: quod
nomen, ciuitatis Romanæ iure Hirtius lib. de
bello Afr. donavit. Huius autem rei peritiam,
vti Persæ adsequerentur, Lucianus in Hermeti-
mo docet his verbis, αλλὰ τὸ Πρῶτη γε ἔπειτα ποιοῦσιν, καὶ δὲ
Σκυθῶν, οὗτοι Τεξόται, αλλὰ ταχὺσσον λόγῳ αποτίναντες μάρτυροι αἱρε-
πτων, οἵ τοι πολὺ Τεξθόντες. ἐπειτα δέ καὶ ταῖς Τεξθούσαις μάρτυρες
λέγονται, καὶ ταχὺσσον τοῦ βέλους, εἰς τὸν αὐτοῦ πόλεμον ἄγ-
λα σφεδιδόσαις οἵ τοι μάρτυρες. Καὶ τοῦτο γέ τοι οἵ τοι πολὺ καπα-
νόντες, καὶ ὅρθιῶν ἔνιοι πολὺ μάρτυρες. Λιγὸν δέ ποτε καὶ δῆτι συνομο-
δεῖν πιεσθεῖσιν τῷ πόνῳ τῆς πληγῆς ξύλον μίσθισσον, οὐδὲν οὐδὲ
αἷμα δούλων ταρθέμποι, οὐδελανώνται, καὶ τῷ πονεύσιν, οὐδὲ δὲ
δηλῶν σφίσιον χωρίσαντες δίστοι. Parthorum vtique πολὺ δηλ-
τῶν δύστοχον ἐμπεισταν, prædicar Antoninus in suis
ad Artabanum literis, apud Herodianum lib. iii.
In eoque ludo à teneris quod aiunt vnguiculis
edoctos Parthos, indicat Seneca Epist. xxxvi. in-
quiēs, si in Parthia natus esset, arcum infans statim ten-
deret. Cui & adstipulatur Herodian. lib. vi. πέρις τα-

καὶ ἡ ποιεῖσθαι εἰς τὸ πολεμεῖν μόνον χρεῖσθαι, ὡς τῷ Ρωμαῖοι, ἀλλ'
ἐκ πολέμων σωὶς αὐτοῖς δικαστέονται, οὐδὲ τηρῶνται δικαιώνται, εἴ-
τε ταῖς φαρέτραις ποτὲ ἀποτέλεσμοι, οὐτε τὴν πόλην ἀποβάλλονται,
αἰτὶ δὲ αὐτοῖς γρεψάριοι ή καὶ πολεμῶν, ή καὶ θηλίων.

Fundis quoque Persæ utrebantur, vt Strabo lib.
xv. docet. inermem enim multitudinem, edoceri
Fundis lapides iaculari, Cyrus instituit. Xenophō
παρδ. v. ii. πάται δὲ Τεις αὐτοῖς τὴν ταυχείων θρόνων
σφενδοναῖς λιανῖσσαις μάρτυρες, νομίζοντες τὸν πόλον δουλιγέντε-
ρος ἔτι. Idem ibidem, Funditores, qui soli per se, nul-
li vñui essent, ita demum iuuare, &c emolumenti
aliquid adferre ait, si alijs copijs adiungantur. οὐδὲ μόνον
τῷ δηλούμενοι μάρτυρες οὐδὲν εἰς ταῖς ισχυρῶς ὀφελοῦσι Σφενδονῆς ταῖς
παρατηταῖς αὐτοὶ δὲ κατέχουσι οὐδὲν οὐδὲ πάται Σφενδονῆς ταῖς μάρτυρες
πάντας οὐλήρις ὄμοιοι ἴονται οὐδὲ οὐλήρις αἱ χαμάχοις. Fundis
autem saxa ingentia, & que mole sua manum im-
plerent, Persæ intorquebant: ideoque non pote-
rant, Fundarum Persicarum rotatu misa, procul
ferire, longèque pertingere. At Rhodij qui fundis
plumbreas glandes iaculaabantur, longius feriebat.
Alexander apud Curtium lib. iii. Intuerentur Bar-
barorum inconditum agmen, alium nihil praeter iaculum
habere, alium Funda saxa librare, paucis iusta arma esse.
Atq; ita vt fūditoribus Cretēsibus Persici superio-
res erāt, ita Rhodijs inferiores. Xenophon lib. iii.
Αρακάσ αἰκούω δὲ τῇ εὐτῷ σφατεύματι ή, μήδη Ρόδιοι, οὖν ποιεῖ-
πολλοὺς φασιν δηλίσασθαι σφενδοναῖς, δὲ τῷ βέλος ἀνθίσθη δηλάσσονται
φρεσταῖς τὴν Πρῶτην φρενδονῶν. ἐκεῖνας τῷ δηλούμενοι πόλεμοι
τῆς λίθους σφενδοναῖς, δηλούμενοι πόλεμοι πόλεμοι γίγνονται. οἱ δὲ ταῖς Ρόδιοι
χρήσιμοι μολιεροὶ δηλίσανται χρηστοί. Et aliás cod.lib. μα-
κρόποροι γένοι τε Ρόδιοι τὴν Πρῶτην Σφενδονῶν, δὲ τὴν πλείστην
πόλεμον. Rursus alibi. διείσκεται δὲ καὶ νεῦρα πολλά δὲ τῆς
κόμης χρήσιμοι μολιεροὶ ωραῖοι γεννοῦσι ταῖς σφενδοναῖς. ac sic uiri

Rhodiām ita & Balearicām fundam, plumbum iei-
cisse ait, Ouid.lib. 2. Metamorphos.

Iam Persæ Galeis in prælio non vtebantur, sed
solas in capite Tiaras gestabant. Herodot.lib. vii.
de Persis, ἀλλὰ τῆς κεφαλῆς εἶχον θάσσες, καλεομένοις πί-
λαις, αὐταγίαις. Apud eundem lib. v. de Persis scriptū
est, Σχονταὶ εἰς ταῖς μάχαις ἔχοντες Κυρβασίας ὅπλη τῆς κεφαλῆς
Strabo quoque lib. x v. armaturam Persarum de-
scribens, ἀλλὰ τῆς κεφαλῆς πίλαις πυρών habuisse eos
tradit. Galeatos etiam in acie non fuisse Persas, sed
pileatos, &c tam domi quam militiæ, unum idem-
que capitis tegmen habuisse, indicio est, quod
Plutarchus in vita Artaxerxis, Tiaram capite
Cyri pugnantis decidisse scribit. Et hoc est quod
Xenophon lib. I. Αναβάσιο. ait, Κύρος δὲ φύλαις ἔχων τὰ
κεφαλῶν εἰς τὰ μάχαις καθίστασθο, λέγεται δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις Γρῦσι
φύλαις ταῖς κεφαλαῖς εἰς τῷ πολέμῳ διγεννωδεύ. Herodo-
tus tamen lib. vii. Persarum quosdam, χεnea ferre-
aque capitis tegumēta in bello habuisse, scribit his
verbis, Πέρουν ρόη τὰς αἱ τὰς ἐπικνημένους καὶ ὁ πέζος αἱ-
πάντων πλάνων τῆς κεφαλῆς εἶχον ἐπι τοῖς αὐτέαν δὲ χάλκεα καὶ σι-
δηρας ἐξενταῦθα ποιήσατε. Xenophon quoque lib.
vii. παρ. eos qui Cyrum sequebantur, armatos
fuisse, Κεραίστας χαλκοῖς, λόφοις λαβοῖς scribit.

Enim uero τοις ταῖς οπέταις αἰακτείδαι, seu Braccas
etiam in prælio gestasse persas, Herodotus lib. vii.
tradit. Apud eum etiam lib. v. Aristagoras Mil-
eius, de Persis hæc renuntiat, Αιακτείδαι περὶ τοῖς εἴ-
χονται εἰς ταῖς μάχαις. Sed & tunicas suas purpureas,
Loricis superinduisse persas, argumento est, quod
de Mafistio Herodotus lib. ix. scribit, παντρήσας οὐ-
σικος ιερῶν πορφυροῖς ἐνεδιήκε. Persas etiam qui cum
Cyro in militiam ibant, indutos fuisse κατὰ τοὺς φο-

άγανοῖς, θεοῖς, χαλκοῖς Xenophō lib. vii. παρ. narrat.
Plutarchus in Artaxerxe. οὐδὲ μόλις σωτῆσον τὰς τοις
θεοῖς μάχαις φονικαῖς, λαβοῖς χειροβόλοις τῷ βασιλικῷ ἀπαίτητον,
ἔγασσα πολεμίοις θύταις.

Persæ porro equitatu plurimum valebant, &
præcipuum eorum robur, in eo positum erat. Am-
mian. Marcell. lib. x x i i i. Tentorū fixis prouidit
sollicitè, ne castra repentina equitatus Persici turbarentur
accursu, cuius fortitudo in locis patentibus immane qua-
ntum gentibus est formidata. Hieronym. in Hierem.
cap. xi iuxta historiam omnis Persis, & rniuersa Chal-
dæa, & regionum illarum exercitus, gaudet equitatu.
Ac proinde cùm apud eos Equitandi laus vige-
ret, pænè à pueritia, in equos ascendere, in equis
sedere, equos fluctere, ijs vchi, ex equis pugnare,
iaculari, sagittasque mittere, discebant. Magistros
etiam qui eos in equos tollerent, habebat. Xeno-
phon in Hipparchico, τοὺς γὰρ μάλιστας ὥρεσθε τοῖς τὸν Πέζο-
κον Θέσην ὥραταί λέσθαις, οὐ ποτὲ ὥραι-
λιτας αἱ. Idem τοις ἵπποις. ἀλαθόν δὲ τὸν ἵππον μονον γένεται
Εὐαγγελίσας τὴν Περσικὸν Θέσην, οὐπος αὐτὸς περὶ σέσσωστης
τοῦ ποτὲ ἀρρωστοῦ, ή ωρεοβύτερος μηνιται, ἐχρή τὸν δύπετῶν αὐτο-
ειδαζόντα. Atque adeo (quod, licet iam dictum, ser-
mone tamen repetito, iterare nos res ipsa cogit)
Iter, vel longulum, vel breue, acturi Persæ, nun-
quam id pedibus ingrediebantur: sed equum con-
scendebant. Nec temere eorum quisquam pede-
ster conspiciebatur: sed equo insidens, ut equita-
tui assuerceret, & succussatoris ac ferocis equi, mor-
tuis, equestrèmque labore, ferre & tolerare di-
sceret. Xenophon lib. viii. παρ. τοσανταί τοις
χωρεον αὐτοῖς μηδὲν οὐδεποτέ πορθμούσις, τοις οὖτε οὐτε καὶ
τοις οὐτικρατοτοις γιγενεῖται. Idem lib. iiiii. Οργη ἐπὶ τοις

νῦν οὐτὸς οὐτας χρῶνται Πέρσαι, & οὐδεὶς αὐτὸν καλῶν κα-
γγάδαν ἔκποιει φέτην Περσῶν οὐδεμιᾶς πεῖται. Eadem & de
Parthis qui Persarum vestigijis iniititerunt, Iustin. lib. x L i, scribit, *Equis omni tempore vectabantur. Illis
bellis, illis conuiuia, illis publica ac priuata officia obi-
bant: super illos ire, consistere, mercari, colloqui: denique
liberi non nisi equis incedebant.*

Refrixisse tandem ac deferuisse priscum illud
Equitādi studium. Xenophon lib. viii. παρ. docet,
τὸ μέρος τῆς ιππικῆς, μενταχνὴν γὰρ μεγάλην απόβασιν, διότι τὸ μὲν ίέρα
οὐνού αὐτὸφαρόν μέρον μένεινται. Adsidua etiam illa &
continua equorum vectatio, in luxum mollitiēm-
que versa est. Etenim non tam ornatus gratia,
quād ut molliter insiderent, minūsque succute-
rentur. Equos stragulis insternere, apud eos inua-
luit: eōque res progressa est, ut pluribus Equi, stra-
tis, quād Leuctri, sternerentur. Xenophon lib. viii.
παρ. νῦν δὲ σφραγίσατε πλέω ἔχοντι θηρίον παντον, οὐ διπλόν
νῦν οὐ διπλόν οὐτας, αὐτῷ τοι μαλακές κατέθεται, πε-
ριέγονται. Et hoc Persico exemplo Virgilius, *pictis Ta-
petis instratos alipedes, dixit lib. vii. Aeneid.* Addit ibi-
dem Xenophon, in turmas & cohortes, à proce-
ribus & praefectis, Cubicularios, Cocos, Obso-
natores, Balneatores, & alios quos in urbano mi-
nistério habebant, relatós: cùm prius Equites ex
strenuis prouinciæ cuiusque incolis legerentur,
conscripterenturq;. Verba eius auctoris sunt hæc.
Ἐγειρειν πολεμουσι ποιησειν εἰς εἴσοδας νῦν τῷ πατρὶ χείρις οὐ ταρέ-
σσειν εἰσίν, οἵ εἰ εἰδὺ τῷ παρελθόντι χρόνῳ διπλανεῖν, οἷμας οὐ προ-
γέ τοι μέν τοι μὲν ἔχοντας, ξυστεντις τοστοποτας παρέχεσθαι,
οἱ δὲ οὐ εργατεύοντο. πατέρες φρεγοινταις, εἰ δέοι σβατεύεσθαι,
περι τῆς χώρας, μεθοφόροις θῇ. νῦν δὲ πατέρες φρεγοινταις οὐ πατέρες
ποτοποιεῖς, οὐ πατέρες φρεγοινταις οὐ νινοχέοις, οὐ λαζαρέοις, οὐ θρασπήται-

ται οὐ ανεργοῖς, οὐ κατακομβίοις οὐταις οὐ αἰσθάνταις, οὐ ποιη-
σμάταις οἱ ιπποχειόντες περιέργονται αυτοῖς, οὐ τοιμαριμοῖς οὐ-
τοις, πονηταις ιππέας οἱ διωδασται πεποιηκονται, οὐπως μεθ-
φορώσιν αυτοῖς.

Non tantum autem pretiosa veste Stragula,
Stratisque magni pretij, verum etiam Aureis fren-
nis Equos adornatos fuisse iam antè notauiimus.
Vnde Dionysius de situ Orbis, Persidem, ut Plinius
loquitur, in luxum diuitem esse, hoc potissimum argumento probat, quod aureos Equorum
frēnos, & Talaria aurea haberent. Hoc enim
ille canit his versibus.

Μοῖσοι δὲ ἀπότοντο οὐλέον οὐ μεγάροισι θέντα,
Οπτόπτε μηνοῖν οὐ Σαρδίας οὐκανάπεξαν.
Χρύσεα τοι κένων μὴ δηλιγούσι πάντα φατίν,
Χρύσεα δὲ αὐτὴν ιπποισι οὐπι σομάτεοι χαλινά,
Χρυσοῦ οὐ αὔμφι πόθεων ἐκομιστατο πεδίλα.

Τέσσαρος γάρ σων οὐλέον ἀπέιπτο.

Ac vel in pralijs ipsis, Equos huiusmodi frēnis
instructos conscendebant. Testimonio est Masi-
stius in Platæensi pugna, Equitatus Persici præfe-
ctus, de quo Herodot. lib. ix. scribit hæc. οἱ οὐ κα-
τέσαροι οἱ Ελλινες εἰς τὸ πεδίον, πάμπει εἰπόντες πάσαι τῷ
πόπον τῆς ιππερχες Μαστόν, δύλιμημέων τοιχού τοι οὐρον (πό-
πον Ελλινες Μαστίσον καλέονται) πόπον ἔχον Νισύμον χειστοχελινόν
περι δῆκας κεκοσμημένον καλέων. Illo autem Equitandi,
ut & Sagittandi studio, Persas à Medis, (a quibus
lauitias delitiásque omnes suas hauserunt) in-
cenbos, disciplináque imbutos fuisse, Strabo lib.
xi. ita scribit. οὐδὲ κατι λεγεράδην Γερσονίου οὐδὲ, οὐ δὲ ποξι-
μης, οὐ ιππικῆς Κύπρου, οὐ η τοστας βασιλεας θεοπεπία, οὐ
κόστος οὐ σεβασμος θεοπεπίας τοιχού τοι θρησκεύων, εἰ ποτε
Γερσονίου θεον οὐκινάτου. οὐδὲ την Ταλινθες οὐ της έδηπτος

μάλισα δῆλον. Τιδεστρόφης καὶ πίλας, καὶ χειρωπή
χειρῶνες καὶ αὐτόνεις, εἰ μὴ τοῖς φυγεῖσι πόποις, καὶ περούβοροις,
επιπτήσαται φορέματα, διοι εἰσὶ οἱ Μαδικοί εἰ δὲ τοῖς νοτοῖς
ηὔσα. Ac planè Persarum pedestres copiae erant,
Medorum Equestris militia. Nam ut Xenophon
lib. i. περιέλατε εἰ Γέρσους σῇσι τὸ χαλεπὸν ἔθνος τὸ βέρεφν ἵππους,
καὶ ιππούσι εἰ ὀρενῆρον την τὴν χώραν, καὶ ιδεῖν ἵππους πάνιν ανατίνοντες.

Enimvero quā illōs Equitare docuit regio, ea-
dem & Equos suppeditabat. Illos enim Nīσαι, siue
Nīσαιos Equos, (vtrumque enim ferri potest) veter-
rum scriptis nobilitatos, non alia quām Medica
tellus ferebat. Herodot.lib.vi. Νīσαιοι δὲ καλεονται Ιπ-
ποι δῆλοι εἰ τεθνον μέχρι τῆς Μαδικῆς, τῷ οὐδομάδῃ Νī-
σαιον. τοὺς ὅτι δὲ ίππους τοὺς μεγάλους φέρει τὸ πεδίον τόπον. Ste-
phanus de urbibus, Νīσαιοι πόλεις. αὐτὸν οὐ πατεῖ Μαδεία
εἰ Νīσαιοι ίπποι. Aminian. Marcell.lib. xxiii. de Me-
dis loquens: sunt apud eos prata virentia, factus equo-
rum nobilium, quibus (vi scriptores antiqui docent, neque
vidimus) ineuntes prælia viri, summa vi vehi, exultan-
tes solent, quos Nīσαιos appellant. Suidas Νīσαιον, πόπος
εποιδός. εἴδεται ίπποι ακηνοί Ιανταῖ, Νīσαιοι λεγούμενοι οἱ δέ, ὃν
πεδίον μέχρι τῆς Μαδείας, τῷ αὐτομάδῃ Νīσαιον. τοὺς οὐδὲ δὲ
ιππούς τοὺς μεγάλους φέρει τὸ πεδίον τόπον. Euſtathius in Dio-
nyſium de ſitu orbis, Ισεον δὲ ὅπη τὸ αὐθόμον Νīσαιον
πεδίον εἴκει που αφεῖ τὸν Μαδικὸν χώραν λέγει, φέρειν ίππους μεγά-
λους τοὺς λεγούμενος Νīσαιος. Vnde & Medianam διππο-
τήν, id est, bonorum & præstantium equorum
feraciflammam, vocat Max. Tyr. Sermo. x i. Idem
Sermo. iii. θηρόντες αὐτῆς βαρβαρειον σάλας, ίππους Μαδικῆς,
δρμάτων φέροντες. Arrian. lib. vi. ίππους βασιλικούς οἱ Νī-
σαιον. Themistius Oratio. v. de Rege Persarum
verbā faciens, χειροῦ δρμάτη αὐτῷ περεπιμπνεις Νīσαιον
Ιππων. Lucjan, in lib. de historia conscribenda,

πᾶς Καύκας πορφυροῦ, καὶ σφετερίν χρυσοῦ, καὶ ἵππον τῷ Νī-
σαιον κατέδιψε μεθόν τῷ εἰ τῇ γεαρῇ ἐπηγειρε. Philoſtratus
lib. i. de vita Apollonij, λένιον δὲ ἀρχέπιπον, τῷ σφρόδρῳ
Νīσαιον, κατασκήνωσεν τῇ Ηλίᾳ. Idem in Rhodogynæ
Persicæ iconē, περγάμιτης δὲ αὐτῇ καὶ Νīσαιοι τοπος με-
λαγα, δῆλοι λευκοί. Huiusmodi Nīσαιο Equo Masiſtiū,
Persici Equitatus præfectum, in Platæensi pugna
inſedisse, Herodotus lib. ix. refert.

Nīσaios autem Equos procero corpore fuisse,
indicit Herodotus lib. ii. Illic enim Indiam qua-
drupedes longè grandiores quam ceteras regio-
nes ferre ait, exceptis equis. Nam ab equis Μē-
dicis, qui Nīσei vocantur, equos Indicos magnitudine
superari, scribit his verbis, εἰ τεχνή (de India
loquitur) τὰ ξύλα τε βαθυτά τε γέ τε πεπενεκταὶ πλαστοὶ μέζοι
ἢ τοῖς διγονοῖς χωρίοισι εἰσι, παρότι τῷ ίππων. οὗτοι γέ εατῶν
τοῦ τῷ Μαδικῷ, Νīσαιον καλεθερόν ίππων.

Nec magnitudine modò, sed & velocitate, Nīσai
Equi commēdantur, vt Suidas ostendit, qui αὐτοὺς
vocat, & Ammian. Marcell. qui eiusmodi Equis,
summa vi vectos Persas, ait.

Parthicos etiam Equos velocitate præstisſe,
Strabo lib. 111. docet, qui in ea re Celtiberorum
